(2) Tale è il titolo autentico dell'operetta Vergeriana, come risulta anche dal proemio di essa, dove si leggono queste parole rivolte ad Ubertino: « Tuo igitur nomine breve hoc « opus suscepi et de liberalibus « adolescentie studiis ac mo« ribus ... adortus sum ad te scri« bere ».

placet rara penes modernos soliditas, que sobriam redolet vetustatem; placet dispositio, que, veluti gradibus procedens, rerum naturam sequitur nec omittit aliquid nec perturbat. et, ut breviter loquar, carissime Petre Paule, quod ad institutionem vite pertinet, Ciceronem nostrum et Ambrosium tractantes de officiis exhausisti [1]. laus et gratie perpetes Deo sint, qui nostra tempora non relinquit, sed, sicuti vult spirans [2], per te etiam suam gloriam manifestat [3].

degna di lode per la solidità dello stile, la giusta disposizione delle parti: tale da pareggiar insomma i trattati congeneri di Cicerone e di sant' Ambrogio.

Video tamen quod corruptione librorum in errorem communiter imbibitum incidisti. refers etenim Themistoclem Atheniensem Seriphio cuidam sibi per contentionem obicienti, quod esset non virtute sua, sed splendore patrie gloriosus, respondisse: neque enim tu, si Atheniensis esses, clarus extitisses aut ego, si Seriphius, ignobilis [4]. fuisset siquidem ista responsio superba dicenti et erga patriam inhonesta, si se suis nobilem virtutibus esse duceret, et quod conferre solet patria negavisset. melius de patria, de se vero sensit humilius Themistocles. vera quidem responsio sua fuit, ut apud incorruptos vel correctos Ciceronis textus legitur: nec hercle, si ego Seriphius, nobilis: nec tu, si Atheniensis esses, unquam clarus fuisses [5]. duplicem hec responsio Seriphio

Un sol appunto deve fargli riguardo all' aneddoto di Temistocle e del Serifio, ch' egli riporta secondo la erronea lezione vulgata;

mentre diversa ne' codici emendati suona la risposta dell'eroe ateniese;

1. *Pa omette* redolet 5. *Pa* tractatis 6. *Pa T Co* gratia 7. *Ma Mu Me Pa Co* sicut etiam] *Pa* et 10. *P*[1] inhibitum *Mu Me* enim *Ma* Themistodem 16. *Pa* negavisses 18. *Ma* aut correptos 19. *Me Co* non hercle *Pa T* nec haec hercle

(1) Questo giudizio, tanto lusinghiero per lo scritto di Pierpaolo, è stato riconfermato da quanti pedagogisti ne hanno modernamente fatto oggetto di studio; e sono, come si sa, parecchi ed autorevoli. Ved. così K. A. Kopp, op. cit. p. 14; G. B. Gerini, *Gli scrittori pedagog. ital. del sec.* xv, Torino, 1896, pp. 9-41, &c.

(2) Cf. s. Ioann. III, 8.

(3) Cf. s. Ioann. II, 11.

(4) Ecco il luogo Vergeriano, come sta nel cit. cod. Ambros. C, 43 sup., cc. xxx b-xxxi a: « Quamquam in hoc « plerumque eveniat quod Themisto« cles, cum esset Atheniensis, Serifio « cuidam in contentione respondit, dum « ille non propria virtute, sed patrie « splendore gloriosum factum eum « contenderet: " neque enim, " inquit « is, " vel tu si Atheniensis esses, cla« rus extitisses, aut ego, si Seriphius « essem, ignobilis " ». Gli altri codici offrono alcune varianti, prive d' interesse.

(5) Anche « nobilis » però, che il S. ha conservato nel testo ciceroniano, è un glossema, come fu dimostrato dalla critica moderna: ved. così Madwig, *Opuscula*, II, 271; Orellii *M. T. Cicer. Opera quae supers. omnia*, ed. Baiter et Halm, Turici, mdccclxi, IV, 587. Il

convenevole, cioè, al l uomo tanto insigne per i filosofici studi,

e corrispondente a quanto Tullio scrive sulla vecchiezza.

In appoggio a siffatta sentenza adducesi anche la *Repubblica* di Platone, da cui Cicerone certo mutuò il detto di Temistocle.

Corregga dunque il Vergerio codest'errore;

ed avverta altresì che Scipione Africano, quando salvò il padre da morte, era non già impubere,

iurgatori ignobilitatem inussit; patrie scilicet et persone, totamque nobilitatem suam a patria recognovit. hec docta philosophi responsio; hec civis de patria bene merentis humilitas atque confessio; hec est sententia, que congrua similitudine senectuti, de qua disputat Cicero, correspondet. subiecit etenim responsioni Themistoclis: quod eodem modo de senectute potest dici. nec enim michi in summa inopia levis esse senectus potest, nec sapienti quidem; nec insipienti etiam in summa copia non gravis (1). vides similitudinis collationem, quam inspiciens, postquam in verum incidi textum, damnavi multorum annorum errorem? nec tu vel aliquis de hoc dubitet. vide Platonis P o l i t i a m, et non multum a principio reperies hanc hystoriam (2); unde michi certum est Arpinatem nostrum quicquid ex eo premisimus inde transtulisse. corrige locum illum, si placet, admoneo. melius enim est totum abicere, quam posteris aut presentibus legendo quod reprehendi valeat exhibere (3).

Et ubi refers: Africanus n o n d u m p u b e s patrem suum gravi confectum vulnere protegens hostibus eripuit (4); cave, quoniam

1. *Mu Me Pa T* iniunxit 5. *Mu Me Pa T Co* disputabat *Pa* subiicit 7. *P*[I] *omette* michi nec] *Pa* haec 8. *Ma* insçipienti 10. *Con* damnavi *s' arresta in Ma l' epistola.* 11. vel] *Mu Me Pa T Co* nec 12. *In luogo di* a principio *dato da P*[I] *Pa, Mu Me Co recano* percurrendo 13. *In luogo* di ex eo premis. *che dà P*[I]*, Mu Me Co leggono* de eo habet *Pa T omettono* inde 14. *T* est enim 18. *Pa omette* protegens *e ad* hostibus *fa precedere* fortissimis *P*[I] eripuerit

luogo del *De senect.* VIII, suona dunque, restituito alla vera lezione, così: « Themistocles fertur Seriphio cuidam « in iurgio respondisse, cum ille dixis« set non eum sua, sed patriae gloria « splendorem adsecutum: " Nec her« cule, " inquit, " si ego Seriphius « essem, nec tu, si Atheniensis esses, « clarus umquam fuisses " ».

(1) *De senect.* VIII. La lezione data qui dal S. discorda in più luoghi da quella del testo, che reca « dici po« test »; omette « mihi »; pone « ne » innanzi a « sapienti ».

(2) PLAT. *Πολιτεία*, I, 328 sgg.: « 'Αλλὰ τὸ τοῦ Θεμιστοκλέους εὖ ἔχει, « ὃς τῷ Σεριφίῳ λοιδορουμένῳ καὶ λέ« γοντι, ὅτι οὐ δι' αὑτὸν, ἀλλὰ διὰ τὴν « πόλιν εὐδοκιμοῖ, ἀπεκρίνατο ὅτι οὔτ' ἂν « αὐτὸς Σερίφιος ὢν ὀνομαστὸς ἐγένετο « οὔτ' ἐκεῖνος 'Αθηναῖος ». E cf. altresì PLUTARCH. *Themistocl.* XVIII.

(3) Il Vergerio non volle saperne, e con arguzie più o meno scolastiche si sforzò di provare al S. ch'egli aveva torto! Cf. l'epist. sua in App. XX.

(4) « Habet namque omnis aetas « ut edere magnificum aliquid possit. « Scipio, qui postea primus Affricanus « est appellatus, v i x d u m p u b e s sub « patre pro patria adversus Poenos « militans, cum Hanibal Romanos ad « Ticinum fudisset, patrem ipsum con« sulem bellique ducem affectum gravi

iam decem et octo natus annos, ut vult Plinius [1], licet adhuc pretextatus, ut Florus tradit [2], pulcerrimum illud facinus adortus est; et ipsum Livius tum primum puberem plane dicit [3], quod etiam pro hystorie fide corrigendum censeo. tuum autem sit operi
5 tuo consulere, ut bonum fuerit in oculis tuis [4].

com'ei scrive, bensi in età d'anni diciotto: come Plinio asserisce ed anche Livio conferma.

Vellem etiam quod exemplum; de exemplari quidem non dubito; de orthographia diligenter revideas atque corrigas. et inter alia nimius fuit ille scriptor in littera pythagorea, qua male quidem in grecis dictionibus et in latinis nimis utitur vitiose [5]. quis
10 enim per illam litteram, qua vite nostre designatur ratio [6], scribit y d o n e u s aut y m o? videbis et phylosophiam et phy-

Gli raccomanda infine di aver cura dell' ortografia, troppo straziata dal copista del suo libro: dove è soverchio l' uso vizioso dell'ipsilon,

1. *Mu Me Pa T Co* ann. nat. *e poi dopo* Plinius *aggiungono* libro primo *(evidentemente una glossa marginale insinuatasi nel testo) ed omettono* licet 3. tum] *Mu Pa T* cum puberem plane] *Pa* pulchrum plene etiam] *Pa Co* et 6. *P*[1] velim 9. *Pa Co* ditionibus 10. litteram] *Pa* horam 11. *Pa P*[1] *T omettono* et *dopo* videbis

« vulnere et ab hostibus circumven- « tum, periculo exemit »; VERGER. *De ing. mor.* cod. Ambros. cit. c. LII A. Anche gli altri codici dànno « vixdum « pubes »; confermando così quanto il Vergerio stesso asserisce nell'epistola sua: ved. App. XX.

(1) « Plinius »; non già l'autore della *Nat. Hist.*, che parla dell'eroica azione compiuta da Scipione (lib. XVI, v), ma nulla dice dell'età che l'eroe aveva allora raggiunta; bensì l'autore del libercolo *De viris illustribus* che il S., condividendo un' opinione, la quale, siccome è ben noto, si mantenne viva a lungo tra i dotti, attribuiva a Plinio Secondo. Il passo, cui allude il S., suona di fatti così: « Decem et octo « annorum patrem apud Ticinum [Sci- « pio] singulari virtute servavit ». V. C. PLINII SECUNDI Novocomensis *Liber de viris in re milit. et administr. republ. illustribus*, Brixiae, MDXCVI, p. 38, XLIX, De P., Corn. Scip. Africano. Scipione in realtà, era diciassettenne nel 218 a.C. Cf. POLYB. *Hist.* X, III, § 34.

(2) L. ANNAEI FLORI *Epit. rer. rom.* lib. II, VI, 10.

(3) T. LIV. *Hist.* XXI, 46.

(4) Cf. ISAI. XXXVIII, 3; HIEREM. XXVI, 14 &c.

(5) Quanto cogliesse nel segno codesto lamento del S. sull'uso eccessivo ed irregolare dell'*y* nell'ortografia medievale, si può vedere dalle notizie che raccoglie P. RAJNA, *Il trattato « De vulg. eloq. » di D. A.*, Firenze, 1896, Introd. p. CLXX sgg. Cf. anche l'ep. VIII di questo libro, p. 40 del presente volume.

(6) Forse il S., benchè si tratti di cosa ripetuta senza posa nell' età di mezzo (cf. i ragguagli offerti in proposito da E. DU MÉRIL, *Poés. pop. lat. antér. au* XII*e siècle*, Paris, 1843, pp. 279, 428, e da H. OMONT in *Bibl. de l'Éc. des chartes*, 1881, XLII, 430), aveva a mente, scrivendo queste parole, i versi del notissimo epigramma attribuito, tra altri, a Vergilio (cf. *Anthol. lat.* ed. Riese, pars prior, p. 83, n. 632):

Littera Pythagorae, discrimine secta bicorni,
Humanae vitae speciem praeferre videtur &c.

losophum per hanc upsilon ineruditissime scripta (1). videbis etiam in aliis et crebrius quam eruditionem tuam decet erratum. purga igitur, corrige, munda fermentum hoc (2), facque quod aliter non exprimatur in charta quam fuerit conceptum in mente (3).

e non mancan altre scorrezioni.

Vale, carissime Petre Paule. et de cappello, quo nunc utor, gratias ago. voluisti quidem quod quotiens illud depono vel sumo, tui nequeam oblivisci. sed erras; habet enim tui memoria radices non in re corruptibili, sed eterna; menti quidem mee, quam incorruptibilem teneo, immutabiliter heret. iterum vale. Florentie, quarto nonis martii.

Lo ringrazia per ultimo dell' invio fattogli di un cappello.

XII.

A maestro Francesco di Marano da Camerino (4).

[L², c. 38 A; P¹, c. 82 A.]

Magistro Francisco de Camerino physico.

Firenze, 20 marzo 1405. Ebbe colle sue lettere i due proemi e le due epistole da lui premesse a giudizî astrologici

RECEPI, vir eruditissime, doctor egregie, litteras tuas et, ut tu vocas, duo illa prooemia et duas, quod idem reputo, privatas epistolas, quas, ut conicio, nescio quibus iudiciis premisisti; quibus

1. *Pa* hoc *P¹* z psilon *(sic)* *Mu Me* ypsilum *T* ypsilon *Co* ypsylon *Mu Me Pa T Co* scriptum 2. etiam] *Mu Me Pa T Co* et *Mu Me Co* quam par est enarrationem tuam dices erratam; *conciero provocato, io penso, dalla svista d' un menante, che invece d'* erudit. *lesse* enarr. *(come è accaduto in T) e per* decet *copiò* dices; *Pa dà infatti* dicet 3. *Mu Me Co* frumentum *Pa* aliud 7. nequeam] *Me* nequaquam erras] *T* ertus*(?)* *Me Co* sed nichil opus erat 8-9. *Pa* quod incorruptibile 9. *Me omette* Florentie; *Pa Co la data intera.* 14. *Così P¹; L²* Coluccii Salutati magistro Francisco de Camerino 15. *L² omette* et 16. *Dopo* proo. *L² dà* que *per* et 17. *P¹* permisisti

(1) « Non so », scrive il RAJNA, op. cit. p. CLXXII, « donde abbia il suo *y*, « osteggiato nel medioevo (THUROT, « p. 520) e pur nondimeno comune, « la voce *ymo* ». Nè men comune era allora l' uso dell'*y* in « phyloso- « phia », « phylosophus »: cf. RAJNA, op. cit. p. CLXXI. Non mi soccorre invece al momento verun esempio medievale d' « ydoneus ».

(2) Cf. s. PAUL. I *Cor.* V, 7. E cf. lib. XIII, ep. III; III, 608, r. 21.

(3) A queste raccomandazioni che già tante volte ci è accaduto d'ascoltare dalla bocca del S. (cf. lib. V, epp. VII, XXI; lib. VI, ep. XIIII; lib. VII, ep. VIII; II, 48, 110 sgg., 186 sgg., 279; lib. XIII, ep. III; III, 607 sgg.), il Vergerio risponde nell'epistola sua (App. XX) con dileggi che dimostrano quant'egli fosse lontano dal comprendere l'importanza degli studî di critica de' testi, onde il S. fu in Italia primo e vero instauratore.

(4) « Francesco di Marano da Ca- « merino del 1390 lesse logica, astro-

omnibus conaris astruere per astrorum cursum noticiam futurorum, plane contra sententiam Augustini, qui longo tractatu quinto librorum De civitate Dei contrarium disputat et affirmat (1). discussit et conclusit ante ipsum; ut apud Agellium vel, ut alicubi 5 legitur, apud Aulum Gellium (2), facillimum est videre quartodecimo librorum Noctium Atticarum (3); hoc idem auctoritatis multe philosophus Favorinus, non ubertim solummodo, sed acute, sed taliter, quod, nisi michi clarum foret recitatorem Gellium tempore precessisse devenisseque in noticiam Augustini, iurarem ipsum 10 huius nostri doctoris per omnes sententias et sedes, hoc est argumentorum capita, discurrentem, cuncta quasi per ordinem assumpsisse (4). post quos et ego tantorum auctorum vestigia secutus, libro, quem tu ipse commemoras, uno brevi pro materie magnitudine capitulo conatus sum ostendere non difficultatem

ne' quali scritti si sforza di provare che dall'esame degli astri derivar può la cognizione delle cose avvenire, contro l'avviso di sant'Agostino e la sentenza di quel Favorino,

del quale il santo dottore seguì così fedelmente i ragionamenti, quali li rinvenne esposti da Aulo Gellio.

Anch'egli in un suo libro ha atteso a provare la falsità dell'astrologia

1-2. P^1 futurarum 8-9. P^1 precess. temp. 12-13. P^1 secut. vest. 13-14. P^1 magn. mat.

« logia, filosofia naturale & medicina « fin all'anno 1397 ». Così G. N. Pasquali-Alidosi, *Li dottori forestieri che in Bologna hanno letto Teologia* &c. p. 21. Sarà egli, il professore bolognese, da identificare con colui al quale Coluccio scriveva la presente? Se noi dobbiamo giudicarne dalla natura degli studî che questi coltivava e di cui difendeva l'importanza e l'utilità contro gli attacchi del S., il dubbio parrà superfluo. Non affermiamo nulla però, giacchè, sventuratamente, non ci è avvenuto di rinvenire, oltre il secco ricordo dello storico bolognese, verun'altra notizia intorno al fisico camerinate. Auguriamo ad altri fortuna migliore.

Per la vigoria dei ragionamenti coi quali il S. si propone qui di mostrare quanto vani e fallaci fossero gli studî astrologici ai giorni suoi, l'epistola presente merita attenta considerazione da parte dei lettori. Essi non si rifiuteranno, credo, d'ammirare con me la sagacità davvero geniale, con cui il dotto fiorentino vi prognostica l'avvento d'una vera scienza degli astri, poggiata sovra fondamenti indiscutibili, e ben diversa da quel miscuglio grottesco di menzogne e di superstizioni ch'era allora l'astrologia giudiziaria. Per la polemica contro di questa, cf. del resto lib. IV, ep. XI; I, 279 sgg.

(1) S. Aug. *De civ. Dei*, lib. V, cap. 1: Causam Romani imperii omniumque regnorum nec fortuitam esse nec in stellarum positione consistere.

(2) « Agellius » chiamava anche il S. l'autore delle *Notti Attiche* nel 1375 (cf. lib. III, ep. XVIII; I, 203); ma più tardi s'era deciso per « Aulus Gellius »; cf. lib. VIII, ep. XXII; II, 477; lib. IX, ep. III; III, 25.

(3) A. Gell. *Noct. Attic.* lib. XIV, 1: Dissertatio Favorini philosophi adversus eos, qui Chaldaei appellantur et ex coetu motibusque siderum et stellarum fata hominum dicturos pollicentur.

(4) S. Agostino riferisce le parole di Gellio, che loda come « vir ele-

impugnando la possibilità dell'adequazione e de' giudizi;

e della parte, ove di ciò discorre, gli manda copia qui acclusa.

solum, sed impossibilitatem adequationis et iudiciorum, que tu tam constanter, ne pertinaciter dixerim, attestaris; cuius quidem copiam feci presentibus alligari, quo videas quid credam semperque crediderim de vestra quam colitis astronomia [1]. nunquam enim tantum cogitare potui, quod huius rei caput vel exitum in- 5 venirem.

Riuscendo difatti manchevoli col volger del tempo i criteri con cui l'adequazione è ottenuta,

nè potendosi essi correggere coll'aiuto di strumenti,

Nam, cum nullas habeatis adequandi regulas, quas tractu temporis manifeste non videamus errare [2], nonne fatendum est eas omnes in errore fundatas esse nec etiam sibi nunc nec ab initio constitisse? nec eas posse per instrumenta corrigi certum est, 10 tum quia nunquam mensura circuli longeque minus molis spherice sit reperta, tum quia nec rectum nec rotundum ad ultime veritatis perfectionem vel inveniri possit vel inventum esse tale per instrumentum aliquid, quod etiam perfectum esse nequeat approbari. nam, ut cetera pretermittam, quis unquam potuit ar- 15 millis, astrolabiis, quadrante vel alio quovis instrumento turris alicuius vel alterius edificii superam altitudinem ad unguem vel verum terminum mensurare? quod si tantum in parvo corpore parvaque distantia quotidie videmus errorem, qui non possit aliqua ratione vitari, quid putare debemus in illa mundi celorumque 20 circunferentia, distantia et magnitudine provenire? de iudiciis autem quid dicam, que si de stellarum situ, coniunctione, aspectu distantiaque proveniunt, ut putatis, cum hec incerta sint, nichil habere possint firmitudinis atque certi? ceterum, cum auctores vestri iudiciorum regulas ex effectuum frequentia, non ex alia 25 ratione, credantur nec potuerint collegisse, nullaque constellatio prorsus fuerit nisi semel, si principium mundus habuit, ut certum est, vel penitus nesciatur propter infinitatem temporis, si fuerit

giacchè le armille, gli astrolabi, il quadrante neppur valgono a misurar esattamente l'altezza d'una torre;

come può essere che si calcoli senz'errore il volume degli astri?

E che dir dei giudizi, i quali se fondati sul luogo, la congiunzione, l'aspetto e la distanza delle stelle, devono essere per necessità incerti e dubbiosi?

Che se impossibile riesce conoscere gli effetti delle costellazioni,

8. P^1 orare L^2 non 9. L^2 *omette* esse *e dà invece* eas *dopo* nec 23. P^1 *dopo* sint *dà* cum 26. P^1 credant *(?) e poi* poterint 27-28. P^1 est cert.

« gantissimi eloquii et multae ac fa« cundae scientiae », in *De civ. Dei*, lib. IX, cap. IV.

(1) Allude al cap. I del trattato terzo el *De fato et fortuna*, intitolato appunto, come già si vide (cf. I, 279 sgg.): Qualiter capiunt fortunam astrologi et ipsorum vanitas quanta sit.

(2) Cf. lib. IV, ep. XI; I, 287.

ab eterno, quod Aristoteles et alii plurimi voluerunt [1]; quod impossibile scire sit impossibileque probare; quomodo potest esse scientia, quam profitemini de constellationum effectibus provenire? lege libros De divinatione nostri Ciceronis [2]; et videbis quam
5 efficaciter doceat nullam prorsus divinationis scientiam esse posse; vel, si vis hanc opinionem nobis exuere, coneris his que capitulo, quod videbis, disserui, respondere.

come può esistere la scienza che da cotali effetti deriverebbe? Già l'assurdità di dottrine siffatte ebbe a dimostrar Cicerone.

Iuvat tamen semperque placuit videre cogitationes vestras videreque vestra iudicia; gaudeoque vobiscum si videam que dixe-
10 ritis provenire; cupioque et volo astronomiam, que de motibus celi est, scientiam esse, nec cupio solum, sed fateor atque credo, licet usque nunc arbitrer imperceptam; nec scio si subtilior vel, ut rectius loquar, exilior modernitas in eam poterit pervenire. nec putes, ut arbitrari videris, me ad defatigationem usque studiis
15 astronomicis operam indulxisse. iuvat, fateor, per cuncta discurrere iuvitque, sicut alia multa, vestra videre; sed mox, ut perpendi que ad iudicia spectant observatione quadam difficili nimis et curiosa pendere nullisque deduci rationibus vel probari, queve de motibus traditis sic vera videri, quod post paululum certissime
20 videantur errare, retraxi pedem decrevique mecum omnino non sequi quo non traheret me ratio, que radix est omnium scientiarum atque veritatum. nec dicas me damnare prescientiam futurorum, quam scio solius Dei esse [3]. divinationes vestras et hanc humane curiositatis doctrinam nec recipio nec veram credo, nisi
25 videro Dei revelatione concessam, non illis hominum traditionibus acquisitam. quod autem dicis me, si falsas has observantias comprehendissem, profecto non tam diligenter singulorum sententias discussissem, satis admiror. non enim minori diligentia querendum est quod reprehendere velis quam quod discere
30 concupiscis; nec unquam veritatem astronomicam me memini contempsisse. veritatis enim studium semper michi fuit nec

Piacegli non di manco aver contezza di quanto suolsi elucubrare in proposito; e brama veder l'astronomia assumere dignità di scienza, ciò che ancor non le è avvenuto;

nè egli del resto s'è mai occupato di proposito di codeste indagini, troppo incerte e conghietturali,

cui la ragione, radice d'ogni verità e sapere, non dà solido fondamento.

Ei ripudia dunque la dottrina che l'amico coltiva;

ciò che non gli impedisce però di studiarla in quanto accoglie di vero,

che, come tale, non può essere spregiato da lui.

1. L^2 plures 11. L^2 P^1 *omettono* celi 16. L^2 iuvatque 21-22. P^1 sententiarum 28. P^1 minore

(1) Cf. Aristot. *De caelo*, lib. I, cap. x, 9: e cf. altresì ibid. lib. II, cap. xiv, 1.

(2) Cf. Cic. *De divinat.* lib. II, cap. xlii.

(3) Cf. lib. IV, ep. xi; I, 288.

Ma il vero non alligna tra le dottrine prettamente astrologiche.

E che i giudizi tratti dagli astri sian semplici segni e non già causa delle cose future, niuno ignora.

eam, ubicunque repperi, sicut arbitror, nunquam sprevi. sed fatebor ingenue eam me nunquam per ea vel inter ea que traditis invenisse. nam, quod fateris, rebus necessitatem astronomica iudicia non imponere, quis ignorat? non sunt etenim rerum cause, sed signa; nec ex eo quod physice veritatis sententie certe sunt, illa vestra dicere possumus esse vera; que, si vera forent, nulla possent hominum voluntate mutari, sicut nec rerum essentialis qualitas, stante quidditate rerum, in qualitates contrarias transmigraret. sed nescio, quod nolebam, quomodo tecum vel cum tuis ceperim disputare.

Lo esorta quindi a confutare, se ne è capace, le sue argomentazioni. Ove Francesco serenamente a ciò s'accinga, finirà coll'avvedersi che così Tolomeo

come Albumasar

e Guido Bonatti son tutti accozzatori di ciancie inani.

Né le cose ch'egli stesso dice, quantunque attraenti, hanno carattere di verità.

Dimittam igitur illa que scribis atque rogo, si placet, aliquam ex nostris dilue rationem. non gravabor siquidem respondere. tua quidem illa tu ipse discutias. non equidem fallor, sed, ut arbitror, ipsa tibi non minus videbuntur inania quam michi cuncta que legi penes tuum huius scientie principem Ptholomeum (1). vidi namque quid ipse quidque vester Albumasar, dum contra decem, ut inquit, sectas disputat, asseverat (2). vidi novissimum Guidonem Bonateum (3), qui tuam hanc intentionem prosequitur copiose; nec adhuc repperi quicquam quod mentem meam, que soleat ratione non moveri solummodo, sed trahi vincique, vel leviter inclinaret. nam que tuis illis tribus prooemiis disseruisti, sunt, cum cuncta respexeris, pulcriora quam vera et ex illorum hausta fontibus, qui voluerunt his rebus auctoritatem, quoad

2. L^2 ing. fat. 3. L^2 astronomicam 8. L^2 aviditate *(sic)* 15. P^1 sentencie 23. P^1 quod

(1) Allude, com'ognun intende, all'*Almagestum*, la grand'opera di Claudio Tolomeo, che passò per merito di Gherardo da Cremona dall'arabo in latino. Cf. F. WÜSTENFELD, *Die Uebersetzungen arabischer Werke in das lateinische seit dem* XI *Jahrhund.*, Göttingen, 1877, p. 64.

(2) D'Abu Ma'schar Ga'far ben Muhammed ben Omar el-Balchí, astrologo famoso, il nome del quale è tradizionalmente ridotto alla forma « Albumasar Abalachi », morto centenario nel 272 (885 dell'èra cristiana) nella città di Wâsit, grazie alle fatiche di Giovanni Ispano, l'Occidente conobbe così l'*Introductio ad scientiam iudiciorum astrorum* come il *Liber coniunctionum siderum* ed i *Flores astrologiae*. Cf. WÜSTENFELD, op. cit. p. 29 sg. A quale de' tre scritti qui il S. si riferisca non mi riuscì di chiarire.

(3) Allude alla celebre opera di GUIDO BONATTI, l'astrologo più illustre che abbia nel sec. XIII vantato l'Italia, la quale fu impressa nel 1506 a Venezia sotto il titolo di: *Liber introductorius ad iudicia stellarum*, a spese di Melchiorre Sessa.

fieri poterit, adhibere. dimittam ergo cuncta et in tempus aliud reservabo. interim tamen oro rogoque quatenus posthac, quicquid tecum michi tribuas quantique me facias, laudibus non insistas meis; sed doce, mone reprehendeque nec, cum te diligam, 5 invideas me ex tua parte diligere vereque dilectionis officium exhibere. vale et tibi persuadeas velim te a me amari. Florentie, tertio decimo kalend. aprilis.

L'ammonisce per ultimo a non lodarlo più oltre e l'assicura della sua amicizia.

Cupio scire ubinam reppereris cor leonis adelberam vocitari. vellem etiam quod tuum iudicium de coniunctione 10 Iovis et Saturni ianuarii futuri, quod nescio quando scripsisse te memoras magnifico domino meo Malateste de Pensauro, notum facias, ut, cum comunicaveris prooemium, non invideas et tractatum. iterum vale.

Gli chiede spiegazione della voce « adelbera », e lo prega a mandargli certo giudizio astronomico composto da lui per il signore di Pesaro.

XIII.

15 ### A Giorgio di Facino Stella da Genova (1).

[P[I], c. 83 B.]

Georgio Stelle.

Vir insignis, frater et amice karissime. putabam Iohannem Stellam meum non geminum esse, sed unum; solum degere, 20 non fratrem et germanum habere socium studiorum et sanguinis,

Firenze, 1 maggio 1405. Ignaro che Giovanni Stella avesse un fratello, a lui congiunto dai vincoli del sangue e degli studi comuni,

3. L^2 *legge* totum *per* tecum *ed omette* que *dopo* quanti P^1 *omette* me 11. *Dopo* Pensauro L^2 *aggiunge* me recommenda *ed omette tutto ciò che segue in* P^1. *Questo poi omette* notum fac., *aggiunto da me per reintegrare la proposizione.*

(1) Bramoso di appagare il desiderio espressogli dal luogotenente generale del re di Francia al di qua de' monti, ch'era insieme il governatore di Genova, vo' dire l'illustre guerriero Giovanni Le Maingre, detto Bouciquaut, e d' accondiscendere nello stesso tempo alle preghiere del nuovo arcivescovo della sua patria, Pileo Marini (1401-1429); Giorgio Stella deliberava nel 1405 di lasciare da parte il libro, cui da tempo attendeva, sulle grandezze di Genova e che avrebbe voluto mettere prima alla luce, per terminare invece sollecitamente gli *Annali*, ch'aveva impreso a dettare dal 1298 in poi. Cf. G. Stellae *Ann. Ian.* in Muratori, *Rer. It. Script.* XVI, 953. Sul punto di porre mano però a quella che si poteva dir la parte introduttiva dell'opera, dove gli era forza addentrarsi nelle oscure ed intricate questioni relative all'origine di Genova ed al nome sotto cui era stata nell'antichità conosciuta, il dabbene notaio, consigliato dal fratello suo Giovanni, che l'aveva sempre aiutato nel lavoro e doveva più tardi raccogliere la penna

si compiace di saperlo più avventurato che nol credesse e di quanto la sua durezza meritasse: ei deve dirlo duro difatti, poichè lo defraudò, passando da Firenze, della visita promessagli.

quodque propinquius et coniunctius est, socium affectionis atque quesiti. sed Deo gratias: uberior est quam arbitrarer cui contigerit talis frater, qualem sua duricies non meretur. durum enim dico, quoniam, cum pridem iter hinc habens, me domi propter valitudinem minus gratam accubantem, cum recedere vellet, imo 5 recedens, ocreatus armatusque calcaribus adivisset visitassetque, vix michi vale facto, disparuit; immemorque, ne violator dixerim, promissionis tandem rediens me neglexit nusquamque comparuit; quam ob rem subiratulus sibi petenti quod petis nolui respondere. sed respondebo tibi, hoc tamen pacto, quod fratrem increpes dis- 10 similemque sibi te, si detur occasio, prebeas. pro amicicie quidem mutue vel officio vel affectu debuit veniens uberiorem sui copiam facere; nec rediens quod tam rate promiserat non prestare [1]. sed hec satis inter amicos. nunc ad quesitum veniam vestrum. 15

Imbronciato per questo secolui, Coluccio aveva deciso di non dargli risposta alcuna; ma risponderà ora a Giorgio, purchè rimproveri il fratello e l'induca a far ammenda del suo fallo.

Voglion dunque gli Stella saper chi abbia fondato Genova: quesito ch'egli si dichiara inetto a risolvere.

Scire vultis quisnam fuerit auctor inclyte civitatis et patrie vestre, quam Ianuam dicimus. quod quidem libere fateor me nescire; nec quod dixi versiculis illis, quos ad Iohannem tuum quondam scripsi, celebrans laudibus urbem vestram,

Cui regina maris veterisque ab origine Iaphet 20
Ianua clara viris opibusque per omnia dives
Paret &c. [2]

caduta dalle sue dita irrigidite nella morte, si rivolse al S. per ottener notizie e suggerimenti sull'argomento. Coluccio, che da lunga data conosceva Giovanni Stella (cf. lib. VII, ep. XV; II, 312, ed *I corrispond. del Salutati*, VIII), benchè dapprima facesse un po' il sostenuto, finì poi per accogliere colla benignità consueta le preci de' suoi amici genovesi; e con due epistole, la presente, cioè, e quella, posteriore di pochi mesi, che sarà la XVIII di questo libro, fu loro largo d'utili ragguagli i quali giovaron moltissimo a Giorgio per tessere il primo ed il secondo capitolo della storia sua. Nè egli stette pago, come indicherem nelle note, a far proprî i ragionamenti ed i giudizi dell'illustre corrispondente, ma ne riferì tali quali le parole.

(1) In qual anno Giovanni Stella fosse passato da Firenze non sappiamo: ma la parola «pridem», adoperata dal S., mostra che quel suo viaggio ebbe luogo molto tempo prima dell'anno 1405.

(2) Son questi versi, ove ad essi si aggiungano i diciassette inseriti da Coluccio stesso nell'ep. XVII del lib. VII; II, 327; tutto quanto ci è pervenuto dell'epistola metrica diretta a Giovanni Stella, rispondendo al carme inviatogli da costui nel 1392. Cf. lib. VII, ep. XV; II, 313.

ad hoc reducas, quod Iaphet voluerim Ianue conditorem. hoc enim nec dixi nec sensi; sed sciens, Iosepho teste, semen Iaphet Europam tenuisse, non fuit inconveniens michi visum, astipulante nominum similitudine, ipsius Iaphet sanguini vestre civitatis
5 initium assignasse. quibus quidem, quod et maius et propinquius est, accedat quod apud eundem Iosephum expresse et sine dubio legitur unum ex Iaphet filiis Iani nomen habuisse grecisque testibus maris Ionici cunctas oras totamque Ionicam tenuisse (1); cumque mare nostrum, hoc, quod et Inferum et Tuscum et Thyrre-
10 num dicitur, sine dubio portio quedam Ionici maris sit, cui non facile persuadibile videatur ab hoc Iano Ianuam, que litoris Ionici finem et maximam partem tenet, appellatam esse et ab eo vel patre suo Iaphet vel aliquo descendentium fundationis principium habuisse? nam quod vester Iacobus de Varagine in Chronica,
15 quam insulse satis de Ianua scripsit, velut fundamentum certissimum accipit de Solino, dicens quod ille voluerit Ianiculam a Iano in Liguria conditam, longe aliter noscitur se habere (2). dicit

Mai non pensò di vero che Iafet l'avesse edificata, sebbene abbia di ciò toccato in certi suoi versi, fondandosi sulla somiglianza dei nomi,

accresciuta dal fatto che Giuseppe assegna a Giano, figlio di Iafet, l'impero sul mar Ionico, di cui il Mediterraneo fa parte.

In ogni modo Iacopo da Varazze sproposita allorquand'asserisce che Giano fondò in Liguria Gianicola, fraintendendo un passo di Solino.

9. et I.] *Cod.* est *cancellato e sostituito con* et *da altra mano.* 14-17. nam - habere] *Queste parole sono riferite testualmente dallo Stella, Ann. cit. coll. 955-56 E-A, sol mutato* accipit *in* accepit 14-15. *Cod. omette* in *e poi dà* insule; *la corretta lezione è in St.* 16. *St.* accepit

(1) Cf. IOSEPH. *Antiq. Iud.* lib. I, cap. VI: « ἀπὸ δὲ Ἰωυάνου Ἰωνία καὶ « πάντες Ἕλληνες γεγόνασι ».

(2) Siccome della *Chronica de civitate Ianuensi*, composta da IACOPO DI VARAZZE, arcivescovo di Genova († 1298), la prima parte, perchè favolosa e senza pregio come fonte storica, fu lasciata inedita dal MURATORI (*Rer. It. Script.* IX, 5-56), così reputo opportuno pubblicarne qui parzialmente il capitolo II criticato dal S., valendomi del cod. Ambros. D, 281 inf., ms. cartaceo di una mano del sec. XVI, già posseduto da V. Pinelli, dov'esso si legge a cc. 4 B-5 A:

Et alius princeps qui de Oriente in Italiam venit fuit Ianus qui tempore Moysi venit in Italiam et ibi primus omnium regnavit, quamvis alique historie dicere videantur quod ipse Ianus regnaverit tempore Abrahe. tandem ad partes nostras accedens, Ianuensem civitatem construxit, quam a suo nomine Ianiculam appellavit. istud manifeste ostendit Solinus in libro De mirabilibus mundi, ubi sic dicit: « Quis ignorat vel dictam vel « conditam a Iano Ianiculum, a Saturno Satur« nam? » ecce quod Solinus non tantum hoc asserit, sed etiam dicit quod nullus debet ignorare quin Ianus Ianiculam construxerit et quin a suo nomine eam appellarit. vocavit autem eam non Ianuam, sed Ianiculam in diminutivo, propter eius parvitatem: sicut enim Roma, a principio sue constructionis, quando adhuc parva erat, vocabatur Romula: postquam autem crevit dicta est Roma; sic civitas nostra a principio sue aedificationis fuit parva et ideo dicebatur Ianicula; postquam autem crevit dicta est Ianua. et si forte aliqui dicere vellent quod Solinus de quadam alia Ianicula, quam edificavit Ianus rex Italie, dicere velit (*), hoc stare non potest, quia in tota Italia nulla alia civitas sive terra reperitur, que Ianua vel Ianicula nominetur. et ideo oportet ut de nostra terra intelligatur. verum est tamen quod

(*) *Cod. omette* velit

Costui difatti parla non già d'una città ligure, che non ha esistito mai,

enim ille C. Iulius Solinus: nam quis ignoret vel dicta vel condita a Iano Ianiculum, a Saturno Latium atque Saturniam, a Danae Ardeam, a comitibus Herculis Polyclea, ab ipso in Campania Pompeios, qua victor ex Hispania pompam boum duxerat? in Liguria quoque lapidarios campos, quod, Iove eo dimicante, 5 creduntur saxa pluisse. hec Solinus[1]; qui quidem, ut vides, non Ianiculam scribit, sed Ianiculum, quod non in Liguria, sed iuxta Romam assignat. hoc est enim sine dubitatione Ianiculus, de quo Virgilius inquit:

bensi del Gianicolo, monte dell'Etruria, prossimo a Roma,

> Hec duo preterea disiectis oppida muris, 10
> Reliquias veterumque vides monimenta virorum.
> Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit arcem:
> Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen[2].

il quale trasse il nome da un castello che s'ergeva sulla sua cima,

ecce illud quod Ianiculum voluit scripsitque Solinus, ut omnis alius intellectus somnium sit; et adhuc in ea parte Rome, quam 15 Transtiberim dicunt queve in Etruria supputatur, mons est, qui Ianiculus ab urbe sive oppido Ianiculus vocitatur. nititur autem hic vester Varaginensis et conditorem certum nescio quem Ianum; plures enim enumerat[3]; et a Iano conditore rationem nominis assignare; que quam vera sint quamque sibi constent, ipse 20 viderit. nichil enim michi super his vel auctoritate testium probat vel coniectationibus persuadet[4]. et cum hactenus librum habere

fondatovi, secondo Iacopo, da un Giano, che non si sa chi si fosse; opinione priva di qualsiasi valore

3. *Cod.* dane *(sic)* *Cod.* Policlem 11. *Cod.* ammonimenta 17-22. nititur - persuadet] *Anche questo brano è riferito dallo Stella, op. e loc. cit. col. 956 A.*

Rome fuit quoddam templum quod vocabatur Ianiculum, quod Romani in honorem Dei et ipsorum edificaverunt, sicut dicit sanctus Isiodorus (*sic*), et sicut dicetur infra. si igitur aliqui vellent dicere quod istud Ianiculum sit illa Ianicula de qua dicit Solinus, quam Ianus rex Italie edificavit, istud stare non potest, quia Ianus rex Italie per annos .vi^c. et amplius fuit antequam Roma edificaretur, sicut ex cronicis manifeste habetur; et ideo impossibile est quod ipsum templum edificare potuisset. propterea non dicit Solinus quod Ianus edificaverit Ianiculum, sed Ianiculam. Ianiculum enim supponit pro templo: Ianicula supponit pro civitate.

(1) SOLIN. *Coll. rer. memor.* ed. Mommsen, II, 4 (p. 34, 7 sgg.).

(2) VERG. *Aen.* VIII, 355-58.

(3) Ne' periodi iniziali cioè del cap. I della parte II che abbiamo omessi nella precedente citazione.

(4) Non sarà inutile ricordare come in questa ragionevole conclusione, cui giunge il S., s'acquetasse più tardi Flavio Biondo, il quale così di Genova scrisse: «Insulse fictas de Iano ineptias «improbamus; videmus vero ante belli «punici tempora nullam alicubi eius «urbis haberi mentionem»; BLONDI FLAVII Forliviensis *Italia illustrata*, Basileae, MDXXXI, p. 297.

contentus, ipsum non inspexerim, nunc occasione quesiti parunper discurrere sum coactus. et, ut verum fatear, nichil ineptius, nichil insulsius nichilque puerilius unquam legi. nullus ibi stilus nullaque dignitas orationis. que velut prisca et vetera ibidem 5 referuntur, non antiqua solum, sed inaudita, ridenda floccique pendenda sunt; et que cum omnino legere non libeat, ea credere non aliter deceat quam fabulas poetarum. doluique mecum et indignor quod inclyta vestra civitas tam ineptum sue dignitatis reppererit relatorem (1). quare te fratremque tuum hortor et rogo, 10 quod res patrie gestas bello, pace, terra marique, cum illustrissima quidem sint, attollentes humero, famam et facta parentum stilo maiestatis materie congruo referatis. fidelis testis est Sallustius Atheniensium res gestas satis amplas magnificasque fuisse; verum aliquanto minores tamen quam fama feruntur. sed quia prove- 15 nere ibi magna scriptorum ingenia per terrarum orbem Atheniensium facta pro maximis celebrantur (2); itaque eorum, qui ea fecerunt, virtus tanta habetur, quantum eam verbis potuere extollere preclara ingenia. et quid maius patrie possetis impendere quam virtutes meritaque maiorum imitanda vestris, laudanda 20 extraneis, admirandaque prorsus omnibus exhibere? sed hec dispositis satis fuit.

come spoglia d'ogni merito è l'opera stessa dell'arcivescovo genovese,

insulso e ridicolo centone di favole, indegna di tale e tanta città quale è Genova, meritevole di ben altri illustratori che quell'inetto cronista non sia

Veggano dunque gli Stella di far opera degna della città natale, narrandone le vicende con nobile stile.

Essi non potrebbero far cosa per lei più onorifica.

Sed, ut ad propositum redeamus, si queras unde nomen, quisque conditor urbis vestre sit, ut ab initio dixi, libere fateor me nescire. satis tamen ex his, que de Iosepho retuli, tam nomine 25 quam historie congruum esse videtur Ianum, Iaphet filium, postquam huius Noe filii generatio Europam habuit, et Ianus Noe nepos, omnem Ionicam regionem et Ionii maris oras tenuit, illius urbis nomen et initium tradidisse. potest et aliter

Tornando all'argomento, egli opina che Giano, nipote di Noe,

possa aver dato il nome e l'inizio a Genova;

18-20. et quid - exhibere] *Anche queste parole son riportate dallo Stella, op. e loc. cit. col. 953 F.* 18. *Cod.* possitis 22. *Cod.* videamus

(1) Si confronti quest' aspro ma giustissimo giudizio profferito dal nostro contro il prelato di Varazze, con quello, da lui altrove espresso, sul conto di Saba Malaspina (lib. V, ep. VI; II, 30; e cf. anche ep. XVIII di questo libro). In generale Coluccio, che sente spirar l'aura de' tempi nuovi, è severissimo cogli storici del sec. XIII, così creduli e rozzi come sogliono essere pressochè tutti.

(2) SALLUST. *Catilin.* VIII.

ne toglie forza a tale congettura il fatto che Giuseppe Ebreo chiami il figlio di Iafet Iona e non Giano :

e neppur può riuscirle di danno il veder che Plinio, Pomponio Mela ed altri dicano la città « Genua » e non « Ianua » :

potendosi ciò spiegare colla necessità di riprodurre con lettere latine un greco vocabolo.

Del resto nulla v' ha di strano che s' ignori l' origine di Genova e del nome suo.

Ciò si verifica anche per Roma,

detta prima Valenza.

forsan esse; nec me de sententia dimovet quod in sacris litteris nullus Ianus inter Iaphet filios numeretur, sed Ionam (1); quod nomen, si persona sit eadem, aliqua forte ratione fuit a Grecis immutatum; vel forsan quem Moyses tacuit Iosephus nominavit. non movet etiam quod Plinius et Pomponius Mela quidamque cum ipsis hystorici plane Genuam, ut vulgare vestrum habet, non Ianuam eam appellent (2); puto quidem hoc a Grecis facile manavisse, qui scribendi principatum etiam in Italia tenuerunt. cum enim apud ipsos i o t a nunquam vim habeat consonantis, non poterant I a n u a m dicere, sed ad g necesse fuit eos habere recursum et quoniam si g cum a syllabam primam fecissent, oportebat g etiam apud eos crassum latumque sonare, mutaverunt a in e, ut sic inter dentes g littera stringeretur darentque sonum, quem recte non poterant, quadam saltem imitatione propinquum. nec vos terreat quod non possitis certam habere vel conditoris vel nominis rationem. commune namque est hoc omnibus antiquis civitatibus, ut difficile nimis sit ipsarum initia reperire. nam et illa inclyta Roma, Solino teste, dubiam habet sui nominis rationem; quod non prosequor, cum apud illum facile sit inventu (3). nec hoc tibi vel alicui mirum sit. cuncta quidem maxima de parvis videmus exoriri principiis. nulla ferme flumina sunt, quantamcunque molem aquarum secum trahant, que de fonte parvulo sepeque incognito non nascantur. quam urbem dabis, que non inceperit a paucissimis vel ab uno, que primum defenderit suum nomen? Romam scimus sui principium habuisse V a l e n t i a m, parvum sine dubitatione presidium, priusque monte Palatino Saturnoque fuisse contentam, que post audire meruit, scilicet,

> et rerum facta est pulcerrima Roma..
> Septemque una sibi muro circundedit arces (4);

2. *Cod.* Iouan *(sic)* 11. *Cod. omette* quoniam *e poi dà* fecisset

(1) Qui forse il S. è stato tratto in errore dal cod. di cui si serviva: giacchè il quarto figlio di Iaphet, che Giuseppe chiama « Iovanos », è nella *Genes.* X, 2, detto « Iavan ».

(2) Ved. PLIN. *Nat. Hist.* lib. XIV, VIII, 7; POMP. MELAE *Chorogr.* II, 72.

(3) Cf. SOLIN. *Coll. rer. mem.* I, 1 sgg.

(4) VERG. *Georg.* II, 534-35.

ut difficillimum sit omnino in prima devenire principia, vilitate et obscuritate rerum, a quibus certum est omnia mortalium opera, que maxima cernimus, incepisse. accedunt his bella discursusque gentium acquirentium novas sedes, mutationes principatuum va-
5 riaque variorum idiomata populorum, quibus immutantur locorum appellationes et urbium formisque multimodis corrumpuntur. vellem posse tibi dare aliquem auctoritatis et fidei clarum et famosum auctorem, cuius testimonio possemus firmiter asserere quod intendis. Vibius tamen Sequester sub metropoli Viennensi
10 connumerat civitatem Genuensium, Gratianopolim et alias plures civitates (1). Petrarcha vero noster in Africa sua non Genuam, sed Ianuam plane scripsit. inquit enim, cum discessum Magonis ab Italia descripsit:

Mille cagioni concorrono a ravvolgere di tenebre i principi delle città vetuste.

Così avviene di Genova, detta ora « Genua » ora « Ianua », come vuole il Petrarca, che accenna pure alle sue origini.

Iamque Mago Ianue solvens a litore classem (2).

15 Viatico vero, quod ad nescio quem cardinalium scripsit ad Sancti Sepulchri sanctuaria perrecturum (3), de Ianua loquens inquit: auctorem urbis et nominis Ianum ferunt, primum, ut quibusdam placet, Italie regem. quod, an ita sit, an ipse situs urbi nomen dederit, quod nostri orbis quasi ianua quedam esse videatur, incertum
20 habeo; licet subinferat primam opinionem apud vos celebriorem esse et publicis insculptam monimentis; licet utrique dicat obstare quod apud veteres non Ianue, sed Genue nomen in usu sit (4).

12-22. *Questo brano è pur riportato alla lettera dallo Stella, op. e loc. cit. col. 958 B-C.*

(1) Ho vanamente compulsato il libercolo attribuito a « Vibius Sequester », nome probabilmente immaginario (cf. TEUFFEL, *Gesch. der Röm. Litt.*5, II, § 445) per ricercarvi, secondochè qui s'afferma, la menzione di Genova. Vero è tuttavia ch' io dovetti valermi, in mancanza delle più recenti ristampe del Baudet e del Bursian, d'un'edizione oramai antiquata: VIBIUS SEQUESTER, *De fluminibus, fontib., lacub., nemorib., paludib., montib., gentib. quar. apud poetas mentio fit*, Argentorati, MDCCLXXVIII.

(2) F. PETRARCHAE *Africa*, lib. VI, 839, ed. Pingaud, Paris, MDCCCLXXII, p. 244; edizione Corradini, Padova, MDCCCLXXIV, p. 279.

(3) « La guida compilata dal Pe« trarca ad uso d' un pellegrino », come la definì il suo più recente ed erudito editore (v. G. LUMBROSO, *Memorie italiane del buon tempo antico*, Torino, 1889, p. 16 sgg.), non fu già scritta in servigio d' un cardinale, come stima il S., bensì di Giovanni da Mandello, nobile lombardo, che aveva legami di parentela coi Visconti ed era stretto al poeta da una cordiale amicizia.

(4) PETRARCHAE *Itiner.*, ed. Lumbroso, p. 28, rr. 100-107.

Noterò qui, di passaggio, come que-

Cerchi dunque Giorgio di scegliere tra tante incertezze la sentenza che meglio gli aggrada.

Inter hec igitur, mi Georgi, boni consule et id iudices quod verius et augustius tibi patrieque videbis. ego vero ex his que legerim nichil ulterius habeo. verum, cum vestra patria celebris rebus gestis sit, ut inquit Satyricus,

De quocunque voles proavum tibi sumito libro (1). 5

Rinnova i saluti ed i rimproveri amichevoli a Giovanni Stella.

vale, dulcissime mi Georgi, et meum tuumque Iohannem vice mea saluta; non putet tamen me sibi pacificum fore nisi postquam dederit notas audire et reddere voces (2). Florentie, kalendas maii.

XIIII. 10

A Leonardo Bruni d'Arezzo (3).

[R[1], c. 2 a; Ch, c. 1 a; Rigacci, par. I, ep. 1, pp. 1-5, da R[1].]

Domino Leonardo de Arretio secretario summi pontificis.

Firenze, 22 luglio-8 ottobre 1405.

Vir egregie, cunctis dilectionis affectibus excolende, frater hactenus et amice karissime, nunc autem pater in Christo, 15 quoniam suo vicario servias, venerande. expectavi diu quod

Attese a lungo

4. *Cod.* satyrus 13. *Così R[1] Ch Ri.* 14. *R[1] Ri* effectibus 15. *R[1] Ri omettono* karissime

st'operetta petrarchesca si trovi inserita sotto il titolo *Itinerarium breve* in un ms. miscellaneo della Nazionale di Firenze (S. Marco, I, 28, cc. 24 a-32 b), che fu senza dubbio posseduto, se non tutto, in parte almeno dal S.

(1) Iuv. *Sat.* VIII, 134.

(2) Verg. *Aen.* I, 409.

(3) Ultimo tra i corrispondenti del S. ecco farcisi innanzi Leonardo di Cecco Bruni aretino; ma questa tarda apparizione sua non significa già, come tutti sanno, ch'egli sia stato per Coluccio l'amico dell'ultim'ora, entrato nelle sue grazie quand'il valentuomo aveva già un piede nella fossa. L'intrinsichezza tra i due datava all'opposto da molti e molt'anni, poichè, a tacere di quanto il S. stesso dichiara nell'ep. xv di questo libro, e riconferma nella xxi, le parole con cui fin dal 1401, scrivendo a Giovanni da Ravenna (lib. XII, ep. x; III, 513-514 e cf. anche lib. cit. ep. xxi, vol. cit. p. 547), toccava di Leonardo, bastano a dimostrare come delle doti d'animo e d'ingegno del giovine Aretino ei facesse quel giudizio che solo una lunga convivenza poteva permettergli di recare. La cagion vera per cui d'un'intimità, cominciata per lo meno circa il 1395, non ci soccorsero mai prima d'ora se non scarse le tracce nell'epistolario Colucciano, è una sola e semplicissima: chè il Bruni, passato adolescente da Arezzo a Firenze per attendervi dapprima allo studio delle arti liberali e poscia a quello del diritto, non abbandonò più durante un periodo di due lustri all'incirca, tranne chè per

scriberes; siquidem in scribendo prime partes sunt non eorum qui remanent, sed illorum potius qui discedunt, nisi forsan aliquid acciderit, quod officium exigat immutari. expectavi, fateor,

che l'amico, com'è costume di chi parte, gli scrivesse,

portarsi qualche volta in Arezzo, la città che considerava quale sua seconda patria; nè mai quindi si scostò, a mio giudizio almeno, dal fianco del S.

Di tutti coloro che nel quinquennio 1395-1400 avevano formato in riva all'Arno la bella « scuola » del Nostro, Leonardo fu del resto l'ultimo a partirsi. Primo s'era staccato dal maestro Iacopo Angeli, il quale, passato a Roma nel 1400, l'anno appresso addì 25 luglio avevavi conseguito il grado di scrittore apostolico (cf. lib. XII, ep. XIIII; III, 520 sgg.). Gli aveva tenuto dietro, due anni dopo, il Poggio; e questi, legato com'era di vivissima amicizia col Bruni, non appena riuscì ad accomodarsi in curia, si diè attorno a cercar modo di trovare una nicchia anche per lui. E l'occasione non tardò a presentarsi e fu quale non poteva bramarsi migliore; giacchè, ai primi del 1405, per la morte di non sappiamo bene quale curiale (cf. però l'ep. XVI di questo libro, p. 111) venne a vacare l'ufficio di segretario apostolico. Stimolato dai consigli degli amici di Leonardo, il papa chiamò dunque costui all'onorevole carica. Non c'era da rimanere esitanti per chi, come fin allora era accaduto al Bruni, aveva dovuto sbarcare alla meglio il lunario, « istando per repetitore » (VESP. DA BISTICCI, *Vite di uom. illustri del sec.* XV, Firenze, 1859, p. 427); e difatti Leonardo non esitò. Postosi sollecitamente in viaggio, egli era il 25 marzo 1405 alle porte di Roma, ricevuto con gioia dal suo fedele condiscepolo.

sed mortuorum, de quibus inquit Veritas: sinite mortuos sepelire mortuos suos [1]. mortuis siquidem istis metuenda mors est, non illis qui fide viva meritisque virtutis iam pedem in eternitatis ambitum posuere quique non solum spe vivunt sed iam quodam 5 modo re participant nunquam mori. sicut enim istis prelucet claritas, que vitam spondet, sic illis obscuritas ante oculos obversatur, alteram mortem nuncians. eram ergo de te bono animo speque certa te metu vacuum ex illis omnino quibus labascunt alii non pendere; sed cogitabam te multis carere subsidiis, quibus 10 solent infirmi humane fragilitatis condicione non solum quandoque, sed plurimum indigere. non deerat, arbitror, iocunditas et frequentia comitatus; sed vere, sicut scribis, me locus insolens carensque necessariis deterrebat. deterrebat etiam urbicus letifer et horrendus ille tumultus, qui te totamque curiam ex Urbe pre- 15 cipitem dedit, quem putabam metu, consternatione rerumque novitate non animum tuum solum, sed corpus etiam perturbasse; verebarque simul hec cum incomoditatibus et periculis vie locique concepti morbi causam esse. sed Deo gratias; tu morbo et ego simul egritudine, qua moleste ferebam te non valere, liberati 20 sumus. verum, ut ex epistola tua concipio, longe plus animo quam corpore, si vera sunt que scribis, egrotabas. quid enim

temer difatti di morire è sentimento indegno di chi vive secondo lo spirito;

ma perchè lo sapeva privo di molti tra i sussidi che valgono a lenire le malattie.

Ripensava alla povertà del luogo,

alla commozione dal Bruni provata per i tumulti romani; e dubitava che da tutto ciò fosser state accresciute le sofferenze dell'amico.

Ma dall'epistola sua ora arguisce che Leonardo era forse più ammalato di mente che di corpo.

4. *Cod.* uiuut 5. *Cod.* proluc.

machi: Viterbo, impoverita dalle lunghe guerre, non offriva nulla che sollevar potesse le sue sofferenze: nemmeno un po' di vino, una melagranata... Sicchè, a mala pena ristabilito, s' affrettò a scrivere al S. per dargli conto del malanno toccatogli, sicuro di esser sinceramente compatito da lui come da un padre, una lettera che, disgraziatamente, non possediamo, forse perchè Leonardo stesso più tardi ha creduto bene sopprimerla (cf. però *Ep.* lib. I, ep. x; I, 19-20).

Egli difatti si era sbagliato ne' suoi calcoli. Avvezzo a trattar sè medesimo senza riguardo veruno, a sostenere con costanza non meno cristiana che stoica tutti i dolori, morali o materiali che fossero, il S. esigeva dagli amici pari fermezza d' animo. Le querele del Bruni dunque in luogo di commoverlo, l' irritarono: gli parvero sconvenienti alla gravità, al senno di tant' uomo: sicchè, rispondendogli colla presente, in luogo di trattarlo con blanda amorevolezza, cedette all' inclinazione sua, irresistibile, di fargli la predica. Mal gliene incolse però; chè la lettera, capitata in cattivo punto, provocò tale e tanto dispetto in Leonardo da ispirargli una replica addirittura ingiusta e maligna. Ma per ciò vedansi le note all'ep. XXI di questo libro, p. 147 sgg.

(1) Cf. s. Luc. IX, 60: « sine ut « mortui sepeliant mortuos suos ».

Egli si duole difatti di non aver ritrovato in Viterbo verun altro medico che certo Ebreo non fosse, meglio capace di avvelenare che non di guarire altrui; sicchè ei non volle affidare a mani siffatte la sua vita.

te gravabat, quid conquereris, nisi quod nichil erat in istac urbe; quo verbis utar tuis; quod te iuvare posset? primo quidem, inquis, medicus nemo preter quendam Hebreum, qui nichil in arte medicina didicerat nisi quibus poculis homines necarentur. huic, ais, me graviter committere nolui; si enim moriendum erat, natura potius duce migrare e vita prestabat quam per tormenta levissimi et ignavissimi medici ad mortem compelli. sed dic,

Scherza intorno a ciò: un medico che sa come s'ammazzino gli infermi, può, evitando di curarli, lasciarli campare.

carissime Leonarde, si novit ille medicus pocula quibus homines necantur, quid in eo peritie ulterius requirebas? velit Deus quod nunquam eruditior michi contingat medicus quam qui mala cognoscat et letifera medicamenta. si me quidem ab illis custodierit, non dabit pharmaca nisi bona, que, quod summe michi videtur in istis optabile, vel proderunt vel, quod secundum esse creditur, non nocebunt. c r e d i t u r autem dixi, nam primum optandum arbitror, postquam sumpseris medicinam, quod omnino

Del resto o i rimedi che si somministrano agli ammalati non sono veleni i più? È questione di dosi.

non noceat; alterum vero, quod prosit. nam, cum omnis medicina venenum sit, utpote que si dosim debitam immoderate transierit vel sicuti virus officiat vel occidat et etiam, si plus equo non sumitur, sic aliquando prosit, quod in aliquo semper ledat,

E poi chi può dire con certezza se le medicine giovino o danneggino?

nonne principalius optare convenit quod non ledat; secundum vero quod prosit; hoc est plus utilitatis afferat quam detrimenti? o quotiens post sumptas, que credebantur salutifere, medicinas, desiderata valitudo est non solum non absolute bona, sed nec etiam qualem habere nos antea dolebamus? et ut super hoc

La sola cosa che si può sperare prendendole, è che non facciano male. Se fan bene è un di più.

concludam et de medicinis istis meam sententiam habeas, optandissimum est quod non noceant, expectandum vero sic est quod iuvent, quod omnino sperandum non sit. sepe quidem et multum ac etiam multos tam medicos quam egrotos istarum rerum eventus expectationem fefellit.

Ma Leonardo si lagna pure di non aver trovato in tutta la città vino che gli conferisse;

Sed ad reliqua que subinfers accedamus. deinde, sicut scribis, nichil vini in tota illa urbe inveniri poterat, quod leve esset atque subasprum; omnia enim cruda, prepotentia, fumantia, gravia.

1. *Cod.* conquerens 5. *Si sarebbe tentati d' introdurre dopo* graviter *un* egrotum*: ma forse* graviter *vuol qui significare «prudentemente»?* 23. *Cod. omette* non *dopo* solum *e* nec *dopo* sed*, che io ho introdotto come necessarî al senso, che altrimenti non corre.* 28-29. *Cod. dà* istar. rerum fefellit*; le parole* event. expect. *son aggiunte da me.*

querebam punicorum malorum succum, quo vini loco solent uti egrotantes; nichil etiam huius reperiri quibat. confectiones nulle erant que calci cederent, dure, insulse, immunde, utpote ex rebus non bonis a malis artificibus confecte; zuchari summa inopia et id 5 tantum quod erat vetustum et squalidum; hoc est sine ullo nitore; cernebatur. postque, ne totum rescribam, sed breviter cuncta complectar, quasi per contentionem enumerans, dicis hec omnia Florentie abundare. et de nostre urbis sufficientia, abundantia et copia insufficientiaque civitatis Viterbii nullo modo contendam; 10 verissima quidem sunt. omni quidem tempore, sed hac tempestate precipue, qua bellis diu efferbuit illa pars Etrurie, que dexteram ripam Tiberini fluminis infra Perusiam adiacet, mediterranea civitas istec Viterbii deliciarum indiga semper fuit [1]. sed per immortalis Dei maiestatem estne municipibus civitatum opulen- 15 tium beatitudo? potestne tantum et tale bonum in rebus corruptibilibus inveniri? scio quod tantum non consentiunt Stoici; quodque mirabilius est, volunt etiam Epicurii felicitatem in his non consistere; sicut nec Stoici consentiunt in voluptate, licet Peripateticorum humanitas velit ista quodammodo perficere beatitu- 20 dinem, quam diffiniunt bonorum omnium redundantiam et congregationem; ut secundum eos etiam ista temporalia; quod obnixe contra contendunt Stoici; consequens sit inter bona, licet bonum possessorem earum non faciant, numerare. quorsum te duxit passio, Leonarde? verum id non admiror. Aristotelis qui- 25 dem in E t h i c i s sententia est egrotantes sanitatem, mendicantes vero divitias estimare felicitatem [2]. sed transisse tibi debent, imo iam pridem occidisse prorsus hec pathica debesque secundum rationem vivere loquique et hec hactenus reliquisse. quod posthac ut facias oro. volo quidem audire videreque te loqui non ut 30 hominem, sed ut virum; non ut unum de populo, sed ut so-

non confezioni, che non fossero vecchie, muffite, immonde; poco zucchero e quel poco stantio e sporco:

tutte cose che a Firenze abbondano.

Certo Viterbo è stata sempre spoglia di quanto può confortare la vita; e peggio che mai ora.

Ma sta in ciò forse la felicità?

Così non la pensarono gli Stoici e neppure gli Epicurei, nè (quantunque da coloro in parte si discostassero) i Peripatetici.

Leonardo non doveva lasciarsi dal morbo traviare a tal segno da scrivere quel che scrisse.

Non cada più in tale errore: si mostri in avvenire un uomo vero.

3. insulse] *Cod.* insule 7. *Cod.* enumeras *Dopo* enum. *cod. dà* et *che ho tolto.* 17. *Cod.* nolunt

(1) Coluccio parlava per esperienza propria, avendo trascorsi sei mesi a Viterbo (dall'aprile al settembre 1369), quando stava ai servigi di papa Urbano V: cf. lib. I, ep. XIII; I, 91; la corte anche allora aveva molto sofferto per la deficienza delle cose più necessarie; ed i lagni de' curiali saliron tant' alto da provocar la bile del Petrarca.

(2) ARISTOT. *Eth. Nicom.* I, IV, 3.

Ei non doveva pensare allo zucchero, al vino, alle melegranate,

phum; non ut qui voluntatem sequuntur, sed qui voluntatem subiciunt rationi. vellem quidem morbum illum, non de zucharo, non de vinis, non de malis granatis, non de medicis te fecisse sollicitum, sed fragilitatis humane, sed ultime salutis admonuisse. nam, ut noster Malandux in Bucolicis nostris inquit: 5

> Esse deos sani miserasque incumbere nobis
> Nescimus mortes, sed tandem credimus egri (1).

ma sollevar l'intelletto ad alte meditazioni, predisporsi occorrendo a ben morire.

Certo ei non pensa che l'amico abbia voluto entrare nel gregge di Epicuro;

ma stima che l'inopia di Viterbo, paragonata alla ricchezza di Firenze, sia stata per lui ottimo pretesto a celebrar di nuovo la patria, già esaltata in una ornatissima orazione.

hoc audire vellem et ex te scire quali mente morbum, cum ingravesceret, tolerabas; an unquam de exitu cogitasti qualique dispositione Deo te composuisti. iste sunt honeste meditationes egro- 10 torum. nec oportebat te quasi per antipophoram questioni tacite respondere: scio te nec Democritum vivere nec Aristippum nec sequi totum ventri deditum Epicurum (2). didicisti quidem Ciceronem nostrum eorum disputationem, qui arcte tenent accurateque defendunt voluptatem esse summum bonum, diffinire vocem pe- 15 cudum esse, non hominum (3). non erat michi suspitio te taliter collapsum quod ista sentires; sed ea omnia te referre videbam ad incomoda, quibus Viterbium incolens vexabare, quibusque degens Florentie caruisses. quod tanto vehementius effecisti quanto clarius in patrie laudes versabaris; celebrationi cuius adeo 20 affectus es, quod copiosa et ornatissima oratio, quam stilo luculentissimo non presentibus solum, sed posteris edidisti (4), te non

1. *Cod. omette* qui *innanzi a* voluntat. 7. *Cod.* credimur 13. *Cod. dà in rasura il secondo* d *di* deditum

(1) Ecco un altro frammento del *Bucolicon* Colucciano da aggiungere a quello già citato nell' ep. XV del lib. VI; II, 191. Entrambi probabilmente appartennero ad una stessa ecloga, giacchè così in quello come in questo ricorre il nome dell' identico personaggio, « Malandux », qualificato come « venerando ».

(2) E difatti nell' epistola al Niccoli Leonardo si lagna che Coluccio « ab-« repta hinc occasione, quasi ipse « Zeno aut Diogenes esset, me ut in-« sanum lacerare coepit, quod videlicet « afficerer erga corporis voluptates »; *Ep.* cit. p. 20.

(3) Cic. *Parad.* I, III, 14.

(4) Allude alla *Laudatio Florentinae urbis*, il celebre panegirico che ad imitazione del *Panatenaico* d' Aristide, il Bruni aveva dettato in onor di Firenze, mentr' ivi ancor si trovava; e la cui pubblicazione avvenne soltanto nell'estate del 1405 (cf. Kirner, *Della Laud. urb. Flor. di L. B.*, Livorno, 1889, p. 6 sg.), se la opinione fin qui tenuta da molti eruditi è fondata. Diversamente però giudica il

potuisti satiare, quin etiam, ubicunque se dederit occasio, quasi nichil dixeris, velut ex integro idem propositum ordiaris.

Sed, ut ad alia veniam, risi quod tantum michi tribui scribis quod in primis partibus commendationum tuarum sit in ore cun-5 ctorum te per multos annos meum discipulum extitisse (1). quod equidem gaudeo quod tibi sit ad gloriam, gaudeo quod et michi; nimis enim celebre et famosum est, quod predicer tales discipulos habuisse. timeo tamen quod, cum te viresque tuas experti fuerint cognoverintque quam per te valeas, sicut vales, eos non 10 pudeat sic sensisse; quodque quod nunc michi glorie ducitur, in diminutionem mee estimationis et nominis convertatur. nam quid de conversatione mutua, que nobis fuit, sentiam, cum multotiens tum paulo ante testatus sum. scis etenim me scripsisse, cum ad alium de te loquendum occurreret, in hec verba: cum de cunctis 15 que componerem iudex esset et ego suarum rerum arbiter versa vice, nos mutuo, sicuti ferrum ferro acuitur, exercebamus; nec facile dixerim ex hoc dulci et honesto contubernio uter nostrum plus profecerit. uterque tamen eruditior evasit, ut fateri oporteat mutuo nos nobis fuisse vicissim discipulos et magistros (2). sed 20 hec de me satis.

L' udire che a Leonardo molti fanno gran merito d'esser stato per lunghi anni discepolo suo, gli par cosa degna di riso.

Ed ha ragione di temere che, quando costoro conosceranno meglio lo scolaro, finiranno per non aver più stima del maestro.

Gli rammenta a tal proposito quel che scrisse al papa sui loro letterari esercizi.

Quod autem predicas hanc urbem studiorum humanitatis esse domicilium eaque ceteras omnes civitates velut sordidas domos reliquisse, sine cunctatione fateor verum esse; doleoque te, Iacobum et Poggium hinc abisse; nimis enim deficere michi videntur apud 25 nos humanitatis artes, postquam discessionem fecistis. aliquos enim instituebatis preceptis, aliquos vero invitabatis exemplis nique noster Robertus Rossus huic rei, sicut novistis, indulgeret operamque navaret, actum esset (3); nec tamen satis compertum habeo nunquid ipse tali ruine nosterque Vannes de Montecucculo satis 30 sint (4). ingens enim huius rei precipitationem video et quam vix

Approva quanto ei dice su Firenze, asilo d'ogni arte liberale,

ma prevede che le cose muteranno assai or che lui, il Poggio e l'Angeli se ne son dipartiti.

Il vuoto ch'essi lasciano è tale che non bastano a colmarlo nè il buon volere di Roberto de' Rossi nè quello di Vanni da Montecuccolo.

Luiso, *Comm. a una lett. di L. Bruni* in *Racc. di studi crit. ded. ad A. D'Ancona*, Firenze, 1901, p. 85 sgg, che stima la *Laudatio* già divulgata nel 1400.

(1) Questa dichiarazione non si rinviene nell' epistola di Leonardo, cui allude qui il Nostro (ved. *Ep.* lib. I, ep. III; I, 4-6; Luiso, op. cit. p. 6); la mancanza dipenderà dai rimaneggiamenti cui l'epistola fu sottoposta dall'A.

(2) Cf. ep. XV di questo lib. p. 107 sg.

(3) Per Roberto Rossi ved. lib. VI, ep. XI; II, 174.

(4) Vanni di Montecucculo! Ecco

Neppur Cicerone varrebbe a porre riparo alla rovina che incombe!

noster Cicero sublevaret. scio tamen quod divina sunt hic ingenia sique colerentur evaderent in mirabile specimen tum eloquentie tum virtutis. sed, heu!, iacturam hanc deplorare libet: avaritia, libido dulcesque nimis cupiditates omnia sinistrorsum ducunt et perniciosis applicant voluptatibus. quod enim inquit de Seneca Fabius, de Florentinorum ingeniis dici potest: digna sunt que meliora velint; quod enim volunt efficiunt[1]. vale. Florentie, octavo idus novembris.

Eppure se i Fiorentini volessero rivolgersi alla virtù, alla scienza, potrebbero riuscire tali da non conoscere rivali.

XVIII.

A Giorgio di Facino Stella da Genova[2].

[Ch, c. 4 A.]

Georgio Stelle.

Firenze, 29 novembre 1405.

Dopo avergli scritto quanto ricordava sulle origini di Genova, gli tornò a mente che il Boccaccio ne aveva toccato, sulla autorità di Paolo Perugino, in un luogo del *De genealogia deorum*, che trascrive.

Postquam tibi scripsi, vir insignis, frater et amice karissime, quid quantumque memineram super origine vestre nobilissime civitatis me legisse; nichil enim ratione de talibus potest argui, sed solum possunt que relata sunt ab aliis recitari; quia nescio quid etiam in memoria versabatur, tandem recordatus sum patrem meum Boccacium, poetice illuminatorem et principem, libris De genealogia deorum incidenter super hoc aliquid tetigisse. ex quo querens repperi libro septimo capitulo quadragesimo primo, ubi de Phetonte agitur, ultima capituli parte, quod querebam. ibi quidem refert Paulum Perusinum, ut Boccacii verbis utar, se-

un personaggio del tutto sconosciuto, di cui, cosa bizzarra, non ricorre mai il nome nè sotto la penna del Bruni nè sotto quella del Poggio nè d'alcun altro fiorentino del tempo. Ridotti a formular una congettura, noi saremmo inclinati ad identificarlo con quel « Iohannes Laurensis », che il Poggio rammenta tanto nell'*Orazione in morte del Niccoli* quanto nelle *Facezie*, come scolaro preferito di Luigi Marsigli, insieme al Niccoli ed al Rossi. Cf. C. Casari, *Notizie intorno a Luigi Marsili*, Lovere, Filippi, 1900, p. 71 sg., dove però molt'a torto si propone d'identificare il discepolo di frà Luigi con quel Lorenzo di Giovanni da Pisa, che lesse per alcuni anni la *Comedia* dantesca nello Studio fiorentino.

(1) Cf F. M. Quintil. *Instit. or.* X, 1, 131.

(2) Richiesto da Giorgio Stella di nuove notizie per l'opera sua, il S. gliele porge con quest'epistola completando in pari tempo quanto sulle varie tradizioni concernenti alle origini di Genova, già aveva esposto e discusso nell'ep. xiii di questo libro.

cundum nescio quem Eustachium, quod, regnante Spareto apud Assyrios, Eridanus, qui et Phethon solis egyptii filius fuit, cum copia suorum, duce Nilo, navigiis devenit in mare et ventis adiutus in sinum quem Ligustinum dicimus, venit. ibi cum suis 5 longa fatigatus navigatione descendit in litus, et cum suasionibus suorum in mediterranea pergeret, Genuinum, ex sociis suis unum, nausea maris debilitatum cum parte suarum navium custodem reliquit in litore; qui, iunctus accolis loci, silvestribus hominibus, oppidum condidit et Genuam de suo nomine nuncupavit (1). hec 10 Boccacius auctoritate Pauli Perusini de Genua refert (2). que si placent potes assumere. ea enim urbis eius celebritas est, quod, sicut scripsi,

È quest'un'opinione non senza qualche valore, che lo Stella può adottare, ove gli piaccia.

De quocunque voles proavum tibi sumito libro (3).

hec hactenus.

15 Nunc autem ad illa que per lepidum iuvenem et carissimum filium meum Franciscum Marinum postulas veniam (4). vis autem scire unde principium habuerit quod hic populus, non Tuscie solum, sed Italie cum paucis princeps, vexillis suis utatur cruce rubea spacio, sicut scribis, albo; quo videre possis, ut arbitror, 20 unde sit quod vester populus hoc crucis signo, quod Bononiensis, Vulterranus et alii plurimi similiter deferunt, usus sit (5). de quo

Per quanto spetta alla domanda di cui gli fu apportatore Francesco Marini, come sia avvenuto cioè che Firenze assumesse per arma la croce rossa in campo bianco, usata da molt'altre terre italiane,

(1) Ioannis Bocatii *Περὶ γενεαλογίας Deorum libri XV*, Basileae, MDXXXII, lib. VII, cap. XLI, De Phaetonte solis filio qui genuit Lygum, p. 189. Questo brano fu riferito integralmente dallo Stella, *Ann. Gen.* cit. col. 960 C-E, premessevi le seguenti parole: « Melior autem, « quae mihi apparet persuasio super « auctore eius urbis et nomine prisco « est Pauli Perusini traditio. illustris « vero Iohannes Boccacius, quem « praemissus Colucius poeticae illu- « minatorem et principem vocat, li- « bro VII, cap. XLI, De genealo- « giis deorum sic inquit &c. ». Il notaio genovese ricorse però stavolta direttamente all'opera boccaccesca.

(2) Sull'uso fatto dal Boccaccio delle *Collectiones* di Paolo da Perugia, notaio della cancelleria di Roberto re di Napoli, sono da vedere le belle pagine di A. Hortis, *Studi sulle op. lat. del Bocc.* p. 494 sgg.

(3) Iuv. *Sat.* VIII, 134; cf. ep. XIII di questo libro, p. 98.

(4) Non posseggo notizie sopra di lui, che fu certo della nobile famiglia genovese, la quale aveva dato pur allora un arcivescovo alla patria, nella persona di Pileo Marini: cf. Gams, *Series ep.* c. 815; Eubel, *Hier. cath. m. ae.* p. 293.

(5) Cf. quanto scrive lo Stella, *Ann.* cit. cap IX, De signo et vexillo Ianuae &c. col. 1006: « Unde « civitas Ianuensium signum eius ha-

nulla di certo può dire.

Le cronache narrano che i Fiorentini anticamente fecer uso di due vessilli in guerra: l'uno rosso con croce bianca, l'altro bianco con croce rossa; come tuttora si fa, sebbene non in guerra, dove è portata l'insegna del giglio.
Voglion poi che i due vessilli stian a ricordar la fusione avvenuta tra Fiorentini e Fiesolani;

licet aliquid affirmare non possim, referam prius quid chronice nostre tradunt; deinde quid ex hoc semper ceperim coniectare. ergo legitur apud nos populum florentinum in bellis usum esse vexillo gemino, quorum unum rubeum erat, crux autem media argentea sive alba; aliud autem contrariis coloribus, sed similibus signis: rubra cruce scilicet, albo vero vexillo; quali nunc populus noster utitur rebus civicis, non externis; bellis quidem, que cum aliis gerimus, non crucem, sed lilium deportamus. hanc vexillorum varietatem credo fuisse, quoniam, quando Fesulana civitas huic populo iuncta fuit, Florentinis, utpote Romanis, erant signa lilium album in syndone rubra; Fesulanis autem luna saphyrei coloris in syndone munda. propter quod in unionis signum, remotis lilio lunaque, ex albo et rubro vexillum publicum instituerunt, quod usque in presens manet, licet eo rebus bellicis non utamur[1]. sed ob Christi reverentiam cum populo videretur signum crucis erigendum, ut Florentinis et Fesulanis suum servaretur honos, duo vexilla fecerunt: unum album et alium rubrum et in albo coccineam, in rubro vero crucem candidam extenderunt. postea vero, cum in urbe nostra, Guelphis invalescentibus, gibelline factionis auctoritas cecidisset, placuit Guelphorum principibus crucem rubeam et vexillum argenteum retinere, sicut et lilium, quod ab initio fuit album, in rubeum faustis felicibusque, ut ita loquar, auspiciis mutaverunt[2]. invenitur autem chronicis nostris mixtos fuisse Gentilibus Christianos et Christianos orthodoxos cum hereticis pugnavisse: quibus temporibus vero simile satis est crucis

e che le posteriori modificazioni in essi introdotte abbian la loro origine dal prevalere in Firenze de' Guelfi sopra i Ghibellini.

Anche l'introduzione della croce si assegna alle lotte tra eretici ed ortodossi di cui Firenze fu teatro;

« bere coepit et vexillum quem defert « rubrae crucis videlicet in argenteo « seu albo spatio, nec per nostros li« bros annales urbiumque Mediolani « et Florentiae, quae id etiam signum « gestant, nec per aliud, nisi, ut di« cam, hactenus valui reperire. por« tant et illud urbes Latii Bononien« sis, Vulterrana et Mantuana, aliique « multi christicolae milites ». Si noterà che Coluccio, parafrasando le parole scrittegli dallo Stella, le quali su per giù doveano essere le stesse che ora leggiamo negli *Annali*, ha passato sotto silenzio Mantova e Milano.

(1) Il S. non fa qui che tradurre quasi alla lettera il cap. VI del lib. IV delle *Istorie fiorentine* di GIOVANNI VILLANI: Come i Fiesolani disfatta Fiesole si raccomunarono co' Fiorentini con legge e arme.

(2) Cf. VILLANI, op. cit. lib. VIII, cap. I.

signum Christianorum congeriem assumpsisse (1); aliquid enim certi, cur et qualiter hoc inceperit non inveni (2).

ma nulla in conclusione si conosce di certo sull'argomento.

Unde vero processerint guelphe dignitatis gibellineque factionis nomina, quod ardenter scire desideras atque petis, fateor me ne- 5 scire. vides enim iandiu scriptorum diligentiam non nostro solum tempore, sed quampluribus seculis defuisse; quo fit ut rerum gestarum veritas altis sepulta tenebris nesciatur; ut mirari desinas hoc, sicut cernimus, ignorari. illud mirandum potius quomodo potuerit nobile Latium in hec duo tartarea nomina scindi, sive 10 fuerit electio sive potius error, et in errore tam funeste electionis tamque supini, sicut videmus, erroris, heu!, tam longo tempore perstitisse; ut vere crediderim quod finxit quidam de Camerino, professione litterator sive grammaticus, nomine vero proprio Christianus (3). dixit enim in huius rei detestatione libello, quem 15 de partibus istis guelpha gibellinaque composuit, ingenio quidem nobilem, arte rudem (4):

Altrettanto deve dirsi dell' origine dei due partiti dei Guelfi e dei Ghibellini e dei nomi loro.

Sepolta è la verità nelle tenebre del tempo,

e ben si può deplorare che l' Italia abbia tanto a lungo sopportato e tuttavia sopporti i funesti effetti di due nefaste fazioni, che con un poeta rozzo, ma non privo d' ingegno, Cristiano da Camerino,

> Sunt Errore sati stygia sub rupe gemelli;
> Dicitur hic Gelef, alter sub nocte Gebelque.
> Protulit hos uno demens Discordia partu &c.

20 licet enim pedestri squalidoque sordescat, ut vides, stilo, quod ad ingenium pertinet nichil potuit elegantius comminisci quam Er-

(1) Cf. STELLA, op. e loc. cit.: « Verum in Florentinis chronicis in« venitur, Christianos Gentilibus fuisse « mixtos et Christianos cum haereticis « pugnavisse; verisimile est quod tunc « ob reverentiam et virtutem sanctae « crucis Georgii[que] beatissimi mi« litis, qui signum ipsum detulisse di« citur, omnes morem gerentes [*sic: l.* « morigerantes ?] erexerunt illud ipsi « christicolae ».

(2) Com'è naturale, non riesce oggi meno arduo di quel che tornasse ai giorni del S. chiarire questi piccoli problemi. I più seguono tuttora il Villani, ascrivendo alla metà del secolo XII l'adozione, da parte de' Fiorentini, dello scudo diviso verticalmente, rosso a destra e bianco a sinistra; a tempo poco più tardo l'inserzione della croce rossa in campo bianco; ed al 1293 la scelta di quest'ultim'arma quale insegna e gonfalone del Popolo. Ved. *Illustraz. araldiche conten. le armi della repubbl. di Firenze, de' suoi istituti civili e militari e delle sue princip. famiglie* in *L'Inferno di D. Alighieri*, a cura di G. C. WARREN Lord VERNON, Londra, MDCCCLXII, vol. II, Documenti, p. 257 sgg.

(3) Il nome di Cristiano da Camerino, grammatico, vissuto tra il secolo XIII e il XIV, a giudicarne da quanto scrive qui il Nostro, è del tutto ignoto agli storici della letteratura latina dell'età medievale. Cf. anche le note all'ep. VI del lib. V; II, 29.

(4) Cf. OVID. *Trist.* II, 424.

posson dirsi nati dagli amplessi dell'Errore colla Discordia sulle rive dello Stige.

rore Discordiaque genitos dicere fratres istos, a quibus, proh dolor et pudor!, hec pestis inceperit, que furore tam patentis erroris totam discidit Italiam totque bellorum eventibus conquassavit.

L'autore delle *Istorie fiorentine* reca però a tal riguardo una narrazione,

nam, ut ad chronicas nostras veniam, scribit nostrorum annalium non contemnendus auctor in nostrarum recentium rerum com- 5 memoratione; recentia quidem voco que intra proxime preterita sex seculorum spacia contigerunt; quod hec seditiosa nomina, quibus Italia dissecta est, Guelphus scilicet et Gibellinus, dicuntur in Germanie partibus incepisse. nam, ut scribit, dissidentibus acerrimo bello duobus potentissimis illarum partium dominis, ex 10 duobus ipsorum oppidis, que mutuo locorum opportunitate non propinquius solum sed ardentius bellabantur; quoniam uni nomen erat Guelpho, alteri Gibellino, factum est, ut hi Gibellini dicerentur, hi Guelphi. et quia tota fertur Alemannia huius belli gratia duas in factiones fuisse divisa et ipsam Romanam curiam 15 contrariis favendo studiis similiter dissensisse dissensisseque simul Italiam, factum est ut contendentium fautores eadem que dissidentes acceperant nomina sortirentur. hec noster hystoricus (1);

che, ove abbia solido fondamento, può credersi verisimile.

ut si verum est totam Germaniam pro dictis dominis divisam diutius bellavisse, facile fuerit armorum gentes, ubicunque milita- 20 rent, appellationem famosissimorum istorum nominum usurpasse. utcunque tamen res sit, non possum certum aliquid affirmare. volo tamen, postquam te non possum docere quod queris, unum scribere quod ridebis.

Ridicolo è invece il racconto che Saba Malaspina ha introdotto nella sua storia.

Fuit quidam nomine S a b a s M a l a s p i n a, decanus ecclesie 25 Melitensis et domini pape scriptor. hic officium assumens hystorici, gesta Manfredi Karolique, comitis Andegavensis et Narbonensis provincie citra Rhodanum, stilo nescio quo descripsit. hic relaturus Manfredi nativitatem, primo libri sui capitulo aereis quibusdam monstris attribuit originem huius pestis et inter nubes 30 vult factionum istarum nomina ad intelligentiam audientium so-

8-18. dicuntur - historicus] *Tutto questo brano è riportato testualmente dallo Stella op. e loc. cit., col. 1003 D-E.* 26. *Cod.* militensis

(1) Qui pure il S. traduce quasi alla lettera dal VILLANI, op. cit. lib. V, cap. XXXVIII, Come si creò in Firenze parte Guelfa e Ghibellina.

nuisse; quod ego fabulosum et ridiculum arbitror, vanum anileque figmentum. et ut delyramentum videas suum illius capituli copiam presentibus interclusi [1]. chronicista vero noster vult huius maledictionis labem in hanc urbem irrepsisse iam annis centum et nonaginta. vult enim, exactis annis ab incarnatione Verbi mille ducentis quindecim, ex quadam discordia civica partium istarum nomina fuisse domestica Florentinis [2]. nam, licet prius, ut necessarium est in magnis populis, in quibus sint alti animi, cives florentini diversis et variis factionibus dissiderent, ista tamen tartarea nomina non habebant, que tunc apud nos inventa credimus vel recepta.

Comunque sia, vuole il Villani che le « maledette parti » abbiano avuto principio in Firenze l'anno 1215.

Hec habui que super his que postulas scriberem. nichil tamen, ut vides, affirmare valemus. hec quidem hystorica talia sunt quod nil prorsus certitudinis habeant; sufficit quod saltem verisimilitudo non desit, que media est fabulose fictionis et certissime veritatis. si res esset in ratione constituta, possem ab essentialibus diffinitione, divisione vel nomine probationem assumere; possem etiam ab externis; sed affirmare de preteritis quod sic fuit, cum res non possit percipi sensibus, quia non est, nec ostendi testibus, cum non sint; non difficile solum, non laboriosum et longum, sed impossibile mortali cuippiam prorsus est; ut ex his, postquam historiçandi laborem et diligentiam assumpsisti, possis aspicere nunquam tibi verisimile relinquendum, nunquam affirmandum aliquid, sed auctoritati referentium tribuendum.

Fa alcune riflessioni sopra la difficoltà di chiarire la verità dei fatti storici, quando manchino i documenti, e sulla necessità d'appagarsi della verisimiglianza,

evitando le affermazioni e allegando sempre i fonti.

Vale felix et mei memor; Iohannemque nostrum saluta, cui nondum neglecte visitationis iniuriam parco, ni restauret nique se rationibus veris purget vel saltem, quod reatum confitentis esse novimus, deprecetur [3]. iterum vale. Florentie, tertio kalend. decembris .MCCCCV.

Manda saluti a Giovanni Stella.

29. *L'anno è agg. da mano diversa, ma contemporanea o di poco posteriore alla prima.*

(1) Questo racconto di Saba Malaspina era già stato riferito con giudizi assai poco benevoli per l'autore, nell'ep. VI del lib. V; II, 30, a cui rimandiamo. Lo Stella, forse sconcertato dalle espressioni ironiche, con cui il S. glielo trasmetteva, ha creduto bene di non tenerne alcun conto ne' suoi *Ann.* cit. coll. 1003-1004, dove pur riassume il resto della dissertazione Colucciana.

(2) VILLANI, op. e loc. cit.

(3) Per questi accenni a Giovanni Stella, cf. l'ep. XIII di questo libro, p. 92.

XVIIII.

A Poggio Bracciolini (1).

[Ch, c. 9 A.]

Poggio.

Firenze, 17 dicembre 1405. Si rallegra della dottrina e della eleganza di cui fa prova nello scrivere;

Linus Colucius Salutatus Poggio Guccio summi pontificis abbreviatori scriptorique salutem dicit. dilecte fili karissime, gratulor et gaudeo stilo tuo et scientia tua. non enim moder- 5

(1) Nell' inverno del 1402, scrivendo a Lodovico Alidosi signor d'Imola, che l'aveva esortato ad assumere le difese del Petrarca, assalito da maligni detrattori, così il Nostro diceva: « Scriberem in nostri Petrarce « defensionem, sicut avide petis, si « foret expediens, et illi viri, quos com« memoras quique, si de Francisco « nostro male sentiunt, nimis errant, « scribere quid mordeant conabuntur. « nolo quidem maledicta litteris refel« lere, que vel sola negatione vel fa« cillima commutatione possent eli« dere meque temeritatis et calumnie « rationabiliter accusare. si verbis in« saniunt, verbis refellendi sunt; sin « autem scribere super hoc aggressi « fuerint, ex nunc pro viribus Fran« cisci nostri me vindicem sentient « et eorum, que minus bene dixerint, « reprehensorem, ut sic omnes possint « inter illos et me quis verius scripse« rit iudicare »; lib. XIII, ep. III; III, 614. Ed in queste parole sembra quasi che risuoni l'eco delle dispute seguite in Firenze l'anno innanzi in casa di Roberto de' Rossi, dispute che Leonardo ha raccolte, attenuandone certamente la vivezza, nel *Dialogus ad Petrum Histrum*. Ma ecco, non trascorso ancora un triennio, presentarsi a Coluccio la necessità di mantenere la promessa, giacchè gli avversari del Petrarca alzavano sempre più la voce, e non soltanto contro di lui si scagliavano, ma cominciavano a prendere di mira anche chi, come il S., aveva al culto delle tre Corone fiorentine e particolarmente a quello del cantor di Scipione, dedicata tanta parte della propria vita. E come prima il Niccoli, ora il Poggio insorge contro il maestro; e da Roma, mostrando di farsi interprete di giudizi altrui, ch'egli però non esita a condividere, lo rimprovera d'avere assegnato al Petrarca un luogo troppo superiore a quello di cui è meritevole; d'averlo anzi predicato eccellente sopra ogni scrittore antico, quasichè sia possibile metter a paragone cogli antichi i moderni.

Memore degli obblighi suoi, Coluccio s'arma dunque e discende sollecito in campo a tutelare la causa del Petrarca, che è insieme anche la propria; ma non vorrei affermare che il veterano sentisse in sè la sicurezza di uscire vincitore dalla mischia. Troppo egli stesso aveva veduto cangiare intorno a sè le condizioni della cultura, troppo s'era pur egli inebbriato del licor novo che sgorgava dalle greche sorgenti, riapertesi ristoratrici agli italici ingegni, perchè potesse tener piena fede ancora alle idee che aveva, vent'anni innanzi, propugnate; credere che nelle opere del Petrarca e del Boccaccio ogni perfe-

norum ineptiis lubricas, non inscite, sicut plerique faciunt, vocabula vocabulis alligas, sed maturitate prisca et eloquentia solida que scribis refers. nimis tamen non scommatibus, sed ledoriis delectaris (1). non iuvat latenter aut dulciter ferire, sed palam 5 acriter debaccharis; quod quidem non solum in absentem tecum loquens vel de aliquo tecum scribens, sed etiam cum loqueris aut scribis alteri; quasi liceat quasique moris sit vel artis aut consilii talia facere, imo penitus nil curare; nimium usurpasti. scis quid de alio scripseris Nicolao nostro (2); nec venit in mente illud

ben si vede che egli ha studiato gli antichi scrittori.

Biasima peró in lui la eccessiva predilezione per la mordacità ed il sarcasmo,

onde ha dato prova anche testè scrivendo al Niccoli.

5. *Cod.* debaccariis

zione di sostanza e di forma si racchiudesse. Di questo suo stato d'animo la difesa ch'egli fa di messer Francesco risente assai; essa apparisce, qual'è realmente, fiacca ed artifiziosa. Incapace di addurre in proprio aiuto solidi argomenti, Coluccio s'acconcia a capziosi ragionamenti, a sofistiche confutazioni; assalisce, per dissimulare il proprio imbarazzo, l'amico con rimproveri immeritati, con infondate accuse. Buon per lui che il Poggio, cui affetto filiale e carità di patria rattengono dall'adoperare le terribili armi di cui dispone, mostra di cedere e gli concede, specialmente dopo il secondo assalto (cf. ep. XXIII di questo libro), un simulacro di trionfo, del quale il Nostro, affaticato, s'appaga.

L'epistola del Poggio, a cui la presente risponde, è andata perduta come tutte le sue anteriori al 1416 circa (cf. POGGII *Epistolae*... ed. coll. Thom. de Tonellis, Florentiae, MDCCCXXXII, I, p. XIII): perdita veramente irreparabile per la cognizione del periodo preparatorio del Rinascimento. Che essa fosse stata composta pochi mesi innanzi, ce ne dà prova la poscritta aggiunta dal Nostro all'epistola XIIII di questo libro (cf. p. 105), in cui egli incarica Leonardo Bruni d'avvisar il Poggio che aveva ricevuto il suo scritto e si preparava a rispondergli per le rime. Ad altra conclusione però si dovrebbe venire quando prestassimo fede alle parole con cui in questa stessa epistola Coluccio allude alla lettera del Poggio, scritta, egli dice, « sexto decimo kalendas se« ptembris, credo, anni praeteriti »; giacchè in tal caso sarebbe da attribuire al 1404, e non già al 1405. Ma io opino che il S. abbia commesso qui un lieve errore di memoria, e scrivendo a mezzo il dicembre 1405, siasi indotto a considerare come già del tutto trascorso l'anno, che in realtà aveva ancora quattordici giorni di vita.

(1) « Sunt alia duo apud Graecos « nomina, λοιδορία et σκῶμμα, quibus « nec vocabula latina reperio, nisi « forte dicas laedoriam exprobrationem « esse ac directam contumeliam: scom« ma enim paene dixerim morsum « figuratum, quia saepe fraude vel ur« banitate tegitur ut aliud sonet, aliud « intellegas »; MACROB. *Saturn.* VII, III, 2-3.

(2) Senza dubbio il Niccoli. Naturalmente non riesce possibile, date le cautele, onde il S. ravvolge i suoi rimproveri, indovinare contro chi il Poggio avesse affilato il taglio del suo sarcasmo: doveva trattarsi di personaggio in curia influentissimo.

Egli ha mancato di prudenza, attaccando chi, sapendosi offeso, potrebbe nuocergli.

Pollionis dictum, qui cum in eum tempore triumvirum Augustus fescenninos scripsisset versiculos, ut legimus, inquit: at ego taceo. et velut rationem reddens adiecit: non est enim facile scribere in eum qui potest proscribere. quod quidem, licet Cesar patientissime tulisse credatur; inter exempla quidem patientie sue relatum est (1); tenere debemus exemplum: periculosum scilicet esse scribere in eum qui potest proscribere. quam autem periculosum sit coram reprehendere, ex Clyto, qui loquacitate sua victima iacuit Alexandro, videre licet. etenim non quod maledixerit regi, sed quod patrem eius Philippum laudaret preferretque paternas victorias glorie filii probabili ratione, veluti genitoris commendatio detractio filii foret, ab eodem miserabiliter extinctus est (2). et Cicero noster liberius et mordacius Pompeio suo loquens adeo gravis fuit, quod dixisse feratur Gneus: cupio ad hostes Cicero transeat, ut nos timeat (3). adeo quidem verum est Terentianum illud:

Non conviene biasimare altrui apertamente: gli esempi di Clito e di Cicerone stesso ne danno prova.

Obsequium amicos, veritas odium parit (4);

La verità è odiosa a tutti; solo alle lodi si aprono volentieri gli orecchi, come insegna Temistocle.

quod nullius aures libenter pateant nisi laudantibus; nec veritatem, si laudi non sit audientibus, gratulanter etiam infimi, nedum dominantes audimus. plane quidem omnes Themistocles sumus, qui gratissimas sibi fore voces eius testatus est, qui suas artes optime caneret (5). nec dubium illi, cui quidem hoc gratissimum erat, molestissimum fuisse si quis male sibi vel de se dixisset. delicatissima res aures nostre sunt, quas vel levissimum quid offendat. hec pro tanto velim fuisse prefatus, quoniam, ut video, nimis hoc maledicendi et invehendi charactere delectaris. videtur enim tibi, quantum arbitror, orationis huiuscemodi ratio efficacius atque vehementius et omnino; quo sic loquar; experrectius quam laudatio permovere. quod quidem et ego fateor; sed cave, quoniam quanto pungentius est et acrius ac profundius

Al Poggio sembra che l'inveire ed il vituperare dia forza allo stile, più che non l'elogiare; e ciò è vero: ma tenga conto dei rischi a cui così operando si espone.

3. *Cod.* ratione 28-29. *Cod.* experrectus

(1) Cf. MACROB. *Saturn.* II, IV, 19-21.
(2) Cf. IUSTIN. *Hist. Philipp.* lib. XII, cap. VI; Q. CURT. RUFI *De reb. gest. ab Alex.* lib. VIII, cap. I.
(3) Cf. MACROB. op. cit. lib. II, cap. III, 9.
(4) TER. *Andria*, I, I, 41.
(5) Cf. VAL. MAX. VIII, 14, ext. I.

penetrat plus offendit, plus movet plusque non indignationis solum excitat, sed furoris. celeber est Cicero Philippicis, utpote quibus nichil addi possit artis, ingenii, vehementie vel ornatus. sed quid auctori prodest, postquam ex his indignatione concepta 5 triumvirum sententia proscriptus, indigna et ingrata manu cesus occubuit; licet post eius fata scriptum fuerit:

Le *Filippiche* hanno reso immortale Cicerone,

ma gli costaron la testa;

Nil agis, Antonius. scripta diserta manent? (1)

quid sibi profuit amor, pudor atque protectio Cesaris Augusti, licet triduo credatur super hoc cum Antonio contendisse (2), post-10 quam tandem plus valuit indignatio quam auxilium, plus offensio quam defensio, plus persecutio quam favor et illi tristi sententie damnatus subiacuit, quam sibi peperit maledicendi studio, licet pro republica loqueretur? crede michi, dilectissime Poggi, in hac superbia, qua cuncti plus quam decet omnino versamur, 15 nichil stultius quam verum dicere, quam provocare conviciis, quam male de quoppiam loqui, cum honeste possis, ne dixerim debeas, subticere. vide parum: si que tu scis et ego vidi queve fratri, amico et socio tuo scripsisti venissent aut venirent in manus vel nocere volentium, quanti faceres ea nunquam vel penitus co-20 gitasse? memor esto, queso, quod, ut Flaccus ait:

nè Augusto, comechè potentissimo, valse a strapparlo alle ugne di Antonio.

Meglio è dunque tacere che biasimare e provocare altrui.

Evolet emissum semel irrevocabile verbum (3);

Non si trattiene parola uscita che sia di bocca.

quo cautus sis cogitans, moneo, cautior loquens, cautissimus vero scribens, nec proferas nec scribas quod latere, ne dicam velis, sed expediat. nec presens solum consideres, sed futurum: au-25 reum Severini verbum est: non quod ante oculos situm est, suffecerit intueri, sed rerum exitus prudentia metitur (4). scis quod ad sugillationem et infamiam ductum fuerit atque crudelitatem post mortem etiam imperatori C. Caligule, quod in secretis eius reperti fuerint duo libelli, quorum uni Gladius, alteri Pugio

Vada cauto dunque nel pensare, nel parlare e soprattutto nello scrivere: rifletta ai casi che possono avvenire:

l'esempio di Caligola stia a rammentargli

6. *Cod.* facta 22. cautus] *Cod.* cauti' 24. *Cod. omette* sed

(1) *Hexastica de titulo Ciceron.* X, Euphorbii, v. 4, in BAEHRENS, *Poetae lat. min.* IV, 139-140.

(2) Cf. PLUTARCH. *Cicero*, XLVI.

(3) HOR. *Epist.* I, XVIII, 21. Ma il testo dice veramente: « Et semel emis« sum volat » &c.

(4) BOET. *Philos. cons.* II, 1, 44.

che non solo le azioni ma gli stessi pensieri tornarono talvolta d'infamia a chi li aveva concepiti.

titulus erat; quibusque ambobus inscripta fuerant nomina destinatorum ad mortem [1], ut in talibus non solum facta sint infamie, sed infecta. quam ob rem adhibe, precor, ori seram; experire laudationibus et benedictis eloquentiam tuam; noli reprehensionibus delectari; noli maledictionibus operam indulgere; memento quod Cicero noster accusaturus Verrem ad gloriam sibi ducit quod multos annos in causis iudiciisque publicis ita versatus sit, quod defenderit multos, leserit neminem [2]. et tu, vix iuvenis, imo adhuc adolescentulus, glorie ducis quod aliquem crimineris? an ignoras eloquentiam sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam? [3] credisne sapientis esse maledictis aliquem persequi, licet diserte, licet apposite, licet splendidissime proloquatur, licet vincat Fabium et licet ipsum redoleat Ciceronem? dele preterita et taliter in futurum provide, quod non habeas ex dictis tuis scriptisque pendere; memor, quod, ut inquit Sapiens, mors et vita in manibus lingue et qui diligunt eam, comedunt fructus eius [4]. sed hec satis. vides enim quantum erroris in hoc versetur [5].

Se Cicerone, quand'accusò Verre, si vantava di aver lunghi anni perorato in difesa altrui, senza mai nuocere ad alcuno, perchè vuol egli, giovinetto, ascrivere a propria lode l'opposto?

Provvegga dunque a cancellare le tracce degli errori passati e tenga per l'avvenire in freno la lingua.

Passerà ora a difendere la lettera da lui scritta in lode del Petrarca,

Nunc autem, Poggi karissime, habeo tecum quiddam, imo quedam disserere. longa quidem epistola sextodecimo kal. septembris, credo, anni preteriti ex Urbe, scribens de quadam mea epistola, quam ad insignem virum Iohannem Aretinum super laudibus Petrarce nostri iamdiu scripseram [6], mirari videris quod ipsum

2. *Cod. omette* non solum

(1) C. Sueton. Caligula, XLIX.

(2) Cic. *In Q. Caecil. Divin.* 1.

(3) Cf. Cic. *De inv. rhet.* lib. I, cap. 1, 1.

(4) *Prov.* XVIII, 21; ma il testo: « comedent ».

(5) La paternale doveva, come si sa, fruttar poco. Il Poggio, « nimico « d'ogni finzione e simulazione, ma « aperto e libero », secondochè scrive Vespasiano da Bisticci (*Vite* cit. p. 422), continuò per la propria strada, « veementissimo nelle sua in« vettive, in modo che non era ignuno, « che non avesse paura di lui ».

(6) Allude all'epistola da lui diretta il 13 luglio 1379 a Giovanni Bartolomei d'Arezzo, cancelliere di Francesco da Casale, signor di Cortona (lib. IIII, ep. xx; I, 334 sgg.), la quale, come già si disse, aveva conseguito non scarsa divulgazione ed era anzi stata da molti aggiunta quasi condegna illustrazione ai codd. racchiudenti le opere del Petrarca. Contro di questa appunto rivolgeva le sue critiche lo sconosciuto censore di cui il Poggio s'era fatto l'eco.

et Virgilio et Ciceroni et plurimis antiquorum duxerim preferendum; nec te mirari solum, sed alium nescio quem doctum hominem, cum me, veluti virum doctissimum atque eloquentissimum non solum semper magni fecisset, sed etiam pretulisset omnibus 5 qui nostris seculis excellentem aliquam habuerint vim doctrine, illud idem admirantem noviter professum esse me totum e suo pene gremio decidisse, quod illa conarer epistola Petrarcam nostrum omnibus, qui unquam fuerint, cum oratoribus tum poetis anteferendum; asserens quod, cum illum doctum hominem of-10 fendisses; inter loquendum in eum te devenisse sermonem, ut diceres nullam vel parvam comparationem admodum, quo verbum ponam tuum, fieri debere inter priscos illos eruditissimos viros et eos qui his seculis claruerunt. erit ergo michi tecum de hoc, quod ille tibi magno concessit assensu, primo certamen; altero 15 postea loco videbimus de Petrarca; demum autem ad illa que scribis, ut oportebit, singulariter singulis respondebo.

che al Poggio come ad un suo dotto amico

pare degna di biasimo perchè vi si esalta lo scrittore moderno al disopra di quanti furono mai oratori e poeti.

Il Poggio e l'amico suo sostengono all' opposto che non é possibile nessun confronto tra gli antichi ed i moderni.

Ei comincerà dal rispondere a quest' asserto: quindi verrà a toccar del Petrarca.

Nimis enim tu et tuus ille peritus, ut scribis, amicus defertis et ceditis vetustati. et ut ad primum veniam, quos priscos illos viros eruditissimos dicis, Christicolas an Gentiles? et, ut de Christianis 20 et fidelibus primum loquar, fateor ingenue, ut de Origene, Chrysostomo et aliis multis taceam, modernorum neminem Hieronymo, Ambrosio aut etiam Gregorio comparandum. nec istos etiam omnes iudico preponendos divo Aurelio Augustino; Iohannes evangelistis, Paulus apostolis, Augustinus vero doctoribus omnibus 25 antecellit.

E prima di tutto fra gli antichi debbono distinguersi i Cristiani dai Gentili.

De' primi egli giudica Girolamo, Ambrogio, Gregorio superiori ad ogni moderno: tutti e tre stima però inferiori ad Agostino,

> Lenta salix quantum pallenti cedit olive,
> Puniceis humilis quantum saliunca rosetis(1),

iudicio nostro tantum cedunt omnes orthodoxi doctores prisci vel ultimi temporis Augustino. dic michi, carissime Poggi, dicat 30 et ille qui me semper tanti fecit, quod omnibus modernis preferre sit solitus, cuius e gremio pene decidi; dicatis, obsecro, quem ex omnibus Gentilibus preferatis Augustino, philosophumne quem-

5. vim] *Cod.* iun *(sic)* 11. *Cod.* admodo 21. *Cod. dà in rasura la sillaba seconda di* modernor. 26. *Cod.* quant. lenta salix 27. quantum] *Cod.* quam tua*; poi dà* cedit *ed omette* humilis

(1) Verg. *Buc.* ecl. V, 16-17.

al quale deve cedere pure qualsiasi tra i pagani.

piam, oratorem vel poetam? Platonem, Aristotelem, Tullium vel Maronem aut quem Cicero super omnes celebrat eruditos, quive librorum, quos edidit, copia cunctos qui se precesserunt, quantum ego perceperim, superavit? [1] non puto vos adeo desipere, quod Augustinum istorum alicui postponatis, licet illi pre- 5 cesserint tempore multaque claruerint dignitate. sed dices: non sunt nostris temporibus Augustini. si dares unum, modernitatem omni preponerem vetustati [2]. non igitur es propter mille annos uni cessurus Homero [3]. removimus iam, arbitror, totam hanc auctoritatem, umbram et opinionem laudatissime antiquitatis; vo- 10 loque, si placet, quod quicquid ex prioritate temporum dignitatis et eminentie concepisti, sicut decet, omnino removeas. pura sit, non temporum, sed scientie concertatio. hec ad examen et trutinam redigamus. quod si feceris, crede michi, non eris etatis tue tam iniquus et improbus estimator. videbis atque letabere 15 quod hec nostra duo secula, quibus incidimus, non mediocriter emerserunt, sicque sint minora paucis, quod patenti ratione celebriora possis et debeas quamplurimis affirmare. nam, quantum ad scientiam attinet, nonne Cicero noster gloriosissima adhuc Grecia vixque Latio de militari dignitate cedente, scribere non 20 dubitavit: meum iudicium semper fuit omnia nostros aut invenisse per se sapientius quam Grecos, aut accepta ab illis fecisse meliora, que quidem digna statuissent, in quibus elaborarent [4]. et Arpinas noster tantum Latio tribuit contra famosam et insolentem Greciam; nec Aristoteli parcens nec Platoni, licet antiquitate 25 longa precederent, licet ipso Gentibus omnibus precellerent Areopago. tu vero et alter ille adeo vos duos malignos modernitatis estimatores exhibetis, quod non hominem homini, sed etatem etati, velut horum illorumque iudices, preferatis. sed cogitate parumper quod oportet iudicantes iudicatis eminere, saltem illa ratione, de 30

Si lasci da parte il pregiudizio che l'antichità conferisca grandezza e splendore,

e si riconoscerà allora che l'età moderna non è poi indegna di stima;

e che se Cicerone potè contrapporre alla sapienza greca la romana dottrina,

non v'è ragione di sacrificar adesso ogni moderno vanto alla fumosa celebrità del passato.

27. *Cod. omette* vos

(1) Allude a Varrone, il πολυγραφώτατος, tante volte lodato da Tullio, *Ep. ad Att.* XIV, 18; *Acad.* I, III, 9 &c.

(2) Non abbiam argomenti per affermare che veramente il Poggio collocasse tant'alto il vescovo d'Ippona. Ma notissimo invece è il fervido culto che dedicò a san Gerolamo.

(3) Cf. Iuv. *Sat.* VII, 38-39.

(4) Cic. *Tusc.* I, 1.

qua iudicium fertur. bene quidem et eleganter Apelles; qui cum etiam sutorem de crepidis et ansulis consuluisset, incipientem disputare de cruribus, vetuit supra plantam ascendere, quod id facultas eius considerare non posset [1]. quo fit, ut temerarium 5 dici debeat ferre iudicium de scientia vel eloquentia quorumpiam nisi forte iudicantes de scientia simul et eloquentia illis, quos iudicant, antecellant vel, ne sophistice videar hoc inferre, saltem super his que iudicant probabilem possint reddere rationem. nunc autem dicite, precor, cur vel in quo priscos illos modernis, quos 10 adeo contemnitis, preferatis. unam reddite vel minimam rationem, preter glorie fumum et antiquitatis opinionem, cur illos victos et cascos debeamus posteris et recentioribus anteferre. vide laudatissimum Aristotelem quam cupide, quam rationabiliter et invicte conetur in *Physicis* expugnare Parmenidem et Me- 15 lissum [2]; quot et quantos primo librorum *De anima* primoque *De generatione* et *Metaphysice* sue primordio nominatissimos, qui precesserant, explodat atque condemnet [3]. et quis ferat vos sine ratione et auctoritate, solius fame et existimationis umbra, sic laudibus priscos extollere, quod omnes posteros repro- 20 betis ?

E si lasci pur in disparte quanto temerario sia voler trinciar giudizi su tutto lo scibile.

Ma gli antichi stessi non mostrarono di tenere in poco conto i loro predecessori?

Aristotile non combatte egli tutti i filosofi antecedenti?

Et, ut secundum membrum ingrediar, dic, precor, cum tot libros, tot epistolas, tot metra, tot prosas Petrarca noster composuerit atque reliquerit, in quo reprehensibiliter vetustati contradixit vel in his que scripsit erravit? assume sententiam unam, 25 queso deprecorque, Petrarce et vide si dici possit, veterum illorum aliquem contrarium reliquisse aut si forte reperias eum et illos in aliquo sibi fuisse contrarios, quin, quod Petrarca sensit, non sit rationabiliter preferendum. si inveneris Petrarcam et illos sententiis esse concordes et ipsum ubi contrarietas fuerit prose-

Per quanto riguarda al Petrarca, in quale mai de' suoi scritti contraddisse all'antichità commettendo errori?

Se da essa a volte si allontanò, certo sono da preferire le opinioni ch' egli tiene a quelle dei pagani.

25. *Cod.* inde

(1) Cf. Val. Max. VIII, xii, ext. 3; Plin. *Nat. Hist.* XXXV, xxxvi, 22.

(2) Cf. Aristot. *De caelo*, III, i, 2 sgg.

(3) Cf. Aristot. *De anima*, I, ii; *Metaph.* I, iii; *De animal. generat.* I, xviii; ne' quali luoghi tutti espone e combatte le opinioni sostenute da Anassimene, Anassagora, Crizia, Democrito, Diogene, Empedocle, Eraclito, Ippone, Leucippo, Pitagora, Talete &c.

Perchè negar allora pur la possibilità di paragonarlo a costoro?

quendum, quid est quod dicas nullam vel admodum parvam comparationem fieri debere inter priscos illos eruditissimos viros et eos, qui nostris seculis claruerunt? qui sunt illi eruditissimi viri vel quot? scio quod eodem tempore et eiusdem rei plures eruditi reperiri possunt; eruditissimi vero non; superlativus quidem 5 excessus unius, non plurium esse potest. si credideris enim duos, quos eruditissimos dici velis, nonne oportet, sive pares sive dispares sint, te fateri facilissimum esse quod ante omnia presupponis? eruditissimus quidem esse non potest cui coniungitur equaliter eruditus. nec eruditissimus est, quem alter vel alius antecedit, 10 ut in altero sit necesse falsum omnimodo predicari, nisi forte relativum in ratione sumpseris positivi. sed hanc verbi difficultatem in medio relinquamus. que malignitas vel invidia est nolle modernorum aliquem emergere vel esse prioribus potiorem? nec id nostre solum etatis vitium est; lege Hieronymi multas epi- 15 stolas, leges prologos eius in Bibliam; vide quam moleste tulerit coetaneorum morsus et quam acriter fuerit ab emulis criminatus (1). duos reperio quibus etas favit sua; Origenem scilicet er divum Aurelium Augustinum. de hoc siquidem ultimo tam alte sui coetanei cum admiratione senserunt, quod legi deesse 20 dicerent et putarent quicquid Augustinum contigerit ignorare. sic enim predicabant qui sanctitatem suam de rebus abditissimis consulebant. prioris autem illius tanta fuit admiratio, quod etiam errorum, quos scripserat, post mortem suam obstinatissimos et magnos habuerit defensores et imitatores. non tamen id ago 25 nec volo. forte quidem rationabile non esset, quod modernos preferas, sed saltem hoc etati tribue tue quod eos, ut facis, taliter non postponas, quod prioribus non omnino vel parum iudices comparandos. et, ut hec dimittam et ad solida veniamus, duo sunt quibus eruditio nostra patet: sapientia, videlicet, et eloquentia. 30 nunc autem de sapientia cur causaris? Gentiles enim Ciceronem, Varronem et Romanos omnes; Aristotelem, Platonem et omnem omnino Greciam beneficio doctrinaque christiane fidei non Petrarca solum, sed quivis minus etiam quam mediocriter

È questo del non ammettere che i moderni possano uguagliare gli antichi un maligno vezzo, di cui già dolevasi ai di suoi Gerolamo stesso;

sicchè è a dire che due soli uomini abbiano trovato grazia presso i loro contemporanei: Origene ed Agostino.

Nella presente disputa due sono le doti che fanno illustre uno scrittore: dottrina ed eloquenza. Rispetto alla prima i più grandi tra gli antichi sono di necessità inferiori a qualsiasi cristiano anche mediocremente erudito.

(1) Cf. S. Hier. *Opera*, IV, 369; X, 433; XI, 834.

eruditus nostri temporis antecedit. non pendemus enim ab ignorata impossibilique mundi eternitate, que non possit esse, quin mortalium anime corruptibiles arguantur, ne detur discreta quantitas infinita, nec possit astrui plures horas precessisse quam 5 annorum chiliades. utrasque quidem fateri convenit, si ipsis credimus, infinitas, ut in illum demerse infinitatis ambitum se penitus non excedant. non pendemus de illo divinitatis errore, quo volunt Deum infinite durationis infinitique vigoris agere, tamen necessitate quadam naturali, quod servile est, non sue vo-10 luntatis arbitrio, quod est, ut illi maiestati convenit, liberum et regale, nichilque extra se cognoscere vel videre. non determinamus humanorum actuum finem voluptate, sicut Epicurii, virtute, sicut Stoici, humane societatis integritate, sicut Cicero, meditatione contemptuque mortis, ut Seneca, speculatione, sicut Ari-15 stoteles, vel alia humane mentis opinatione; sed illa beatifici obiecti comprehensione, qua beati sumus evo eterno beatitudineque perpetua fruituri. hac scientia et eis quibus illa perficitur, que quodammodo sunt infinita, antecellimus Gentilibus omnibus Christiani; ut si sapientiam queras, nulla prorsus de Gentilibus 20 et illis tuis eruditissimis viris priscis et antiquis comparatio facienda sit. in qua quidem sapientia et fidei pietate, si putas Ciceronem, Aristotelem vel Platonem antecelluisse Petrarce, lege librum suum; ut *De vita solitaria* libros et *De otio religioso* et epistolas suas dimittam; lege librum, inquam, *De se-25 creto conflictu curarum suarum*, et videbis eum non religione solum, fide et baptismate christianum, sed eruditione theologum et gentilibus illis philosophis preferendum. si ipse idem Aristoteles aut Plato reviverent, non auderent se doctrine et veritatis dignitate preferre, nedum Petrarce, eruditissimo viro, 30 sed etiam cuivis Christiano, licet minus quam mediocriter instituto. stultam enim fecit Deus sapientiam huius mundi [1]; stultam quidem, non sapientia solum vera, sed stulticia predicationis. sed cum tu ceterique opinionis errore soloque splendore vetustatis

Essi farneticavano sull'eternità del mondo,

sulla natura di Dio, cui sottoponevano a servitù indegna di lui;

volevano che fine degli atti umani fossero o il piacere o la virtù o l'integrità sociale o la meditazion della morte o la speculazione;

or tutti questi errori son lungi dalla mente dei Cristiani dinanzi a cui brilla la luce della verità.

Il Petrarca dunque per cognizione delle vera sapienza, per l'ardore di fede che manifesta in più scritti,

va innanzi a quanti sono filosofi greci e latini.

12. *Cod.* Epicuri 16. *Cod. ha una rasura dopo* beati 19. *Cod.* christiani[a]

(1) Cf. s. PAUL. I *Cor.* I, 20.

Ma, pur lasciando ciò è certo che gli antichi stessi cacciaronsi l'un l'altro di nido:

illos vobis persuaseritis eruditos, quos, si veniatur ad intimum, vos fateri oporteat non in uno sed in plurimis erravisse, nonne pudere debet vos eis tantum precipitibus stultisque vestris assensibus tribuisse? si videmus Thaletem Milesium auditore suo Anaximandro, hunc Anaximene, istum Anaxagora et Diogene, 5 Anaxagoram autem Archelao, hunc vero Socrate victum esse;

come Socrate oscurò i filosofi precedenti, così Platone fe' obbliare il maestro e fu a sua volta tolto di seggio da Aristotile

Socratem autem ipsum auditoris sui pietate platonicis dialogis celebratum, una cum discipulo suo ab eius auditore Aristotele tandem post multa tempora superatos; unde venit, o Poggi, quod priores velis adeo incomparabiliter posteros superasse? 10

Certo è necessario avere nel campo scientifico un maestro di indiscutibile autorità a cui far capo, come avvien ora dello Stagirita;

scio quod in his scientiis, ne processus esse conveniat in infinitum, opus est quod unum aliquem habeamus qui locum sublimiorem obtineat et quem nobis, velut fixum aliquid, proponamus. talem habemus nostris his temporibus Aristotelem Abderitem[1]; prius autem reputabatur ab omnibus Plato; nullis enim aut paucissimis noster 15 Aristoteles notus erat. quare cedat, obsecro, tam preceps de vetustate iudicium, postquam videmus omnes, quicunque recepti sunt, eos, qui precesserant, superasse. qui Platonem recipit, omnes damnat qui Platoni multis ante temporibus, magna licet cum gloria, precesserunt.

ma perchè, ammesso questo, negar a beneficio d'un solo i meriti degli altri tutti?

cur tu et alii, quibus antiquitas ita placet, priscis 20 et antiquissimis viris propter Platonem vel Aristotelem derogatis? an nescitis hos quicquid scribunt sive scriptum reliquerunt ab antecessoribus accepisse? parum est quod in his laudatur, quod possint dicere suum esse; vix enim dicere potuerunt: hoc recens est.

Nel patrimonio scientifico dei posteri hanno gran parte le ricchezze degli antichi

iam enim precesserant in seculis que dicebant[2]; et etas no- 25 stra quid loquitur, quid disputat, quid addiscit nisi vetera queve illi, quibus tantum tribuis, a prioribus accepere?

E per venire all'eloquenza, in questa soprattutto si dicono gli antichi insuperabili.

sed dices, ut ad eloquentiam veniam: etsi scientia veritateque rerum, quam illi, Gentiles scilicet, nesciverunt, prestemus eis, saltem eloquentia stilique gravitate non sumus eis aliqualiter comparandi. mirum 30 est, quod si Christianos veritate scientiaque rerum antiquis illis

16. *Cod.* princeps 22. *Cod.* relinq. 26. *Cod.* qui disp.

(1) È questo un semplice *lapsus calami*: in luogo di citar Stagira, che sapeva ottimamente aver dato i natali ad Aristotile (cf. ep. VIII di questo lib. p. 40), il Nostro s'è lasciato cader dalla penna il nome della città tracia che fu patria di Protagora e di Democrito.

(2) Cf. *Eccle.* I, 10.

Gentilibus tu et ille prestare sentitis; sentire quidem debetis, cum negari non possit; eos in eloquentia preferatis. quicquid enim dicimus rebus constat et verbis; tantaque rerum dignitas est, quod sine verborum ornatu gravis et scientifica oratio eloquentissimo et 5 ornatissimo stilo debeat anteferri. etenim, ut Flaccus inquit:

Strana cosa che chi giaceva notoriamente nell'errore sappia dire più efficacemente di chi è in possesso del vero!

Scribendi recte sapere est et principium et fons (1).

nam, ut noster Arpinas ait, nemo poterit esse omni laude cumulatus orator, nisi erit omnium rerum magnarum atque artium scientiam consecutus. etenim ex rerum cognitione florescat et re- 10 dundet oportet oratio, que nisi sit ab oratore percepta et cognita, inanem habet quandam orationem et pene puerilem (2); ut fateri necessarium sit omnes qui sapientia cuiquam antecellunt, eloquentia pariter antistari. sed dices: tune me rediges ad insaniam? cogesne me fateri theologos nostri temporis quive iam ferme tribus 15 seculis claruerunt, eloquentes esse, cum de illorum numero sint, de quibus divus inquit Aurelius quod vera sic narrent, ut audire tedeat, intelligere non pateat, credere postremo non libeat? (3) scio, carissime Poggi, quod quantum nostri theologi vincunt veritatis eruditione Gentiles, tantum nostros illi superant non peritia maie- 20 stateque dicendi, que sine veritatis scientia puerilis est, sed illa, de qua Flaccus ait:

Ma su ciò non insisterà di più, perchè certo ei non vuole forzare il Poggio ad ammettere che i teologi del medio evo e dei suoi giorni siano in pregio per l'eloquenza.

Non nega dunque che i Gentili abbian nell'arte del dire superato i Cristiani;

versus inopes rerum nugeque canore (4);

credoque quod, cum se cognoscerent falsa dicere; sciebant enim se nondum ad veritatis intimum penetrasse; eos fuisse, sicut in- 25 genia sunt ad ea que valent et cupiunt industriosa, eorum, que natura scire poterant et eloquentie, cuius, ut vult Cicero, facultas non abstrusa, sed in medio sita est, idest in omnium oculis atque noticia, studiosos (5). hinc arythmeticam, geometriam et musicam, grammaticam, logicam et hanc, de qua disputamus, rethoricam, 30 ferme ad perfectum, et ipsam astronomiam, quantum coniectura potuerunt assequi, mira prorsus integritate perscrutati sunt. naturalem autem et metaphysicen et, que transcendit omnia, theo-

ma quest'arte era vana, e giovò a celare la incertezza delle loro cognizioni.

Se essi poterono eccellere quindi nelle arti liberali,

nell'investigazione della natura, nella speculazione metafisica e teologica

(1) Hor. *Ep.* II, iii, 309.
(2) Cic. *De orat.* I, vi, 20.
(3) S. Aug. *De doctr. christ.* IV, § 1-3 in *Opera*, III, 89-90.
(4) Hor. *Ep.* II, iii, 322.
(5) Cic. *De orat.* I, iii.

non seppero far nulla di grande.

logiam, nullo modo comprehendere vixque attingere potuerunt, ut non immerito scripserit Philosophus, quod, sicut nycticoracum oculi ad lucem diei se habent, sic et anime nostre intellectus ad ea que sunt omni nature notissima [1]; ut nedum supernaturalium sed naturalium difficultate credatur a multis 5 sapientissimum Apollinis oraculo Socratem [2], dimissa naturalium investigatione, suum omne studium ad moralia convertisse, quod istis, ut sibi videbatur, finem et exitum invenire posse sine dubio confidebat [3]. sed cum finis omnium solus Deus sit, quod illi penitus ignorabant, quomodo scire poterant que ad finem? quod 10 cum viderent se nondum assecutos esse, dicendi rationem facultatemque conati sunt modis omnibus adipisci; credo falsum arbitrantes, quod Socrates, ipsorum ferme deus, dicere solitus erat, omnes scilicet in eo quod scirent satis esse eloquentes. quod quidem, licet Cicero probabile dicat, verum autem neget [4]; ego 15 tamen verissimum arbitror atque certum. quanvis enim qui dicenda novit, simpliciter et absolute non sit eloquens, satis tamen eloquens in eo quod scit quilibet esse debet, nisi penitus desipiat et ignarus sit. et ut ad etatis nostre viros redeam, duo vel tria, que pertinent ad eloquentiam, in nostrorum eruditorum usu sunt: 20 disputare, scilicet, predicare docereque. et dic: nonne diebus nostris plurimos vidimus admirabilis predicationis suavitate, non apud rostra sed in ecclesia populos detinere? quid eloquentie deficiebat venerabili patri meo, supercoetaneo nostro, magistro Loisio de Marsiliis? sic enim vulgo dicebatur, licet Ludovico sibi nomen 25 foret [5]. quid, inquam, illi homini deficiebat vel eruditionis vel eloquentie vel virtutis? quis unquam orator vehementius permovit animos aut quod voluit persuasit? quis plura tenuit atque scivit, sive humana sive divina requiras? quis hystoriarum etiam Gen-

Di qui si spiega come Socrate abbandonasse lo studio della natura per rivolgersi a quello della morale.

Ignari dunque del vero fine di tutto, che è Dio, vollero eccellere almeno nell' eloquenza.

Or, venendo ai tempi moderni, l'eloquenza si manifesta in triplice forma: nel disputare, nel predicare nell'insegnare.

La predicazione ha tra i moderni maestri insigni: e basti citare frà Luigi de Marsili, capace di commuovere chicchessia perorando, dottissimo in ogni ramo dello scibile,

24. *Cod.* Lisio 25. *Cod.* Lodovico 27. *Cod.* promovit

(1) ARISTOT. *Metaphys.* I, I, 12-14.
(2) Cf. CIC. *De amic.* II, 6; *Acad.* I, IV, 16 &c.
(3) Cf. CIC. *Acad.* I, IV, 15; *Tusc.* V, IV, 10, 11.
(4) CIC. *De orat.* I, XIV, 63.
(5) Intorno a lui ved. lib. IIII, ep. III, note (dove il Nostro lo chiama per l'appunto « Loysius »); I, 243 sgg.; ed oltre alle opere ben conosciute che illustrano il Trecento fiorentino la monografia testè citata di Cornelia Casari.

tilium copiosior, promptior atque tenacior? quis theologie illuminatior; quis artium et philosophie subtilior; quis eruditior antiquitatis vel eorum peritior, que callere creditur ista modernitas? quis oratorum vel poetarum doctior quique sciret argutius textuum
5 et librorum nodos solvere vel obscuritates quoruncunque voluminum declarare?[1] sed non scripsit Ludovicus. non scripsit Pythagoras Samius, qui claruit in Italia Magnamque Greciam doctrina multisque discipulis illustravit; non scripsit et Socrates nisi quosdam Esopi apologos, quos ex quo fuit in carceribus, ut fami-
10 liari demoni, quem Apuleius Socratis deum vocat, satisfaceret, qui eum in somnis, quod musicis intenderet admonebat, metrice traditur compilasse[2]. non scripsit et Christus, licet multa que dixit fecitque plurimi, etiam preter illos quatuor evangelistas, scripsisse ferantur. et ipse fons eloquentie Cicero retulit nemini Grecorum
15 contigisse ut assequeretur litigiosum et forense dicendi genus et quietum hoc, quo scribentes laboramus[3]; ut, postquam domini, principes populorum et terrarum orbis et rerumpublicarum senatus ex illitteratorum numero sumpti fuerunt et sunt, si minus claret modernitas eloquentia non sit mirum. non credo tamen quod in
20 predicatione verbi Dei, in doctrinarum traditionibus vel disputacionum argutiis aliquod eloquentie desiderandum putes; sed in his arbitror, que modernitas retinuit vel recepit, eam eloquentiam non possis rationabiliter accusare, ut fatendum sit verum esse

teologo, filosofo, profondo conoscitore de' classici.

Egli nulla ha lasciato di scritto; ma neppur Pitagora, Socrate, Cristo hanno composto de' libri.

Manca ai tempi moderni l'eloquenza civile perchè al governo della cosa pubblica son saliti gli idioti, la sacra non già.

15. *Cod.* sequeretur

(1) Si confronti con questo caldo elogio quello non men caldo ed eloquente che del Marsili fa il S. nel *Dialog. ad Petr. Histr.* ed. Klette, p. 45 sgg. L'entusiasmo del Nostro per il frate di S. Spirito produsse tale incancellabile effetto sopra l'animo del Poggio da indurlo nell'orazione funebre di N. Niccoli ad attribuirgli la parte di un nuovo e più colto Brunetto Latini, celebrandolo quasi il secondo « digrossatore » de' Fiorentini; cf. Martène-Durand, *Veter. mon.... ampl. coll.* III, 728 sg. Coluccio però fu troppo candido e troppo modesto; e gli studiosi della storia letteraria fiorentina nella seconda metà del sec. xiv, invece di seguire le pedate del Poggio, esagerando sempre più l'influsso del Marsili, dovrebbero, ad essere schietti, preoccuparsi di mettere le cose a posto meglio di quanto siasi fatto sin qui.

(2) Cf. Plat. *Phaedo*, IV. Il libro d'Apuleio, *De deo Socratis*, che Coluccio cita qui, eragli ben conosciuto: ne possedeva anzi un esemplare in un ms., che è oggi il cod. I, IX, 39 di quelli di S. Marco in Laurenziana.

(3) Cic. *De offic.* I, 1, 3.

quod Socrates inquit: omnes in eo quod sciunt satis esse disertos [1]; et modernitatem adeo non esse de eloquentia destitutam, quod eius ad vetustatem nulla prorsus vel admodum parva comparatio, sicut scribis, fieri possit. sed cur etatem nostram tam obstinate defendo? veniamus ad Petrarcam nostrum. 5

Per venir al Petrarca che il Poggio stesso prepone a tutti i moderni,

Scio quod eum ferme modernis omnibus preferendum iudices [2]; sed cum varia et multiplex res eloquentia sit, desine, precor, contendendi studio protervire. dic, obsecro, nunquid tibi Petrarca videtur in hystoriis, quod difficillimum genus dicendi arbitror, ab antiquis adeo descivisse, quod omnino nulli sit veterum comparandus? lege librum eius De viris illustribus, et dic, si potes, quid sibi deficiat maiestatis, pulcritudinis vel ornatus. in dicendo quidem nonne servata est personarum dignitas, magnitudo rerum, verborum proprietas, negociorum elegantia, stili soliditas, sobrietas atque decus? [3] velles eum superare Livium atque Sallustium? vellem et ego; sed difficile nimis est vel Homero versum vel clavam Herculi vel Livio hystorie gloriam vel Sallustio brevitatis laudem et veritatis opinionem auferre [4]. summa hec vel difficile nimis vel impossibile pertransire. non fuit hoc etiam ipsi antiquitati concessum: se quidem ipsam in illis vicit. et quid? nullane gloria reliquorum? scio, fateor, quod, sicut multotiens dicere consuevi, Ciceronem prosa, carmine Virgilium, vulgaribus et consonis similiterque cadentibus rythmis, opere tamen longo Dantem, Petrarcamque eadem ratione dicendi sed parvis canticis, sic occupasse sublime, quod adhuc nullus ad illa pertigerit; forteque nec sit futuris temporibus aliquis ascensurus [5]. quis unquam Iohannem evangelistam aut Paulum apostolum theologia potuit adequare? nullane laus ergo Dionysii Areopagite, Origenis, Didymi, Ignatii,

non si può certo negargli dottrina bastevole da istituire un paragone tra lui e gli antichi. 10

Certo ei non supera nello stile Livio e Sallustio; ma chi lo potrebbe? 15

20

Però, scrivendo in volgare, egli al pari di Dante ha toccato un'altezza

cui niun altro è pervenuto nè perverrà mai in futuro. 25

7. *Cod.* multiceps 23. *Cod.* rithimis

(1) Cf. la nota 4 a p. 138.

(2) Che cosa pensasse del Petrarca il Bracciolini può vedersi dai brani della sua perduta lettera che il Nostro ha citati nell'ep. XXIII di questo libro.

(3) Rammento che Cino Rinuccini nell'*Invettiva* sua contro i denigratori del Petrarca nota con indignazione ch'essi de' libri suoi « si beffano di« ciendo che quel *De viris illustribus* « è un zibaldone da quaresima ». Ved. WESSELOFSKY, *Il Parad. degli Alberti*, I, par. 2, App. n. 17, p. 309.

(4) V'ha qui una reminiscenza della nota similitudine di MACROB. *Saturn.* V, III, 16.

(5) Cf. lib. III, ep. XV; I, 183.

Cipriani, Basilii, Chrysostomi, Damasceni vel Gregorii Nazianzeni? et, ut infinitos Grecorum dimittam, nullane gloria divi Augustini, Hieronymi, patris Ambrosii vel nostri Gregorii, Hilarii Pictaviensis aut Bede et, ut ad ultimos veniam, Anselmi vel Bernardi et multorum aliorum, qui inter summos theologos claruerunt? interrogatus Hannibal ab Africano de ducum excellentia respondisse fertur non multum ab etate sua retrocedens, primum obtinuisse locum Pyrrhum Epyrotarum regem, qui primus mensuras et rationem castrametandi dicitur tradidisse; secundum autem Alexandrum Macedonem, qui parva manu maximam orbis partem subegerit obsidendarumque urbium doctissimus fuerit. cumque de tertio rogaretur, se non dubitavit, licet ab Africano victus fuisset, tertium affirmare. cunque retulisset Scipio: quid, si me vicisses?; adiecit Hannibal: me ducem ducum super omnes alios predicarem [1]. ut non debeat aliquis nec tu sic precipitanter anteferre vetera novaque postponere, quod non preponatis eos quos ratio vult preponi. dic, queso, michi: cum Petrarca noster, quem me priscis adeo reprehenditis pretulisse, gentilia viderit et christiana et illa satis istaque multum hauserit, et, ut ex scriptis suis apparet, didicerit atque calluerit, cur inscitie michi vel culpe imponitis, si eum Gentilibus, qui christiana nesciverint, anteponam? nonne maior esse tibi videtur et dignior qui grammaticam sciverit atque rethoricam, quam qui solam grammaticam noverit, etiam si de grammatica illi, quem grammaticum et rethoricum volumus, antecellit? non credam vos ita desipere, quod rem tam claram peneque subiectam sensui denegetis. patienter ergo feratis me Petrarce nostro iustam hanc tradere prelaturam, nec amplius, si placet, rem tam claram, imo clarissimam, contendatis; confiteaminique rerum scientia doctos Paganis antecedere Christianos veramque eloquentiam, que de rerum doctrina scientiaque splendescat oportet, ut vult Cicero [2], non contigisse Gentilibus, sed Christianis, ut certum est: illam vero puerilem et inanem, ut vult Arpinas [3];

inopem rerum nugasque canoras,

Ma l'esser taluno insuperabile, non toglie che altri possa pur dirsi glorioso;

come non tolse la fama di gran capitano ad Annibale l'esser stato preceduto da Alessandro e da Pirro.

Il Petrarca conobbe la sapienza pagana e la verità cristiana:

perchè Coluccio sarà biasimevole d'averlo anteposto agli antichi?

Egli accoppiò all'eloquenza la vera dottrina;

or l'eloquenza disgiunta dalla verità non ha valore

1-2. *Cod.* Naçançeni

(1) Cf. PLUTARCH. *Titus Flamininus*, XXI.

(2) CIC. *De orat.* I, VI, 63.

(3) CIC. op. e loc. cit.

ut Flaccus ait [1], habuere Gentiles; habent et illi, qui solum eloquentie student, quam Tullius ipse vult, utpote sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam. cum vero Christianis ratio loquendi patet, hoc est ipsorum vere doctrine coniungitur eloquentia, tunc admirabile nescio quid conficitur quod satis non 5 possumus commendare. penes ipsam tamen eloquentiam et sapientiam distinguatur ut varie variisque modis personet et nitescat necesse est. quicquid sit litteratorium, quo laudamur, solida tamen et vera laus penes sapientiam est. laudet et variet eloquentia, sicut libet; nunc alta sublimique figura feratur in arduum, 10 nunc infima serpat, nunc mediocriter subtervolet; nunc copia exundet, nunc brevitate contrahatur; nunc in morem pinguis prati vireat et florescat, nunc areat in habitum sicce rupis; rerum tamen veritas, quanvis eloquentia variet, non mutatur. et ipsa facundia, quacunque differentia varietur, facundia, id est eloquentia, 15 semper est. et quoniam, ut vult fons eloquentie Cicero, omnis dicendi ratio in medio posita communi quodam in usu atque in hominum more et sermone versatur et in dicendo vitium vel maximum est a vulgari genere orationis atque a consuetudine communis sensus abhorrere [2], nonne inscitissime facitis tu et ille et 20 omnes alii, qui maiestatem illam eloquii tam anxie desideratis in modernis, ut nisi vincant vel saltem redoleant vetustatem adeo mordaciter condemnetis? reprehenditis eos, quod maximo vitio, quod imponit Tullius a vulgari genere orationis discedentibus, non tenentur. si nulla mutatio ab Ennianis temporibus facta 25 fuisset: quod accuratissime fecit, sero licet, Cato Censorius; fecerunt et alii multi post eum, ut L. Crassus, M. Antonius, M. Varro, M. Tullius, C. Cesar, Hortensius et alii plures, qui romanum eloquium, velut agrum frugiferum, coluerunt; adhuc vetus illa ruditas permaneret. sed, ut ad Petrarcam redeam, videturne tibi 30 par ipsum inter rudes et discolos enumerare? estne de illorum numero, qui nulla vel admodum parva possit equatione cum priscis illis eruditissimis comparari? sed inquies: tu non solum com-

ma diviene veramente mirabile quando si disposa ad essa.

Abbandonata a sè sola, quantunque assuma svariatissime forme, è pur sempre semplicemente eloquenza.

Ma il linguaggio stesso muta natura ed aspetto col passar del tempo:

or come pretendere che i moderni si astringano ad imitar rigidamente il parlar degli antichi?

Gli antichi medesimi non fecero così: essi trasformarono e modificarono l'idioma loro secondo i tempi nuovi e le nuove idee.

7. ut] *Cod.* et 11. *Cod.* mediocri 22. *Cod.* et

(1) Hor. *Ep.* II, iii, 322. (2) Cic. *De orat.* I, iii, 12.

paras, sed anteponis Ciceroni Virgilioque. quod miror in mentem tuam incidere potuisse. sed vide, si placet, illam qua pretulerim rationem florentinum Petrarcam Virgilio mantuano. scio quod ipsum non preposui metro sed prosa; conatusque sum ostendere, 5 cuius rei auctorem habeo Ciceronem, prosam, veluti mare, metris, veluti fluminibus, esse maiorem (1). et quid? erisne tam attrite frontis supineque impudentie, quod Petrarcam Maroni non preponas in soluto sermone? et si minor versus prosa sit, ut indubitanter est, sive maiestatem rerum sive facundie latitudinem velis 10 aspicere, videorne tibi irrationabiliter id fecisse? multa quidem sunt, que primo videntur intuitu non constare; quorum postquam in considerationem veneris non probabilia solum, sed verissima reputabis. nam quod olim de comparatione Ciceronis et Virgilii in controversia fuit, non prose versusque comparationem re- 15 spiciebat, sed eloquentie solum acumina, quibus volebant illos romane facundie principes hic unum, hic alterum anteferre. et de Marone quidem credo satis vere quod tunc tradidimus astruxisse; quando quidem prosa sine dubitatione vincatur; carmine vero, longissimis licet spaciis, imitationis tamen alicuius afflatibus attin- 20 gatur. sed ad Ciceronem veniamus, quem locum, ut arbitror, tibi reputas firmiorem. an ipsum metro dices preferendum esse Petrarce, cuius quicunque magis Ciceroni favit, nullam unquam ei tribuit dignitatem? vide Senecam, ut de utroque simul Cicerone Virgilioque cognoscas, quid tertio Declamationum libro 25 scripserit varie eloquentie virum Severum Cassium de ambobus sensisse. tradit enim quod, interrogatus a se quare in declamationibus impar esset sibi responderit: quod in me miraris pene omnibus evenit. magna quoque ingenia, a quibus multum abesse me scio, quando plusquam in uno eminuerunt opere? Ciceronem 30 eloquentia sua in carminibus destituit; Virgilium illa felicitas ingenii oratione soluta reliquit. orationes Sallustii in honorem hystoriarum leguntur; eloquentissimi viri Platonis oratio que pro Socrate scripta est nec patrono nec reo digna est (2). tanto teste tantoque recitatore fateri potes, imo debes et agnoscere nullum

Ma a Coluccio si muove rimprovero d'aver anteposto il Petrarca a Tullio e a Virgilio. Or questo è inesatto. Egli disse il Petrarca superiore al primo nella poesia, al secondo nella prosa: e pensa essere stato nel vero.

Chi può dubitare difatti che Cicerone non sia stato mediocre poeta, e Virgilio cattivo oratore?

Seneca stesso ne dà eloquente attestazione.

(1) Ved. lib. IV, ep. xx; I, 338 sg. (2) ANN. SEN. *Controv.* III, 8.

Il Petrarca invece fu ottimo così ne' versi come nella prosa; egli dunque deve stimarsi superiore a Cicerone ed a Marone.

unquam fuisse omni ex parte perfectum, ut non ita tu vel ille tuus debeatis reprehendere vel mirari si Petrarcam Virgilio prosa, Ciceroni vero carminibus anteponam. noli caput excutere, noli quod est evidens denegare. plane sic est; nec vincit Maro Petrarcam soluti sermonis dignitate nec Arpinas meus oratione versibus alligata. sic navigavit maria Tullius, quod nunquam amplitudinem suam strictis fluviorum alveis coarctarit; nec Maro, quicquid sciret, unquam exivit fluvios nec illis pelagi fluctibus, quos semel infeliciter expertus fuerat, ulterius voluit agitari. superant ambo de facundie dignitate Petrarcam; superantur illi a Francisco nostro; non simpliciter, sed Cicero versu, Maro vero, ne contendas, obsecro, solute dictionis ornatu.

Ad entrambi poi, come a qualunque altro tra i Gentili, è andato innanzi nella dottrina e nella cognizione della verità Cicerone, che tanto studiò e tanto lesse, come Accademico faceva professione di nulla sapere.

sed eruditione peritiaque veritatis modernas hic noster non duobus illis solum, sed plane cunctis Gentilibus antecellit. multa vidit, fateor, greca latialiaque Cicero, per multa studens atque discurrens; sed, semet teste, cum foret Academicus, nichil scivit. erat enim, ut nosti, illius hereseos atque philosophie professio nichil scire. si quicquam enim scisset, Academicus non fuisset. visne sibi plus tradere quam homo gloriosissimus sibi daret? summa sibi gloria erat, sicut cunctis Academicis, nichil scire, imo firma constansque sententia nichil sciri. vivebant in dies, quicquid eis pro tunc occurrebat probabile defendebant moxque contrarium disputabant. nescio quid de contradictoriis estimabant, sed arbitror eos putasse neutram contradictionis partem veram vel falsam esse vel saltem vera falsane forent, omnino sciri non posse: sique illud quod erat fixum professionis eorum principium fundamentumque, nichil scilicet sciri posse, verum falsumve putabant, a Cicerone vellem audire et an saltem hoc se scire, quanvis nichil sciri posse contenderet, sentiebat. sed has dementias omittamus.

Or chi non consentirà nel posporre lui, che era per sua confessione ignorante, e l'ignoranza poneva a fondamento della sua filosofia, al Petrarca?

Nè il Poggio, nè l'amico suo vo-

cum autem incertus de incertis sue professionis oraculo Cicero semper esset, nonne pudendum tibi et idem sentientibus prorsus est, de scientia et eruditione, eum, se teste, nil scientem anteponere vel equare Petrarce? desine posthac, carissime Poggi, tam stulta tamque refellenda dicere vel sentire; rogaque illum amicum tuum meumque, qui tam

32. *Cod.* cum

alte tamque gloriose de me sentit, quod me suis ulnis taliter amplectatur contineatque, quod e gremio non cadam suo. seni quidem formidabile nimis et periculosum est precipitem ex alto ruere. facque quod eum sua, si fieri potest, scriptione vel tua saltem, 5 agnoscam.

glian dunque perseverare a fargli colpa di preferir questi a tutti gli antichi.

Restabat iuxta receptorum seriem respondere singulis que scripsisti. sed quia satis pro causa dictum est, ut arbitror, nolo tecum strictius congredi, ne te forsan acrius carpam et ledam. senes enim, pristine virtutis memores, quicquid roboris superest, colligunt 10 conanturque gravius ferire vincereque valitudinem et etatem (1).

Lo ammonisce a non mostrarsi pertinace perchè è disposto a respingere come si conviene ogni nuovo assalto.

Cum hucusque scripsissem, recepi litteras tuas, quas letus ridensque legi, memor quod

Sepe minus faciunt homines, qui magna minantur (2).

Ebbe la nuova sua lettera che l'allegrò assai, giacchè ne dedusse che egli era più pronto alle parole che ai fatti.

vale. Florentie, septimo decimo kalend. ianuarii.

15

XX.

A Bernardo da Moglio (3).

[Ch, c 23 A.]

Bernardo de Moglo.

Iuvat semper, karissime fili, res videre tuas, idest quas per te 20 Deus ipse facit; sed nunquam magis in huius generis rebus iocunditate leticiaque permotus sum, quam in his, que novissime

Firenze, 8 gennaio 1406.

Sebbene gradisca sempre le sue lettere, niuna gli fu mai così accetta

(1) Reminiscenza di san Gerolamo: cf. lib. IIII, ep. xv; I, 305, e v. anche l'ep. xxii di questo libro.

(2) Saepe minus faciunt homines, qui magna [minantur,
Saepe gerit nimios causa pusilla metus.

È il distico di chiusa della xxv tra le cosidette *Fabulae Gualteri Anglici*, De terra tumente; cf. Hervieux, *Les fabulistes latins*, Paris, 1884, II, 396.

(3) Bernardo da Moglio, il quale, come s'avvertì nelle note all'ep. iiii di questo libro (p. 10 sg.), trovavasi ancora a Bologna a mezzo il 1404 in poco lieta fortuna, eretto in speranza di miglior sorte dalla fama che Innocenzo VII erasi venuto procacciando di protettore degli studi e degli studiosi, deliberò cercar anch'esso in corte di Roma la sua ventura; e difatti riuscì, sembra, a procacciarsi un posticino nella cancelleria apostolica. Scrisse egli allora al S. per dargli notizia de' casi suoi e pregarlo insieme a volerlo raccomandare al Bruni, da cui forse per ragione dell'ufficio dipendeva. Il S., sempre premuroso verso il figlio del suo antico maestro, non tardò a rispondergli, ed adempì poi alla promessa di metterlo in buona vista all'Aretino nell'epistola a costui, che a questa tien dietro.

come quella a cui risponde, tutta in lode di Leonardo Bruni. Accetto gli era lo scrittore, accetto lo stile, accettissima la materia.

michi Leonardum Aretinum meum, summi pontificis a secretis, celebrans laudansque scripsisti. nec mirum. placebat et placuit michi semper scribentis persona, placebat et stilus ultra solitum elegans et ornatus, placebat et materia, quam gratissimam faciebat persona, cuius commendationibus indulxisti. quibus et illud latenter inerat quod, cum ipse sit anime plus quam dimidium mee [(1)], imo penitus idem ego; plus enim in hoc credo Philosopho quam Poete [(2)]; laudes suas meas sentiens, Themistoclis induta persona, illis velut propriis delectabar [(3)]. accedebat et illud quod, cum que dicebas verissima scirem, efficacius ea quam si dicerentur panegyrice permovebant; quibus cum, ut sciebam, Leonardus visus sit tibi, videatur et omnibus dignus amari, veniebat ad cumulum quod eum diligeres et quod iam in eius familiaritatem et amiciciam sis receptus. nec mirum. facilis enim similium permixtio est, repens irrevocabilisque confusio, cui rei dedisse crediderim non modicum adiumenti, quod vicissim sciretis ambo vos meos esse. tu fac, mi Bernarde, virum istum colas, adhereas homini et ab eius latere non discedas. vir est, qui, cum multa calleat actu, nescio cur non dicam omnibus, de quamplurimis habitu sit sufficiens, imo pene super infinitis rerum causarumque figuris idoneus respondere; frustraque penes alium queres quod ipse nesciverit edoceri. ego te sibi, licet sciam fore superfluum, commendavi; tu fac diligentia tua, affabilitate tua, amore dilectioneque et homine libero dignis obsequiis, ut in dies carior sibi fias [(4)]. vale. Florentie, sexto idus ianuarii.

Sentiva lodato sè stesso nell'amico

e sapeva veritiero l'elogio.

Gode che abbia stretta amicizia col Bruni:

cerchi di coltivarla: ne trarrà gran profitto.

A lui lo ha raccomandato: egli poi faccia quanto può per piacergli.

11. *Cod.* panegerice 19. *Cod. dopo* non *segna una lacuna.*

(1) Cf. Hor. *Od.* I, iii, 8.

(2) Allude alla definizione che Aristotele, *Eth. Nicom.* IX, iv, 5, dà dell'amico: ἔστι γὰρ ὁ φίλος ἄλλος αὐτός.

(3) Cf. Val. Max. VIII, 14, ext. 1.

(4) Sul punto di congedarci per sempre dal da Moglio, gioverà accennar al pochissimo che conosciamo delle sue posteriori vicende. Ci è di scorta in ciò una letterina, purtroppo senza data, a lui diretta tra quelle che di Pellegrino Zambeccari ci ha conservate il cod. V, F, 37 della Nazionale di Napoli, c. 26 B. Trattandosi di breve scrittura ci piace riferirla intera.

Bernaldo de Mulio eo (*) quod magna attemptat consilium super eodem sibi prebendo.

Glorior multum, amantissime frater, quod occurrentium tibi et arduorum negociorum tuorum me participem habes. non haberes equidem me, nisi censeres me esse quod es; ideoque summe letor

(*) *Cod.* ea

XXI.

A Leonardo Bruni (1).

[Ch, c. 18 b.]

Leonardo Aretino.

Firenze, 9 gennaio 1406. Ripeter vuole la salutazione premessa alla sua precedente, sebben criticata dall'amico.

5 Linus Colucius Salutatus Leonardo Aretino summi pontificis a secretis salutem dicit. iuvat repetere culpatum mearum litterarum auspicium. postquam ergo tibi per Dei gratiam bene est

7. *Cod dà due volte* bene est *dopo* grat.

te principium aliquod invenisse per quod ad maiora scandere poteris. invenisti illum dominum Franciscum, qui te cum serenissimo domino rege Ungarie perducet ad magna; et quod de ipso speras melius ego iudico et auguror esse futurum. nam, ut est apud nos (*) proverbium antiquum: magni pisces capiuntur in alto. ad mare eundum est qui magna capere cupidus (**) fuerit. erat adeo, ut novisti, extenuata curia (***) quod fructum in ea aliquando in mille annis meo iudicio non fecisses; nec erant in ea nisi rivuli qui vix uni sitienti potuissent extinguere sitim. procedes ad aquas ubi erit tibi natandi ampla facultas. sub fortuna (****) vivimus omnes et infelix qui nunquam alta temptare didicit et servivit semper humilibus. querendum est ut moriamur in magnis pocius quam in minimis vivere oppresse. habes consilium meum conforme cum tuo. si non succedet ad vota, te virtuosa audacia, conscientia ubilibet excusabunt; nec dici poterit te muliebrem animum habuisse. vale felix. datum Bononie &c.

Il re d'Ungheria esser non può che Sigismondo, presso il quale, com'è noto, trovò asilo anche P. P. Vergerio. Ma se al gran viaggio Bernardo s'accingesse davvero, rimane a sapere.

(1) Punto, come s'è detto, sul vivo dal tono soverchiamente rude, con cui il S. l'aveva accusato, a veder suo, di mollezza e d'insofferenza de' disagi, Leonardo, ch'era di natura prontissimo all'ira, non seppe trattenere il primo impeto di malumore; onde, afferrata la penna, diresse al suo troppo severo ammonitore una lettera in cui, pur evitando di tornare sull'argomento per paura d'oltrepassare i limiti dell'onesto, si prese il gusto di punzecchiarlo non lievemente a proposito di certe inezie sfuggitegli nello scrivere. Più tardi, subentrata al furore la riflessione, vergognossi d'aver ceduto così facilmente ad un puerile dispetto, e se ne aprì con sincerità (ciò che fa l'elogio della bontà del suo carattere) col fido Niccolò Niccoli. « Alia quaedam le« via »; egli gli diceva, raccontando come fosser ite le cose tra Coluccio e lui, addì 11 marzo 1406; « quae inepte « quidem eius epistola continebat, non « absque aculeis quibusdam insectatus « sum; et hoc ipsum fecisse me poe« nitet. nam tolerare honestius fuit, « quacumque mente id agat, praeser« tim cum parentis eum loco habue« rim hactenus et habiturus perpetuo « sim »; *Ep* lib. I, ep. x; I, 20; cf. Luiso, op. cit. p. 20. Savi concetti; ma oramai il pentimento era vano: l'epistola stizzosa ed acerba già si trovava nelle mani del S., il quale, più dolente forse di quanto abbia lasciato trasparire, dell'irritazione del Bruni, si diè premura di rispondergli in tono molto rimesso colla presente.

Ciò che soprattutto, se non c'in-

(*) *Cod. omette* nos
(**) *Cod. omette* cupidus
(***) *Cod.* cura
(****) *Cod.* forma

et michi bene est[1]. bene quidem esse fatebor semper, si tibi michique bene fuerit. scio quod antiquis mos non erat hanc sententiam tam argute reflectere; satis ipsis erat, ut scribit Anneus, primis epistole versibus adicere: si vales bene est; ego valeo[2]. sed antiquitatem sic semper censui imitandam, quod pura non prodeat, sed aliquid semper secum afferat novitatis. scis me non ignorare morem nostri celeberrimi Ciceronis, meque libenter verbis uti suis. sed aliud est referre, aliud imitari. habet aliquid imitantis proprium imitatio, nec totum est eius quem imitamur; relatio vero totum solet exprimere quem referimus. quare principio illo meo contentus sum nec video cur debeam immutare; latine quidem constat et ex toto non ipsam refugit vetustatem.

Essa si allontana, è vero, dall'uso classico; ma l'imitazione dell'antichità non dev'essere servile. Non vede quindi motivo di mutarla.

ganniamo, dovette tornar amaro al Nostro, fu il sospetto sorto nell'animo del Bruni che la paternale gli fosse stata suggerita dal segreto intento di attenuare l'effetto delle lodi da lui prima prodigate all'amico nell'epistola ad Innocenzo VII. Questo sospetto, che Leonardo ebbe la debolezza di manifestar non solo al Nostro, bensì anche al Niccoli nella lettera or ora allegata, era altrettanto infondato quanto ingiurioso per Coluccio, il quale, rimbrottando il Bruni per le sue querimonie, aveva semplicemente ceduto, come già notavamo, alla solita smania di fare il moralista, lo stoico; smania innocente, di cui tante tracce abbiamo rinvenuto nelle sue lettere; debolezza senile, ben nota al Bruni, e che egli avrebbe potuto compatire. Ad ogni modo il suscettibile Aretino si convinse certo del proprio errore in appresso, giacchè, dopo avere più volte ritoccato il testo della sua lettera all'evidente scopo d'ottunderne le punte, ei finì per lasciarla del tutto in disparte escludendola dal proprio epistolario. E se di questo tornò a far parte, ciò si deve alla notoria indiscrezione degli eruditi, giacchè il Mehus, avendola rinvenuta insieme ad altre estravaganti in non sappiamo quale codice fiorentino, la pubblicò primo nel 1741, come quinta del lib. X; II, 171 sgg. Testè poi il Luiso, op. cit. p. 13 sgg., avendone nel cod. della Comunale di Siena H, VI, 26, c. 17 A, rinvenuta una lezione notabilmente diversa da quella del Mehus, tornò a metterla integralmente alla luce. Dal cod. di Siena anch'io l'avevo, a dir vero, ricavata fin dall'agosto del 1882 per farne un'Appendice a questo luogo; e sebbene la pubblicazione del Luiso tolga alla mia il pregio della novità, pur non credo potermene dispensare, giacchè è difficile, senz'aver dinanzi la lettera del Bruni, intendere a dovere la presente. Essa formerà dunque dell'App. il n. XXII.

(1) Cf. ep. xvii di questo libro, p. 113. Il S., come si rileva dalla poscritta di questa epistola stessa, credette che il Bruni colle sgarbate frasi accodate alla lettera « Etsi sciam » (*Ep.* lib. I, ep. iii; cf. p. 112, nota, di questo vol.) avesse voluto criticare il principio dell'ep. xvii a lui diretta, mentre egli invece biasimava l'inizio dell'epistola all'Angeli, che è la xvi.

(2) L. A. Sen. *Epist. ad Lucil.* XV; cf. anche C. Plinii Sec. *Epist.* I, xi.

Quod autem mirari videris me Linum Colucium appellari, cum hoc videris in anti-invectiva mea nec reprehenderis, obstupesco [1]. non est Linus agnomen, non etiam cognomen, sed plane proprium et avitum nomen. contentione quidem matris 5 et avie de imponendo michi nomine pertinaciter oborta, quarum illa patris sui nomen, quod Linus fuerat, michi volebat imponi, hec autem coniugis sui, avi mei paterni, vocamen, quod Colucius fuerat, me referre cupiebat; tandem in concordiam devenerunt quod sub Lini Coluciique nominibus baptizarer [2]. pater autem, 10 cui Piero nomen erat, qui tunc crudelitate nequiciaque gebelline factionis cum suis omnibus exulabat, postquam ad ipsum ab oppido Stignani, natalis mei loco, nondum exacto etatis mee bimestri, delatus in exilium fui, me Colucium, patris sui nomine, quod in familia nostra hereditarium fermeque continuum homi- 15 num memoria semper fuit, maluit appellare [3]. non est igitur ambitione; quod Linus poete sanctissimique pontificis appellatio fuerit; per me senectutis tempore Lini nomen assumptum, sed ut aliquando me non medio, sed integro nomine saltem cum scriberem appellarem. satis enim, imo nimis, et nomen meum 20 Colucius et patronymicum Pierides vel possessivum Pierius, quod iuvenis usurpabam, tumens et ambitiosum semper michi visum fuit et si fieri posset modis omnibus moderandum [4]. verum nomina propria nichil unquam michi visa sunt appellative significare; semperque derisi multos qui cum alicui nomen Rosso 25 fuerit, eum Rubeum scribant vocentque; hominis enim appellatio Rossus, non colorem significat, sed individuum illud dat intelligi, cui tale nomen fuerit impositum, nec plura significare

In quanto al nome di Lino da lui assunto non comprende i suoi rimproveri.

È quel di Lino il suo vero e proprio nome impostogli insieme con quello di Coluccio al fonte battesimale in memoria dell'avo materno.

Suo padre, cui fu portato da Stignano, bambino di due mesi, preferì chiamarlo Coluccio;

e se ora si è deciso a riprendere il negletto prenome, non ambizione a ciò lo spinse, ma desiderio di reintegrare, almeno scrivendo, il proprio suo nome. Tant'è che cercò sempre di attenuare il patronimico « Pierio » che gli pareva pretensioso.

Del resto i nomi nulla significano;

1. *Cod.* appellare 4. *Cod.* auctum *Si potrebbe anche pensare ad* auctenticum; *ma* avitum *mi sembra quadrar meglio.* 24. *Cod. omette* cum

(1) Riguardo alla riassunzione del nome di Lino, fatta da Coluccio nel 1403, cf. lib. XIII, ep. x; III, 636, nota 2. Per l' *Invettiva* contro il Loschi, oltrechè le note, ibid. p. 634 sgg., ved. p. 76 di questo volume.

(2) Si cf. quel che della moglie di Cacciaguida scrive il BOCCACCIO, *Vita di Dante*, ed. Macrì-Leone, Firenze, 1888, § 2, p. 9: « In uno [de' figliuoli], « siccome le donne sogliono es- « ser vaghe di fare, le piacque di « rinovare il nome de' suoi passati, e « nominollo Aldighieri... ».

(3) Per tutto ciò ved. *La giovinezza di C. Salutati (1331-1353)*, Torino, 1888, p. 11 sg.

(4) Cf. lib. VI, ep. xv; II, 191.

ed è quindi ridicolo gloriarsi dello splendore del proprio nome.

Non crede, del resto, che gli antichi abbian ignorato del tutto l'uso di un doppio nome.

Neppur intende perchè l'amico non voglia esser detto «Leonardo Cecco»;

il «Cecco» può esser addiettivo

ovvero anche sostantivo,

ed il nominativo avere forza di genitivo, sicchè «Cecco» equivarrebbe a «Cecchio».

potest univoce, quod appellativorum est, etiam si pluribus imponatur, sed eos omnes equivoce representat [1]. quibus fit ut stultum sit de splendore proprii nominis gloriari, quod nichil univoca ratione significat, sed solum eum cui fuerit impositum, singulariter intelligere nobis tradat. nec credo quod antiquis 5 non fuerint aliquando binomii, cum legamus apud Flaccum:

> Celso gaudere et bene rem gerere, Albinovano [2].

satis enim credo sic Albinovano proprium et unicum nomen esse, quod fuerit compositum ex duobus [3]. cur autem tibi displicet quod tibi scribam: Leonardo Cecco Aretino vel 10 ad alium dixerim: Poggio Guccio? duplex enim orationum huiuscemodi potest esse sensus; primus quidem ut Guccius et Ceccus adiectiva sint, ut Dardanus et proprium est et etiam adiectivum; unde illud Statii:

> Solverat Ebalio classem de litore pastor 15
> Dardanus incautas blande populatus Amyclas [4];

ed illud Maronis:

> Dardana qui Paridis direxti tela manusque
> Corpus in Eacide [5];

vel, ut ad alterum sensum veniam, possunt etiam non inepte intel- 20 ligi substantiva. et quoniam locus ille secundus certissime more nostro prenominis est, cur non potest, imo debet, intelligi, licet nominativus casus sit, pro genetivo, quo sit sensus Leonardus Ceccus, idest Cecchius? cur minus hoc intelligitur quam

2. *Cod. omette* ut 22. *Cod. omette* non

(1) È questa una vecchia tradizione delle scuole italiane. Già Boncompagno da Signa nel lib. I del *Boncompagnus* ha una «Notula qua do«ctrina datur quod propriorum nomi«num interpretaciones pro nominibus «propriis non ponantur»; in cui si fa beffe di que' «nudi gramantes», i quali «de simplicitatis errore trahentes «fomentum, nominum interpretacio«nes ponunt loco nominum proprio«rum, quod ridiculosum esse videtur». E venendo agli esempi, tra altro osserva: «Si aliquis vocaretur Blan«cus, satis esset cornutus gramans qui «diceret: ecce Albus»; ROCKINGER, *Briefsteller u. Formelbücher des eilft. bis vierzehnt. Jahrh.*, München, 1863, I, 138 sgg.

(2) HOR. *Ep.* I, VIII, 1.

(3) Sul cognome «Albinovanus» ved. E. HÜBNER, *Ephem. epigr.* II, 31 sgg.

(4) P. PAP. STAT. *Achill.* I, 20-21.

(5) VERG. *Aen.* VI, 57-58.

cum dicimus Iulius Cesar, idest Iulie gentis vel familie Cesar? nam in nominativo poni suadet tam prenomina quam cognomina, preter consuetudinem, etiam illa ratio quod prenomen et cognomen complementum nominis sunt et unum et idem individuum 5 cuncta significant, unde sine copula ponuntur ne videantur diversa significare. nec intelligo cur, cum dixerim: Leonardo Cecco, patri scribere videar et non tibi [1]. nam nomen paternum primo poni loco, secundo vero nomen eius proprium cui scribas, aliquo vellem exemplo doceri. fatebor enim me nunquam, cum 10 lego M. Tullius Cicero, discernere quod sit nomen proprium Cicero, Tullius, an Marcus. Valerius etiam Maximus, cum regulam tradidisset, inquiens, ut eius verba ponam: quod preponitur prenomen; quod postfertur cognomen; quod ad ultimum dicitur agnomen; continenter subiecit: quorum series non ita ut exposui 15 semper servata est [2]. ut non ita credendum sit ordini, quod contrarium non valeat suspicari. sed sit ratus ordo veterum, sicut libet, nosne de ordine dubitare decet, qui semper nomen preponimus subicimusque prenomen, hoc est patris nomen, et agnomen semper non recto sed obliquato casu post omnia collocamus? 20 quis hoc ferat quod tu dicis te tibine an patri tuo scriberem dubitasse? quis audiat eum qui dicat, cum scribitur: Poggio Guccio salutem opto, se putare scriptum ad Guccium dirigi, non ad Poggium? nolo tamen quod de hoc concertatio sit; gessi tibi morem quodque institueram proprium dicere commutavi; sub-25 traxi nomen sive vocabulum illud Ceccus; non dubitare quin ad te scribam. antiquitatis erat, ut vult Valerius [3], ista dubitatio; uam, cum dixit Maro:

> aut geminos, duo fulmina belli,
> Scipiadas, cladem Libye [4],

I prenomi ed i cognomi difatti, come complemento del nome, giustamente si pongono in latino al nominativo.

Oscura gli riesce l'obbiezione che scrivendo così ei par rivolgersi non a Leonardo, ma al padre di lui.

Niuna regola nell'antichità imponeva di collocar prima il nome del padre, poi il proprio di colui al quale si scrivesse:

l'uso moderno esige l'opposto;

come può reggere dunque la critica del Bruni?

Ma per non contender oltre su ciò, accederà ai voleri di costui,

e toglierà la base ad un dubbio che l'antichità aveva già nudrito,

1. *Cod. omette* cum 10. *Cod. omette* discernere 13. *Cod.* prefertur 20. *Cod. omette* tibine

(1) Così affermava il Bruni; cf. *Ep.* lib. X, ep. v; II, 127; cf. App. XXII.

(2) *Incerti Auctoris liber de praenominibus* &c. § 2, in Val. Max. *Fact. et dict. mem. libri*, ed. C. Kempfius, Berolini, MDCCCLIV, p. 743. Sopra l'attribuzione certo falsa di quest'opuscolo a Valerio Massimo, cf. Teuffel, op. cit. § 279.

(3) *Incerti Auctoris liber* cit. § 2, ibid. p. 743.

(4) Verg. *Aen.* VI, 842-43.

come provasi dall'esame d'un luogo dell'*Eneide* relativo agli Scipioni.

sive intelligatur de P. et Cn. Scipionibus, quod innuat illa dictio geminos; sive de Africano superiore minoreque, quod requirere videntur illa duo verba cladem Libye(1), si sumantur in significatione passiva, plane patronymicum illud Scipiadas dat intelligi nomen, quod secundo loco scribitur, significare patrem. nam 5 quod aliqui textus expositorum habent Scipiadas pro Scipionibus poni, forte non Scipionibus scribi debuit, sed Scipionides, quod patronymicum poeta mutavit metri causa, pro Scipionides Scipiadas ponens(2). sin autem cladem Libye in significatione sumamus activa, plane de Scipionibus qui 10 in Hispania cesi sunt intelligamus oportet. et quid? cum Africanus superior filius fuerit P. Scipionis, qui in Hispania fuit occisus, eique nomen fuerit omnino paternum; Publius enim Scipio dictus fuit; quod est nomen vel agnomen patris et filii? si secundum nomen, quod est Scipio, proprium nomen Africani si- 15 gnificat, ut tu vis, ergo patri Publio nomen erat. non potuit ergo P. Scipio dici, sed penitus e controversim, videlicet Scipio Publius; aut ratio quam adducis, si bene consideres, non est vera.

Ma non più di ciò:

sed dimittamus ista, precor; nec, cum secundum locum sciamus esse prenominis sciasque tuum et patris tui nomen, dicas te valde 20 quidem dubitasse tibine an patri tuo, iam multos annos vita functo, ille littere scriberentur. scis plane videsque eas ad te scriptas esse, non ad patrem tuum, quem scis me nullo tempore vidisse vel nosse(3); scisque etiam litteras ad huius dictionis rationem

ben sa Leonardo ch'egli mai non conobbe suo padre, morto da molti anni;

4. *Cod.* patronom. 8. *Cod.* patronom. 24. etiam] *Cod.* eius *Ma il passo è fuor di dubbio corrotto.*

(1) Gli antichi commentatori esitano infatti nella scelta: cf. Servio (*Comm. in Verg. Aen.* ed. Thilo, Lipsiae, 1883, p. 118), che sta per gli Scipioni morti in Spagna, e le aggiunte a lui in Farbiger, *Vergilii Opera*, Lipsiae, 1872, par. II, p. 775.

(2) Così è difatti; cf. Farbiger, op. e loc. cit.

(3) Strano a notare; malgrado le raccomandazioni fatte dal Mazzuchelli, *Gli scritt. d'Italia*, II, par. iv, p. 2197, nota 4, due secoli or sono, v'hanno tuttora degli eruditi che ricadono nell'errore commesso già dal Buonamici, d'assegnare per padre a Leonardo quel Francesco Bruni da Firenze (e non Aretino, come lo dice falsamente il Voigt, *Die Wiederbeleb.*3, I, 306, nota 2) il quale fu segretario d'Urbano V ed amico del Nostro; cf. lib. I, ep. xvi; I, 43. Quest'erronea identificazione vien accolta così da G. Zippel, *Giunte e corre*z. al Voigt, Firenze, 1897, pp. 16, 43, per mera inavvertenza, giacchè il suo autore dice l'opposto; ma il colmo

penitus nescivisse. noli ludere mecum, ut deludas, vel ridere quo derideas, cum te noveris a veritate, si id tenere cupias, discessisse.

e lo scherzo gli pare poco opportuno.

Orationes autem illas Dinus de Mucello, Bartholus de Saxoferrato et, quod aliquando scripsi, Vannes de Montecucculo (1), dic, obsecro, cur condemnas? nonne ea congrue latineque dicta sunt? potes ea de soloecismo vel vitio quocunque reprehendere? non arbitror. sed dicis: quis enim vel mediocriter doctus talia sine offensione legere potest? nunquam enim legi Plato de Athenis, Varro de Roma, vel aliquid simile in patria significanda; quod ego nescio qua ignavia ad etatem nostram traductum, omnem elegantiam corrumpit orationis nostre. hec verba tua sunt (2). sed dic, obsecro, quid significat Plato Atheniensis, nisi Plato de Athenis; quid Dinus Mucellensis, nisi Dinus de Mucello? nil prorsus aliud. que cum ita sint, offendit, video, te sonus et non sensus. penes res enim significatas nulla prorsus differentia est. et ego fateor elegantius esse, si concinne fieri possit, hec adiectivis enunciare vel exprimere quam substantivis. verum aliquando sunt adiectiva tam vasta, tam absona, tam absurda, quod ea nullius etatis receperit consuetudo. quis enim

Neppur ammette che si debba biasimare l'uso di designar col «de» la patria d'un individuo,

contro il quale Leonardo si scaglia.

Certo non è il fatto in sè che offende l'amico, bensì la forma.

Ora si comprende che la forma aggettivata è più elegante, ma talvolta gli aggettivi sono così sgraziati

2. *Il testo è guasto: leggo* si *per* sed *dato dal cod.*

della confusione è stato raggiunto da F. Carabellese, *La Compagnia di Orsanmichele e il mercato dei libri in Fir. nel sec.* XIV in *Arch. stor. ital.* ser. v, 1895, XVI, 267 sgg., il quale fonde in una persona sola tre diversi individui: il padre di Leonardo, «ser» Francesco Bruni da Firenze, ed un «messer» Francesco d'Arezzo, suo contemporaneo, che esercitava a Firenze la professione del giureconsulto proprio negli anni in cui il Bruni fiorentino trovavasi a Roma con Urbano V! Ripetiamolo dunque ancora: il padre di Leonardo era un Aretino dabbene, di famiglia non chiara ma onorata, che faceva il biadaiuolo, e che probabilmente non si allontanò mai dalla città natale, dove, come testè ci apprese il Luiso, op. cit. p. 14, nota 2, cessò di vivere addì 18 giugno 1386.

Un terzo Francesco Bruni, da non confondere nè col Fiorentino nè coll'Aretino, visse nella seconda metà del sec. XIV a Bologna, sua patria; solo suo titolo ad essere ricordato è questo: ch'ei fu padre di un Lodovico, il quale coltivò la poesia, lasciò vari componimenti ancora inediti (cf. Bandini, *Cat. codd. mss. bibl. Med. Laur.* III, 702), ed ebbe rapporti d'amicizia con A. Loschi, che lo loda ne' suoi *Carmina*, p. 20.

(1) Su costui, rammentato nell'epistola XVIIII di questo libro, v. p. 119.

(2) Cf. l'ep. del Bruni in Mehus, op. cit. p. 174; Luiso, op. cit. p. 16; App. XXII.

che riesce preferibile la forma sostant.vale.

D'altronde l'uso biasimato da Leonardo si rinvien già nelle sacre Scritture tradotte da san Gerolamo.

Riassume in breve tutte le obbiezioni mossegli da Leonardo per mostrarle infondate e da lui distrutte

diceret Saxoferratensis vel Saxoferratanus? quis ferre posset audire Montecucculensis vel Montecuccolanus? non sonant, fateor, de Montecucculo vel de Saxoferrato ad elegantiam quam optamus; sed si compares ea illis suis que premisimus adiectivis, minus habent sine dubio vel asperitatis 5 vel horroris quam ea que fecimus derivativa. sed cur damnas hunc loquendi modum, quem optimus interpretum Hieronymus non recusat? lege de libro Iudicum Samsonis hystoriam et invenies: erat autem quidam vir de Saraa et de stirpe Dan, nomine Manuë [1]. inveniesque paulo ante duodecimo capitulo: 10 post hunc iudicavit Israel Abessan de Bethlehem [2]. et de Montecucculo non putes noviter dictum; legitur capitulo decimoseptimo dicti libri: fuit eo tempore vir quidam de monte Ephraim, nomine Michas [3]; et illud ibidem: fuit ergo alter adolescens de Bethlehem Iuda [4]; et sexcenta talia invenies in libris 15 sacris, quorum auctoritatem spernere nefas est et incrnatos dicere plus quam stultum [5]. horum omnium summa est quod Linus pro mei nominis complemento * * * * difficillimumque esse scire, cum dicerent antiqui C. Cesar, quodnam sit proprium Caius an Cesar; nec contra rationem esse nomina secundo 20 loco posita, licet sint in nominativo casu, representare prenomen, quod sensum habeat genetivi; hocque certius apud nos esse debere quam apud priscos, qui, teste Valerio, ordinem horum nominum variabant: et si verum est, quod opinaris, primum nomen significare parentem, cum dicimus Publius Scipio, certum 25 intelligi debere Publii filius Scipio, ut non aliud significet ille nominativus Ceccus, positus in loco prenominis more nostro, quam Cecchi filius; in quibus omnibus non vetustas est, sed vetustatis imitatio et similitudo: et quod dixi de Montecucculo habere stili non inelegantis exemplum, nec esse, 30 sicut innuis, deridendum, presertim cum absurdissime sua respon-

18. *Il copista omise qui, a mio giudizio, parecchie frasi, sicchè riesce lacunoso il passo.* 20. *Cod.* Ciaius

(1) *Lib. Iudic.* XIII, 2.
(2) *Lib. Iudic.* XII, 8.
(3) *Lib. Iudic.* XVII, 1.
(4) *Lib. Iudic.* XVII, 7.
(5) Cf. anche Poggii *Epist.* ed. Tonelli, lib. III, ep. iii; I, 189.

deant adiectiva. nec velis, oro, te michi persuadere vel tibi, quod iam plus quam quinquaginta annis cum antiquitatis laudatissimis auctoribus tam inutiliter sim versatus, quod illorum morem nondum potuerim percepisse. utinam sic stilum, sic doctrinam, 5 sic elegantiam exhausissem! sed licet non potuerim ad illa pertingere, quoad eius potui conatus sum, memor Venusini poete:

e si duole che l'amico sospetti ch'egli abbia per più di cinquant'anni studiati gli autori antichi senza impararne gli usi.

> Non possis oculo quantum contendere Lynceus:
> Non tamen idcirco contemnas lippus inungi;
> Nec, quia desperes invicti membra Glyconis,
> 10 Nodosa corpus nolis prohibere chiragra (1).

nec dicas quod te voluerim omni eloquentie gloria spoliare, qui duas sententiunculas, quas, vixdum morbo gravissimo liber, sed adhuc pene egrotans, iuxta morbi reliquias,

Nè meno gli spiace che il Bruni sospetti in lui l'intenzione di spogliarlo d'ogni merito d'eloquenza, perchè ha combattuto due frasette da lui scritte sotto l'influsso della malattia.

> Expugnatus * * * odio languoris iniqui (2),

15 consulte minus emiseris, amicabiliter duxerim reprehendendas (3). scio morbo cumque rumpitur optima corporis armonia, mentem in operationes debitas non exire; scio, sicut et tunc scripsi, pauperes iudicare divitias summum bonum; scio languentes summam beatitudinem ducere sanitatem (4); ut certum sit nec indigentibus nec 20 egrotis rectas stare sententias. passio quidem turbat affectus, qui cum tumultuari ceperint, intellectum obnubilant et omnis rectitudinis obruunt rationem. an aufertur eloquentie gloria cuipiam, etiam si totius orationis oppositum disputetur? quid erat ergo ille fori curieque congressus, quo civitatis et eloquentie principes 25 contraria disputabant vel consulendo publice vel accusando reos

Non si toglie nulla al merito d'un altro oppugnandone le idee:

9. *Cod.* cliconis 14. * * *] *Cod.* màlis *abbreviazione per me insolubile.* 16. *Cod. dà* que *in interlinea.*

(1) Hor. *Ep.* I, 1, 28-31.

(2) Non so donde questo verso derivi.

(3) Il Luiso, op. cit. p. 16, nota 2, osserva che alle parole: «Nec dicas» &c., nell'epistola di Leonardo non v'è riscontro, e ne cava argomento a confermarsi nell'avviso che neppur il cod. Senese offra di essa l'originaria lezione. Senz'entrare in discussione su questo punto, giovi avvertire che le parole del Nostro sono invece una molto precisa risposta a quelle che si leggono nella lettera Bruniana: «Vereor ne te poenituerit eorum quae «superioribus litteris tuis in commen«dationem meam... scripsisti: nam «cum in illa epistola de ingenio atque «doctrina magnifice me laudaveris, «ita tamen posterioribus his litteris «me oppugnas, quasi omni sensu in «scribendo carerem».

(4) Cf. ep. xvii di questo libro, p. 117.

vel defendendo pertinaciter accusatos? num M. Cato, singulare Portie familie lumen, abstulit Cesari dicendi gloriam, licet senati decretum factum fuerit ut Cato censuerat, explosa sententia Cesaris, in quam favore maximo iam multi consenserant senatores?(1) nunquid Hortensius defendens Verrem diminuit accusantis gloriam Ciceronis et Milonis accusator, quisquis ille fuerit, vel etiam Brutus, qui exercendi ingenii causa accusationem eius facunde dicitur ordinasse, Ciceronem dicendi gloria privaverunt?(2) sed credisne me, dulcissime Leonarde, spoliando te gloria illa facundie, qua te merito summo pontifici commendavi, dum illa scriberem, cogitasse? absit ab ingenio meo tanta malignitas, tanta dementia, tantus furor; malignitas etenim teterrima et inexpiabilis foret ledere amicum, ledere fratrem, ledere filium; stulticia tentare, quod difficillimum sciverim; furor autem, quod impossibile prorsum norim. hoc enim, si nescis, me iandiu firmiter tenuisse velim scias fixumque michi de te fuisse iudicium, quod quam primum data tibi fuerit occasio, taliter emergeres, quod in dicendo cunctos facile superares. semper enim mecum tuum admirabar ingenium et quam perspicaciter cuncta ponderares et animadverteres tacitus commendabam. noli curare, si vel ego vel alius aliquando contra que dixeris arguamus sentiamusque; semperque cum scribis tibi fore persuadeas contradictorem. sed hec nimis.

nè Catone diminuì la gloria di Cesare come oratore, perchè il Senato adottò le proposte sue, nè Ortensio o Bruto quella di Cicerone difendendo Verre e Milone.

Si difende vivamente da tanta accusa, ricordando a Leonardo quant'affetto abbia per lui,

quale stima abbia sempre nudrita del suo valore,

e lo consiglia a non impermalirsi per così futili cause.

Quod autem littere, quas pridem in tui nominis et ingenii commendationem ad summum pontificem scripsi, in auditorio tam celebri fuerint recitate, postquam eventu felici tibi fuerunt ad gloriam, gratissimum fuit audire. nec displicuit quod et michi commendationi pariter exstiterunt. sicut equidem nunquam fui captator glorie, cuius rei te certum et conscium secretorum meorum testem imploro, sic occurrenti sponteque venienti sua, me nunquam exhibui contemptorem. sed super omnia michi gratum erit, si videro quod aliquid suffragii tue pepererint novitati(3). et hec quidem satis.

Si rallegra del lieto successo ottenuto dalla lettera che scrisse al pontefice in sua lode.

13. *Cod. omette* filium   18-19. *La finale di* admirabar *è in rasura.*

(1) PLUTARCH. *Cato min.* XXII-III.

(2) Cf. Q. FAB. QUINTIL. *Instit. orat.* X, 1, 23.

(3) Allude all' ep. « Etsi sciam » (*Ep.* lib. I, ep. III; I, 5; cf. LUISO, op. cit. p. 6), che, scritta dal Bruni a mezz'agosto del 1405, gli era dunque venuta alle mani contemporanea-

Nunc autem scripsit michi carissimus filius meus Bernardus de Moglio vel, ut ipse scribit, Moglo, qualiter tuam noticiam est adeptus et quid de te sentiat tractu longiuscule pagine demonstravit; quod, ut videas, eius feci copiam intercludi. videbis 5 amorem, videbis affectum suum; quid optet quidque cupiat ex littera videbis sua. meus est filius et si tu alter es ego, sicut arbitror teneoque, recipias in filium, oro, ostendeque sibi verbo et opere quid tibi sim quantique meos facias, quorum ille non in postremis est (1). vale. Florentie, nono ianuarii, natali, si 10 bene commemini, Ciceronis (2).

Gli raccomanda il da Moglio;

Que de scismate scripsi in unum volumen reduci iussi et quia non habui exemplantem, nondum mitto, sed e vestigio rescribi faciam et transmittam (3).

e promette di mandargli riuniti i suoi scritti sullo scisma non appena potrà farli trascrivere.

2. *Cod. dà* Moglo *ripetuto.*

mente all'altra « Vereor » (App. XXII), dettata la bagattella di tre mesi dopo!

(1) Per il da Moglio ved. l'ep. XX di questo libro, p. 145.

(2) Il buon Coluccio s'ingannava: secondochè assevera PLUTARCO, *Vitae*, M. T. Cic., II, Cicerone sarebbe nato il 3 gennaio 648/106: τεχθῆναι δὲ Κικέρωνα λέγουσιν ἀνωδύνως καὶ ἀπόνως λοχευθείσης αὐτοῦ τῆς μητρός, ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων Καλανδῶν κτλ. Cf. TEUFFEL, op. cit. I, 310, § 175.

La menzione che Coluccio fa qui del natalizio di Cicerone ci richiama alla mente un particolare caratteristico della sua vita: questo, cioè, ch'egli era avvezzo a festeggiare l'anniversario della propria nascita. Ce ne è testimone il Poggio che, scrivendo da Roma l'11 febbraio 1430 al Niccoli, così gli diceva: « Hodie, mi Nicolae, « celebravi inter doctissimos viros na« talem meum diem haud alias antea « a me observatum; non quia magni « fuerit me tantillum hominem orbi « natum, sed tum ad imitationem an« tiquorum, quibus id moris fuit, et « a Colucio nostro, expertae « virtutis atque eloquentiae « viro, factitatum vidimus »; POGGII *Ep.* ed. Tonelli, lib. IV, ep. IV; I, 305-6.

(3) Son d'avviso che la raccolta de' propri scritti intorno allo scisma che Coluccio contava trasmettere al Bruni e che forse, prevenuto dalla morte, non potè inviargli, sia stata quella stessa che vergata su bella pergamena con nitida calligrafia, eleganti iniziali azzurre, lumeggiate in rosso, ed accuratamente riveduta dal S. medesimo, conservasi oggi nel cod. miscellaneo 1222 C della Riccardiana di Firenze. Quantunque il recente descrittore dei codici di questa biblioteca, che l'assegna al « sec. XIV « exeunte »; come se la data dell'elezione di papa Innocenzo VII non ne riportasse la esecuzione ai primi anni del secolo XV; non se ne sia avveduto (cf. *I mss. della R. bibl. Ricc. di Firenze*, Roma, 1895, I, 293), questo codicetto provenne alla Riccardiana dal convento di S. Maria degli Angeli, dove lo videro così il MONTFAUCON, *Mus. Ital.* par. I, p. 168, come il MEHUS, *Epist. L. Col. Sal.* Praef. p. XIX. Esso racchiude le quattro note

Corregge infine una svista in cui è caduto sul principio dell'epistola.

Revidens epistolas tuas perpendi te non eius quam putavi, cuique large respondi, principium de soloecismo corrigendum suadere. sed et illam vidi, cui cum recte sit, puto inter exemplandum vitium aliquod irrepsisse. mitto tibi principium, ut cum copia vel principali, quam ad illum scripseram, revideas corrigasque. vel indica michi vitium quod fateor non videre (1). iterum vale (2).

XXII.

A Poggio Bracciolini (3).

[Ch, c. 22 b.]

Poggio.

Firenze, 26 marzo 1406. Si rallegra di saperlo bene, e di potergli dare ottime notizie di sè e de' suoi,

Linus Colucius Salutatus Poggio Guccio, summi pontificis adbreviatori scriptorique, salutem dicit. postquam tibi, quod gratulor, bene est beneque michi et familie mee per Dei gratiam

2. *Cod.* suadet; *nè sono alieno dal credere che la sconcordanza sia sfuggita al S. stesso avvezzo ad usare più comunemente il* quod *che non l' infinito.*

epistole: 1) « ad cardinales Gallicos », 1378 (Rigacci, par. I, ep. ix, pp. 18-39); 2) « Thomae de Corsinis », 1380 (Id. par. I, ep. x, pp. 39-46); 3) « Iodoco marchioni Moraviae », 1397 (lib. X, ep. iv; III, 197); 4) « Innocentio VII », 1405 (lib. XIIII, ep. viiii, p. 42 di questo volume).

(1) Cf. la nota 1 a p. 148 di questo volume.

(2) Colla presente epistola si chiuse per sempre il carteggio del S. col Bruni. Sia difatti che le occupazioni gravissime glielo vietassero, sia che egli serbasse un po' di corruccio verso Leonardo, fatto è che il Nostro non gli scrisse più nei quattro mesi che gli rimasero di vita. Dal canto suo il Bruni stette zitto, non sapendo troppo che contegno tenere; del suo imbarazzo eloquente testimonianza ci dà la lettera da lui diretta da Viterbo al Niccoli l'11 marzo 1406: *Ep.* lib. I, ep. x; I, 20; Luiso, op. cit. p. 20. Tornato poco dopo a Roma ed obbligato in servigio del pontefice ad intraprender un viaggio in Romagna e nelle Marche, egli si allietava al pensiero di poter nel ritorno toccare Firenze, rivedere il maestro e riconciliarsi con lui. Ma, proprio mentr'era in viaggio tra Rimini e Cesena, l'11 maggio, a Modigliana, gli giungeva la lugubre notizia che sette giorni prima Coluccio aveva cessato di vivere. Cf. *Ep.* lib. I, ep. xii; I, 21; Luiso, op. cit. p. 22.

(3) Bramoso di non mettersi in aperto contrasto col vecchio e venerato suo amico, il Poggio, rispondendo all'epistola xviii di questo libro, p. 126 sgg., era in parte ritornato sopra i propri passi, temperando taluni giudizi espressi con crudezza un po' soverchia nella lettera precedente ed affermando che, sebbene non potesse accondiscendere ad anteporre il Petrarca ad un Cicerone o ad un Virgilio, ne riconosceva però i grandi meriti come scrittore,

est, nichil esse potest quin ambobus bene sit; velit Deus hoc non perpetuum; stultum enim id esset optare; sed longevum sit. non sum enim adhuc adeo spiritualis, quod mentem possim a sensibus removere[1], quod cupiam dissolvi et esse cum Christo[2]. sed
5 hec dimittamus; altioris quidem elevationis status est. nunc autem festinatas et quodammodo subitas epistolas tuas habui, quibus visa stili gravitate leporeque non facile dixerim quam letatus sim, videns Deum nostrum, cuius indulgentia et gratia sumus quicquid sumus[3], tibi supra communem mensuram hominum concessisse ea
10 humanitatis studia quibus emergimus et delectamur. vellem autem, opto, desidero et expecto, quod illa sapientia pietateque, qua Deo grati dilectique efficimur et optima sciendi curiositate simulque caritate proficias, non minore gradu quam in aliis quibus hucusque nervos intendisti tuos. quod cum videro, non de te solum,
15 sed de aliis etiam quos diligo sicut memetipsum, in huius vite nostre cursu nescio quid plus preter meam vestramque salutem valeam exoptare. verum habeo tecum plura discutere. non enim video que pridem scripsi adeo tibi probata fuisse, quod id sentias quod, sicut arbitror, rectissime sentio debeasque sentire.

augura che entrambi perseverar possano in così lieto stato.

Ebbe le lettere sue, quasi subitanee,

che gustò assai per l'eleganza dello stile, indizio di coltissimo intelletto, dedito tutto agli studî liberali.

Ben vorrebbe che con altrettant' ardore il Poggio coltivasse le virtù cristiane, così da conseguire anche la morale perfezione.

Molte cose deve secolui discutere

4. *Dopo* et *nel cod. uno spazio bianco.* 6. *Cod.* subditas 10. *Cod. omette* et *dopo* emerg. 18. *Cod. dà due volte* tibi

rinnovatore degli studî classici, e nudriva per lui schietta ammirazione. A siffatte dichiarazioni non stette tuttavia pago Coluccio, sospettandole inspirate all'amico non tanto da sincero convincimento quanto da deferenza verso di lui; sicchè ripigliata colla presente l'offensiva, s'industriò di forzare il contradditor suo a dichiararsi vinto. Era domandar troppo forse ad uomo della natura del Bracciolini; laonde la polemica, già prossima a comporsi, avrebbe potuto riaccendersi più vivace che mai, ove a troncarla non fosse intervenuta, arbitro nefasto ed inatteso, la morte. Il S., che s' appalesa difatti qui tanto giovenilmente alacre e vigoroso d' intelletto malgrado i suoi settantacinque anni, animato anzi da un desiderio di vivere che ci colpisce per l' intensità con cui lo troviamo da lui contro ogni sua consuetudine significato, spegnevasi quetamente quarantasei giorni dopo aver dettata quest' epistola, la quale deve quindi considerarsi come l' ultima ch' egli conducesse a termine sopra letterari argomenti. Con quest' estrema sua fatica Coluccio mirò dunque ancora una volta a raggiungere quello ch'era stato l' intento costante della sua nobile ed operosa esistenza: la glorificazione di Firenze e del più illustre tra i figli che dopo l'Alighieri fossero usciti dal « dolcissimo seno » di lei.

(1) Cf. Cic. *Tusc.* I, III, 15.

(2) Cf. s. Paul. *Ep. ad Philipp.* I, 23.

(3) Cf. s. Paul. I *Cor.* XV, 10.

ed innanzi tutto gli è forza richiamarlo a più devoto ossequio verso quella carità cristiana, di cui poco si cura.

nondum enim video quod doctrine christiane perfectionem agnoscas; quod que verissime scripsi gustaveris digesserisque. principio quidem non videris illius tui maliloquii penitere, qui defendere coneris quod ea domestice et per fidum delatorem, non ignotum tabellarium, caute scripseris Nicolao, quasi reprehenderim 5 quod in scribendo minus adhibueris quam oporteat cautionis [1]; non illud potius, quod stulte periculoseque etiam, si nunquam ad Nicolaum, qui sine dubio dici possit et debeat alter tu, vel prorsus ad alium etiam amicissimum vel ad nullum etiam penitus pervenerint, id scripsisses, quasi ponderandum sit in erroribus non con- 10 silium sed eventus. scio quod ethicum est et ab Anneo nostro vere riteque preceptum: diu cogita, an tibi quis in amiciciam recipiendus sit. cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte: tam audacter cum eo loquere quam tecum. sed adverte quod subditur. inquit enim idem Seneca divine prorsus: tu quidem ita 15 vive, ut tibi nichil committas nisi quod committere etiam inimico tuo possis [2]; ut omnis ille discursus, quo errorem defendis tuum, si recte sentire volueris, nichil sit. an non te inconsideratum et dementem credam et ducam, qui ea scribas que plus quam sexcenti casus sine culpa eius cui scripseris possunt nota facere, 20 queque celare volueris, imo debueris, propalare? si latent illa, non tue providentie, non Nicolai virtuti et amicicie tribuas, obsecro, sed fortune, que stulticie favit tue. sed hec satis, non sapienti solum, sed etiam inconsiderationi tue. nunc autem ad reliqua veniam, quibus et in opinione perstas tua et omnino pro- 25 terviens sine ratione et duce fluctuas et nugaris.

Torna a discorrere delle imprudenti rivelazioni fatte dal Poggio al Niccoli.

Certo ad un amico fedele tutto si può confidare;

pure talune cose non vanno confidate nemmanco agli amici più provati;

anzi non si debbono mai manifestare.

Ma basti di ciò anche ad uno sventato incorreggibile quale il Poggio par essere.

Principio quidem scribis te litteras ad me direxisse paululum conquerentes de sententia mea, et, ut te referam, imo tua, subiungis: qua in re si te offendi, quod veritatem secutus sum, non auctoritatem, ob eam rem feci quia estimabam te eum esse qui 30 te impugnari, laudari, offendi et defendi facile paterere. quod si secus est, ego tecum amplius non utar veritate aut iudicio animi mei; sed quicquid tecum agam, quicquid ad te scribam, gnato-

Passando ad altro, analizza ciò che l'amico gli ha dichiarato:

che se il vero gli spiace, non se ne farà più sostenitore presso di lui.

(1) Cf. a proposito dell'imprudenza qui rimproverata al Poggio dal Nostro l'ep. XVIIII di questo libro, p. 127 sgg.

(2) M. A. Sen. *Epist. ad Lucil.* III, 2-3.

nicum erit. hec verba tua sunt; quibus ante omnia protestaris si michi vel mee consenseris veritati, te non ex animo, sed assentandi gratia facturum esse. sed hoc, carissime Poggi, parvifacio. spero quidem, si quis nostra leget, non auctoritatis estimatorem fore, sed veritatis. sed ad verborum tuorum principium redeamus. tune veritatem secutus es, qui nullam rationem, qua tecum egerim, confutasti? plane nolo quod auctoritatem meam sequaris. haud enim tali me dignor honore[1], sed veritati opto moneoque, licet opinioni refragetur tue, saltem tantum deferas, quod ab ea sine rationis evidentia non discedas. crede michi, preter Dantem et eum ipsum rythmis vulgaribus, non habuit inclyta nostra Florentia clariorem divino eloquentissimoque Petrarca, ut non debeas tu vel alius, qui Florentinus sit, fame nostri civis vel leviter derogare. quem enim habemus alium, quem iure possimus eruditis anteponere vel equare? sed, inquis, nullus est viventium qui Petrarcam pluris faciat quam ego. nam iudicavi semper eum hominem eloquentissimum et virum doctissimum fuisse existimavique omnes, qui his nostris studiis delectantur, ei quamplurimum debere; quippe qui primus suo labore, industria, vigilantia hec studia pene ad internicionem redacta nobis in lucem erexerit et aliis sequi volentibus viam patefecerit, qui hystorias preclaras conscripserit; poema luculentum ediderit; permulta ad vitam hominis instituendam tradiderit; invectivas singulari eloquentia reliquerit; omnia omnium generum studiorum scripta noverit; preterea censui eum multis veteribus hystoricis, poetis, oratoribus, philosophis comparandum. hec tua verba sunt[2].

Se gli darà ragione, farà ciò per adulatoria compiacenza.

Ma quella che il Poggio difende è forse la verità?

Così ei non pensa per fermo.

A suo credere, niuno, ove si tolga Dante, può paragonarsi come poeta volgare al Petrarca

Ben il Poggio ribatte che niuno lo supera nel far stima altissima del Petrarca,

vuoi come storico, vuoi come poeta ed oratore, certo paragonabile a molti antichi.

11. *Cod.* rithimis

(1) Cf. VERG. *Aen.* I, 335.

(2) Queste lodi del Petrarca, checchè sospettasse in contrario il S., erano sincere e corrispondevano ad un' opinione che il Poggio conservò sempre immutata, anche quando la fama dell'autore dell'*Africa*, del primo umanista era andata rapidamente scemando di fronte ai clamorosi trionfi de' maestri nuovi. Per esserne persuasi basta leggere la bell'epistola da lui diretta molt'anni dopo ad Andrea Alamanni, che gli aveva comunicate, facendole proprie, le lagnanze d'Alamanno Rinuccini sulla scarsezza d'uomini dotti ed eloquenti in Firenze e sulla necessità di rinforzarne il numero chiamando sulle rive dell'Arno qualche insigne precettore straniero. Il Poggio propugna all'opposto l'avviso che si possa divenire eccellenti oratori anche senza maestri; e dopo

Ma in questi elogi troppo larghi ed indeterminati non si cela per avventura un po' di mala fede?

quid me ludis? gnatonica sunt ista, num vera? si ex animo loqueris, cur eum preclare, non preclaras hystorias scripsisse non dicis; cur luculento commendas poemate et invectivis, de quibus alteris tuis litteris acerrime momordisti? quod animi tui iudicium est, si de sententia ista scribis? cur eum omnia omnium 5 generum studiorum scripta novisse dicis, quod nescio; si volueris

Vuol forse il Poggio usando frasi reboanti ma vuote parer sublime e non dir nulla?

quod ostendis; an concederes Ciceroni? an mecum ita loqueris, ut cum nichil intelligas aut intelligi posse velis, magnifica dicere videare? quenam laus est omnia omnium generum studiorum

Qual lode dà egli mai al Petrarca dicendolo dotto in ogni ramo dello scibile e paragonabile a parecchi tra gli antichi?

scripta novisse? cognoscunt etenim et illi quibus questui est 10 venumdare libros, nec cognoscunt solum quinam sint et cuius facultatis, sed etiam, quod plus est, ipsorum pretia. quod vocabulum, si Varroni credimus, ex eo deductum est, quod peritissimi rerum ea ponerent, unde dictum arbitratur p r e t i u m quasi p e r i t i u m [1]. quid censuisti eum multis veteribus comparandum, 15 cum parvam comparationem fieri posse sentias nec sit aliquid tam incomparabile quin aliqua possit ratione conferri? tu vero pretendis in Petrarce laudem quod multis possit hystoricis antiquis, poetis, oratoribus et philosophis comparari; quod quam ridiculum sit, tu vides. promisisti mecum gnatonice loqui, non 20

Coluccio non si lascia pigliare a siffatte reti. Ei conosce da lunga data la pertinacia del Poggio. Se questi non si persuase mai a scriver « michi » e « nichil », come tutti fanno,

amphibologice vel per yroniam. sed frustra iacitur rete ante oculos pennatorum [2]. scio quam dure cervicis sis quamque tibi difficile foret persuasam diu mutare sententiam. et quando convinci patereris quod scribendum sit m i c h i et non m i i, n i c h i l et non n i i l? nec unquam venit in mentem antiquitati morem 25 fuisse iota longum, quod breve simplex scriberent, geminare, et

aver citati parecchi antichi pervenuti da soli ad acquistare somma fama, soggiunge: « Quid dicam de « nostris qui hoc saeculo eloquentia « claruerunt? Primus Franciscus Pe« trarcha, vir eloquens et scribendo « suavis, nullum nactus est in facul« tate oratoria praeceptorem, cum iam « grandis natu a iure civili se ad elo« quentiam contulisset: ipsemet sibi « dux et auctor fuit eloquentiae compa« randae »; *Epist.* ed. Tonelli, lib. XIII, ep. III; II, 185 sg. Altrettanto dice essere avvenuto di Coluccio, di Leonardo Bruni, di Roberto Rossi, di Carlo Marsuppini, del Traversari, del Niccoli, del Manetti, di sè stesso. Così della « bella scuola » fiorentina ei riconosce ancora in messer Francesco il « signore », il « maestro ».

(1) Cf. M. Ter. Varronis *De lingua lat. libri*, ed. L. et A. Spengel, Berolini, MDCCCLXXXV, lib. V, § 177.

(2) *Prov.* I, 17, e cf. *Eccl.* VII, 27.

ob id mi, cum longum sit, dativusque pronominis huius ego, et nil etiam producant, ad notandum tempus: pro mi, mii, non pro michi, et pro nil, niil, non pro nichil vetustas scribere consueverit et inde ab imperitis usurpatum. credo quod antiquorum plurimi geminata littera i tales dictiones per ignorantiam scriptitarent, quos sequi adeo tibi visum est, quod nichil atque michi non inscitiam, sed nefas et sacrilegium arbitrere[1]. sic tibi, licet ratio omnis contra te sine dubio sit, irrevocabiliter persuasisti veteres illos philosophos, quorum solum fame preconium et inania nomina teneamus, licet etiam nichil sciri posse contenderent, eruditissimos extitisse. ego vero non video cur solius splendore nominis debeam, si videre non possim aliud certum, aliquid iudicare. tu doce, si vides; et cur nostros illis postponere debeam, indicato; solve, si potes, illam quam adduxi rationem; Christianos videlicet etiam mediocriter eruditos et qui non tam fidei, que probationem non habeat, auctoritate quam veritate et ratione nitantur illis Gentilibus, quecunque produxeris, preferendos. nitere probare, si potes, oppositum, et videbis plane mecum quam difficile tibi fuerit illuc, quo tua fertur opinio, pervenire. non enim hunc vel illum Gentilium invenies, sed

per non mancare di rispetto a vecchi amanuensi, cui non la dottrina, bensì l'ignoranza guidava la penna; come tanto facilmente ora accondiscende a metter il Petrarca al livello degli antichi?

In quanto a lui, egli ha tenuto e tiene opinione diversa:

preferisce i Cristiani ai Gentili;

poichè i primi posseggono la verità,

(1) Già nell'età di mezzo i grammatici s'accapigliarono per decidere come s'avessero a pronunziare ed a scrivere « mihi » e « nihil »; e sebbene i più sostenessero la grafia ch, giustificata da una regola particolare (cf. Thurot, *Not. et Extr. de div. mss. lat.* &c. p. 142, e la *Relazione sul tema I* presentata dal prof. Sensi e da me al VI Congresso storico italiano in Roma, § 23, in *Atti*, Roma, 1896, p. 70 sgg.); altri invece, come risulta dalle apertissime dichiarazioni di Boncompagno da Signa e dell'anonimo autore d'un' *Ars metrica* parigina, « a prava consuetudine vel « a fastu modum pronunciandi trahen- « tes », dicevano e scrivevano « mici », « nicil » (v. Thurot, op. cit. p. 533 sg.). La controversia, come si vede di qui, era risorta nel circolo Colucciano, seminandovi discordia, giacchè mentre il S. teneva per la grafia tradizionale, usata da Dante, dal Petrarca e dal Boccaccio, come ce ne fa testimonianza anche Leonardo Bruni, che ne divideva l'avviso, nell'interessantissima lettera ad Antonio grammatico (che è la II del lib. VIII; II, 107 sg.); il Poggio invece, dilungandosi dal maestro, sopprimeva non solamente il c, ma, se diamo fede al S., anche l'h! Non si può dunque, come ha fatto il nostro ottimo collega R. Sabbadini, *La scuola e gli studi di Guarino Guarini veronese*, Catania, 1896, p. 67, attribuire al Barzizza il merito d'avere « risuscitata » la questione. Il merito, se merito c'è, va dato al Bracciolini, l'esempio del quale fu seguíto in breve da tutti gli umanisti del tempo.

mentre i secondi brancolarono ciechi nelle tenebre dell'errore.

omnem prorsus omnium doctrinam clare videbis non posse subsistere, sed omnes a veritate, quam certissimam videris, erravisse. nam, ut cetera sileam, omnis de virtutibus doctrina

Non rinviensi la virtù vera in chi operando non aspira al fine ultimo:

penes finem ultimum variatur. illuc enim cum actus referuntur nostri, perspicitur post intentionem operantis, an dici debeant 5 virtuosi. qui virtutis enim actum in aliud quam in finem verum et ultimum dirigit, certum est actum non efficere virtuosum,

vero virtuoso non fu dunque Bruto sagrificando i figli alla patria;

licet cunctis sit aliis respectibus commendandus. nam Brutus, romane libertatis assertor, cum filios de reducendis regibus agitantes occidi iussit; si verum est quod noster Homerus scripsit: 10

Vincet amor patrie laudumque inmensa cupido (1);

glorie captator fuit non minus quam patrie conservator et vindex,

perchè la patria non è il nostro vero ed ultimo fine,

licet ea dici non debeat nec possit finis nostrorum actuum ultimatus. nam si patria verus et ultimus finis esset, non possemus que pro patria gerimus, in laudem, lucrum aliquod, potentiam vel 15 dignitatem aut rem prorsus aliam dirigere vel mutare. optime etiam verissimeque dixit ille:

quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Premia si tollas? (2)

potest enim cum virtute premium exoptari, potest et gloria, potest 20 honor, ut certum sit etiam virtutem ipsam nec verum nec ultimum finem esse.

il quale non può essere che Dio;

verus enim finis est ipse Deus, qui obiectum beatificum est, imo materiale subiectum illius eterne beatitudinis, que componitur ex Dei cognitione, cum videbimus uti est et ex eius dilectione quamque speramus in patria. hunc Deum, qui 25 obiectum est beatifice visionis et subiectum dilectionis et illam beatitudinem, que ex huius visione sive noticia et dilectione composita est, non possumus ad aliud dirigere quam ad se nec aliquo modo finem hunc vere ultimum immutare vel ob aliud appetere quam solummodo propter se.

obbietto della beatifica visione e soggetto del vero amore.

hoc Gentiles et Ethnici 30 non viderunt; quare non sunt humanitatis vel scientie moralis, sive ethice, que idem sunt, boni vel imitabiles tractatores. est igitur huius rei veritas Christianorum, quos tu miraris me Gen-

Questo ignorarono i Pagani: essi non posson dunque stimarsi buoni maestri di morale;

(1) Verg. *Aen.* VI, 823. (2) Iuv. *Sat.* X, 141-42.

tilibus anteferre. verum enim finem, sicut Deo placuit, percipere meruerunt; non quod habuerint forte plus ingenii, sed sine forte plus gratie. nolo nostros, quia Christiani sint, in hac disputatione Gentilibus anteferre; sed quia, sicuti videmus, in his ipsis 5 que circa vitam et moralia tradiderunt, longe rationabilius et melius atque perfectius quam Gentiles sine dubio disputarunt. lege super hoc Lactantium, lege patrem etiam Augustinum, et facile videre poteris quam valide, quam invicte quamque rationabiliter eos reprehendant et singulariter tuum Varronem, cui rerum om- 10 nium noticiam incomparabiliter tribuisti [1]. nolo disputare cum illis de his que sola fide determinationeque sancte matris Ecclesie retinemus; digni quidem non sunt cum quibus talia ventilentur. vellem autem facilitatem illam tuam videre, qua refelleres eorum que scripsimus fundamenta. si tam facile tibi foret, cur non 15 experiris, cur non veritatem et eruditionem ostendis tuam? ne dubita: satis enim auctoritatis erit tibi, si vera, si ratione constantia scribes; nec me presertim credoque nec aliquos offendes, si veritas pro te stabit. pulcro, ne dicam parvo, reiecisti labore quod dixeram, si Plato reviveret aut Aristoteles eos non esse au- 20 suros contradicere veritati. audiamus Poggium nostrum dictum hoc mirabiliter refellentem: quasi non reperiantur, inquis, qui quotidie etiam Christiani contradicunt, aut veritatem appelles id quod si velles probare nil possis adducere preter fidem, in qua nulla ratio queritur, sed credulitas sola. ut est eciam illud: qui- 25 cumque sapientia excellunt eloquentia pariter antistari. et ut hoc prius expediam, excellitne sapientia, que rerum divinarum et humanarum scientia diffinitur [2], qui nesciat mandare litteris cogitationes suas? primum autem reiicis quod multi reperiantur eciam Christiani, qui veritati quotidie contradicant, quasi talium exemplo 30 debeant Aristoteles atque Plato contradicere veritati. quam fidem, quam auctoritatem habere merentur qui contradixerunt veritati? estne tam presumptuosum atque turpe vitium viris illis optimis,

mentre tali appaiono invece i Cristiani, cui porse aiuto la grazia, che a quelli mancò;

onde disputarono meglio de' Gentili per ciò che spetta all'etica;

giacchè non è il caso di parlar della fede.

Combatte poscia un'altra obbiezione mossa dal Poggio all'asserto di lui che Platone ed Aristotele, ove rivivessero, non si opporrebbero alla verità.

(1) Sant' Agostino polemizza lungamente, com'è noto, col dottissimo tra i Romani nel *De Civ. Dei*, VI, II sgg.; ma non gli lesina però, sull' esempio di Cicerone, gli encomî.

(2) Cf. Cic. *Tusc.* IV, XXVI, 57; V, III, 7; *De finib.* II, XI, 37.

qui inveniende veritati totius vite temporibus vacaverunt, et a te presertim, qui eos tanti facias, inurendum? qui si scientes nefas tantum admitterent, pessimi; si per inscitiam, non cum doctis debeant, sed cum ignorantibus deputari. o pulcra, elegans et artificiosa responsio, et que possit de Ciceronis vel Fabii traditionibus elici vel cum veris refellendi regulis et efficacibus assignari!

Nè ammette come il Poggio vuole che Virgilio sia stato prosatore elegante; ma posto pur che tale fosse, non è lecito dirlo superiore in questo al Petrarca;

Vis autem Virgilium soluti sermonis elegantia valuisse, quod quam verum sit testis est Servius (1); quidque de hoc vir eloquentissimus senserit, teste Seneca, Severus Cassius precedentis epistole serie annotavi (2). sed fuerit, licet, qualem vis Virgilius, excellentissimus, scilicet, inter oratores; valet ne contra tot epistolas totque Petrarce libros id quod de tribus illis lineis niteris coniectari (3), postquam ulterius prosaice nichil constat quod sue elegantie possit nos vel alios admonere? cum autem non omnino, sicut ais, comparationem fieri posse negaveris, sed parvam inter nostros et illos priscos viros; quantum ad Ciceronem attinet, nolo comparare sibi Petrarcam in oratoria facultate, non etiam in illo quieto dicendi genere, quod Ciceroni fuit et Petrarce commune (4), licet aliis multis, ut versu veritateque doctrine christianique dogmatis perfectione eum antecellere videamus. unum autem audacter affirmem, nullum ferme Ciceroni propinquius accessisse Petrarca nostro in soluto sermone. de carmine vero, si Senece sique Severo non credis, in testem adduco Martialem. inquit enim ad Gaurum:

chè se costui nell'eloquenza rimase inferiore a Cicerone, gli andò innanzi senza dubbio come poeta.

Carmina quod scribis Musis et Apolline nullo
Laudari debes: hoc Ciceronis habes (5).

12. *Cod. reca* tot *aggiunto in interlinea.* 24. *Cod.* aducco

(1) In realtà la notizia che Virgilio fosse stato infelice oratore deriva non da Servio, bensì da Donato o chi altri si sia l'autore della *Vita P. Verg. Maron.* cap. VI. Cf. lib. III, ep. XV; I, 181, ed anche COMPARETTI, *Virgilio nel medio evo*², Firenze, 1896, I, 31 sg.

(2) Cf. l'ep. XVIIII di questo lib. p. 143.

(3) Evidentemente il Poggio per rivendicare la fama di Virgilio prosatore aveva allegato il brano dell'epistola di lui ad Augusto conservatoci da MACROB. *Sat.* I, XXIV, 10-12.

(4) Cf. CIC. *De off.* I, I, 3.

(5) M. VAL. MARTIALIS *Epigrammata*, II, LXXXIX, vv. 3-4.

credo de versu nullam esse controversiam, sed sine contradictione palmam dandam esse Petrarce. et licet eloquentia solutoque sermone prevaleat Cicero, et maius sit excellere prosa quam versu, nonne sequitur quod volebam, videlicet quod versu Florentinus superet Arpinatem? et cum fere ceteris de prosa Petrarca sit propinquior Ciceroni, parvane de hoc potest fieri comparatio, sicut dicis? an autem volui Tullio Virgilioque Petrarcam simpliciter preferendum, qui dixerim ipsum uni metro, alteri prosa, non per omnia prestare, sicut videris assumere? nunquamne didicisti argumenta secundum quid, quod simpliciter dicitur, non inferre? divide, si placet, inter hec; nullum relinques inter nos penitus de re tanta litigium. sed ut de omnibus simul loquar, crede michi, lepidissime Poggi, non sunt incomparabiles, ut arbitraris, priscis et antiquis moderni, quibus Christianitatis splendor illuxit quibusque solis ob veram ultimi finis beatitudinisque eterne noticiam, doctrinarum humanitatis perfectio et veritas contigit. nec volo disputationem hanc; id enim nunquam intendi; ad articulos fidei revocare; stultum enim michi foret viros illos suorum temporum eruditissimos de his que nobis revelavit Deus per eternum Filium suum, mediatorem scilicet Dei et hominum, Ihesum Christum, arguere vel cum illis de his que scire non poterant agitare. tractanda quidem hec non sunt nisi cum credentibus et qui non possint Instrumenti novi et veteris litteras denegare. verum, ut tecum loquar: cur quod verum fides tradit non appellem certissimam veritatem, licet probari non possit? statne veritas rerum in probationibus, ut, si probari non possint, forsitan vera non sint? vide quorsum te ducat obstinatio tua, qui verum esse nolis quod probari non possit. sed hec satis. expecto quidem quod omnia rectius ponderes et errorem corrigas tuum, nec eo necessitatis rem deducas, quod oporteat nudis gladiis dimicare [1].

15 lidum ethnice religionis impugnatorem, et detrahe sibi que fecit
ex poetis, philosophis et oratoribus fundamenta; postque consi-
dera quid valeret efficax sua disputatio deficientibus testimoniis
poetarum. vide discuteque tecum Augustini libros De civitate
Dei, quibus Christianitas non habet clariores; et examina tecum,
20 si poetas et alia que prohibes ignorares, quot tibi penitus ignota
forent quotque oporteret, si non discisses, ab aliis mendicare; tunc-
que responde michi vel iudica tecum si damnosa vel utilis est no-
ticia carminum et secularium litterarum. credo, si te decipere
nolueris, confessum iri multum tibi fructum poetarum noticiam
25 ad illarum rerum intelligentiam tribuisse; cumque periculum sit
forsitan in philosophis propter vehementiam et acumen proba-
tionum, quid est discriminis in poetis, quos scimus omnes iuxta
corticem nullam habere rationem veritatis? sique voluerimus ad
intrinseca vatum et poetarum intima debite curiositatis diligentia
30 penetrare, nonne miras et latentes veritates inveniemus (2), ut sensus

e torna ancor oggi utile per deludere i tranelli che ci tende la fallace scienza mondana.

Come può combattere con speranza di vittoria chi ignori i disegni e le mosse de' nemici?

Se Lattanzio Firmiano, se sant'Agostino fosser stati digiuni della scienza profana, come avrebbero trionfato del Paganesimo?

Giovanni stesso che farebbe se gli mancasse quella dottrina di cui attinse gli elementi dai libri che vuole mettere in bando?

Chè ove si voglian giudicar pericolosi i filosofi, qual pericolo possono recare i poeti?

Non si nascondono da questi sotto il velame de' versi verità mirabili e profonde,

8. L^2 pugnandum   11. P^1 cedes   12. P^1 P^2 irrumpere   19. P^1 P^2 clar. non hab. Christ.   21. P^2 didicisses   23. P^1 *omette* et   23-24. P^1 P^2 nol. decip.   25. P^1 periculosum   30. P^1 P^2 inv. verit.

(1) S. PAUL. *Coloss.* II, 8.

(2) « E se noi vogliamo passare alla « intrinsecità e alla sottigliezza de' « poeti... guarda che noi troverremo « la verità »; così il Castellani per avere, bevendo grosso, come nota anche lo STOLFI, op. cit. p. 220, preso « miras » acc. plur. per una forma verbale.

intrinsecus, licet secundum corticem ludant carmina poetarum et velut foliorum umbraculis delitescant, miram habeat, cum verus sit, cum theologica veritate concordiam, nec sit ab eius penetralibus excludendus? inter veritates etenim et veritates nulla dissensio nichilque quod se mutuo destruat vel repugnet. adiuvant atque fovent se vicissim aut omnino non nocent. et quid, obsecro, vir Dei, nos poetas legere vetas, quibus sanctissimi doctores utuntur pro testibus aut ornantur? crede michi, Iohannes, nunquam confudisset Gentilium religionem eloquentissimus Firmianus tamque eleganter tamque veraciter sine testimoniis poetarum; nec pater Augustinus carnalem civitatem tam efficaciter diruisset sine fide presidioque Gentilium; nec unquam civitatem Dei tam altis tamque validis propugnaculis erexisset atque munisset; nunquam et ipse Hieronymus tam large tamque facunde emulis respondisset christianeque veritatis causam, imo causas, sine poetice rhetoriceque peritia defendisset, quem contra me tam acerbum producis in testem. vellem autem d i a l o g u m sanctissimi patris Basilii, quem nuper nobis transtulit in latinum ex greco vir peritissimus Leonardus Aretinus [1]; vellem, imo volo, quod

[illegible]

Ben sel seppero i santi Padri, che [illegible] bero a giovarsene.

Che, oltre a Lattanzio e ad Agostino,

recan di ciò certo testimonio san Girolamo tra noi

e tra i Greci quel Basilio, di cui Leonardo Bruni ha voltato in latino il dialogo coi nipoti sullo studio dei Gentili,

2. P^I miramque 7-8. L^2 doctoribus 10. P^I P^2 *omettono* que *dopo il primo* tam L^2 *dopo* testim. *dava* veritatem *cancellato.* 15. P^I P^2 respondissem

(1) L'omelia diretta da san Basilio Magno ai nepoti suoi per incorarli allo studio dell'arti liberali (Ὁμιλία πρὸς τοὺς νέους ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων), già nel mondo greco celebratissima, conseguì fama non minore in Occidente, dopochè Leonardo Bruni ne curò quella traduzione latina cui il Nostro allude. Porgono di tal fatto imperfettissima prova i ragguagli addotti dal MEHUS laddove passa in rassegna gli scritti dell'Aretino (*Epist.*, L. B r u n i s c r i p t a, I, p. LXX sg. n. XXXIV); e dico « imperfettissima », perchè d'un'opera, di cui sono quasi innumerevoli le copie a mano, ed abbondano, a datare dal 1475 per lo meno, le impressioni, ei non allega che sei codici mss. e quattro edizioni per i secc. XV e XVI. Si aggiunga che il Mehus ignorò altresì come la versione Bruniana fosse stata ridotta pure in toscano due volte nel corso del Quattrocento; prima da Antonio di Lorenzo Ridolfi fiorentino (1409-1486), uomo di gran consiglio e prudenza; quindi da Giovanni di messer Donato Cocchi, esso pur fiorentino (1454-15...?). Inedito è tuttora questo secondo volgarizzamento; non già il primo, chè dal cod. Magliab. XXV, 6, della Nazionale di Firenze, lo trasse e pubblicò PIETRO STROMBOLI in occasione di nozze Ridolfi-Borgnini (*La Orazione di san Basilio Magno « Degli studi liberali e de' nobili costumi » volgarizzata da A. R. nel sec. XV*, Firenze, Landi, MDCCCLXXXIX,

legas, ut videas quid tantus doctor sentiat de lectione, quam arguis, poetarum. crede michi, si legere patiens fueris, sententiam mutabis, fractus non solum tanti viri auctoritate, sed rationibus

dialogo che Giovanni farà bene a leggere perchè si troverà indotto a mutare d'avviso.

2-3. P^1 P^2 mut. sent. - auct. tanti viri

pp. 39), coll'aiuto del comm. Gaetano Milanesi di sempre desiderata memoria. Alla versione italiana l'editore volle unire il testo latino dell'epistola proemiale di Leonardo al Salutati, perchè, a suo dire, « le stampe del « sec. XV che abbiamo della tradu« zione latina di L. A., mancano » di esso: asserto non del tutto esatto, giacchè se in talune stampe il proemio fa in realtà difetto, questa mancanza non si nota in altre; come, a cagione d'esempio, nella edizione milanese del 17 dicembre 1490 fatta da Ulderico Scinzenzeler, di cui un esemplare si trova all'Ambrosiana (*Misc.* S. Q. Q. II, 8).

Dalle parole colle quali il Nostro discorre del lavoro di Leonardo vien naturale desumere che la divulgazione ne fosse assai recente; talchè il VOIGT, riferendosi ad esse, laddove tratta delle traduzioni dal greco fatte dal Bruni, così si esprime: « In diesem Send« schreiben vom 25 Januar 1406 bezei« chnet Salutato Bruni's Uebertragung « als kürzlich erschienen. Sie ist also « wohl schon in Rom gearbeitet, « wohin Bruni sich im März 1405 « begab »; op. cit. II, 164, nota 1. Pur prescindendo dal fatto che ne' primi mesi della sua dimora in curia Leonardo non potè davvero trovar il tempo di compiere codesto lavoro, staremo contenti ad osservare che bastava leggere l'epistola del Bruni a Coluccio per comprendere che la versione non solo fu fatta a Firenze ma fu forse la prima a cui il giovane ellenista si cimentasse: il che è, del resto, luminosamente attestato dal Poggio, che nell'orazione funebre dell'Aretino così ne scrive: « Cum adhuc graecis « auctoribus Florentiae vaca« ret, transtulit sermonem quemdam « b. Basilii, quem habuit ad discipulos « instituendos, mira dicendi suavitate, « ut non traducta oratio, sed a se pro« fecta videatur »; MEHUS, op. cit. I, p. CXXII. Di qui chiaro risulta che il « nuper », usato da Coluccio, non si deve prendere così strettamente alla lettera come ha fatto il Voigt, e che la versione dell'opuscolo Basiliano ebbe ad essere da Leonardo compiuta tra il 1398 ed il 1404 circa. Io sarei anzi d'avviso che il Bruni mettesse mano all'impresa nel 1400-1401, dopochè l'assalto mosso da Giovanni di Samminiato a Coluccio ed ai discepoli suoi, perchè fautori degli studi poetici, mostrò a costoro l'utilità di aver pronta un'arma nuova ed efficacissima contro lui e gli altri denigratori della cultura antica. Ed infatti, dando ragione della scelta sua, così parla Leonardo al maestro: « Sed « cum sint permulti atque incliti libri, « quos ille accuratissime scriptos reli« quit; nos in presentia hunc potissi« mum delegimus, quod maxime eum « conducere ad studia nostra arbitrati « sumus: atque ideo libentius id fecimus, « quod auctoritate tanti viri ignaviam « ac perversitatem eorum cupiebamus « refringere, qui studia humanitatis vi« tuperant atque ab his omnino abhor« rendum censent. quod iis contingit « fere omnibus qui ea tarditate inge« nii sunt, ut nichil altum neque egre« gium valeant intueri: qui cum ad « nullam partem humanitatis aspirare « ipsi possint, nec alios quidem id de« bere facere arbitrantur. sed hos

liquidissimis et apertis; de qua paucula retulissem, nisi tam perspicue causam meam probavissem, quod nullis videatur assertoribus indigere.

Passa quindi, in quarto luogo, a confutar tutto quanto l'avversario ha raccolto in disdoro della poesia. E prima di tutto nega ch'essa debba per chicchessia essere unica e costante occupazione. Le arti liberali non sono termine a se stesse, bensì tramite, strumento ad un fine ultimo: e in questo s'accorda con Seneca.

Posto ciò, egli intende provare come a torto l'avversario abbia allegato tra i nemici della poesia san Gerolamo, citando un noto suo luogo ove accenna ai pericoli che dalle favole può derivare al Cristiano;

Nunc autem ad refellenda que dicis accedam, quo quartum expediam articulum, ut recepi. volumus autem in hac materia prefatum esse, quod non est sentiendum quod nunquam a lectione poetica desistamus. absit a me, absit et ab omnibus talis error. liberales quidem artes et ipsa poetica via sunt, non terminus [1], instrumentaque prorsus in finem ultimum ordinata. vide, si placet, quid ex hoc sentiat Cordubensis epistola De liberalibus studiis [2], et nichil quod plus exigas, michi crede, requires. et ut ad precipuum fundamentum veniam, honoremus antelocutione Hieronymum. non enim, ut arbitraris, militat contra me nec id asserit quod putare videris. dicit enim, ut refers, sermone quem de filio prodigo edidit, ut affirmas [3], inter cetera: absit ut de ore Christiani sonet Iuppiter omnipotens et Hercules et Castor et cetera, magis portenta quam nomina. et paulo ante: ne legas, inquit, philosophos, oratores, poetas, nec in eorum lectionibus requiescas: demonum cibus in carmina poetarum secularis sapientie rhetoricorum pompa verborum. et ut ostendat quale sit legentibus periculum subdit: hec sua omnes suavitate delectant et dum aures versibus dulci modulamine currentibus capiunt, animam quoque penetrant et pectoris interna devinciunt. et ut etiam vos religiosos posterius non dimittat, audi prosequentem: at nunc etiam Dei sacerdotes, omissis Evangeliis et

2-3. L^2 affectoribus *(sic)* P^2 assercionibus 7. L^2 P^1 me et abs. ab 13. L^2 ante locutionem 15. P^1 P^2 condidit 17. P^1 P^2 mehercules et me castor 19. in] P^1 P^2 est 21. P^1 P^2 subdidit hec] L^2 nec 22. P^1 modulacione 23. P^2 capiant 24. vos] P^1 P^2 nos 25. P^1 P^2 sac. Dei

« cum sua ignorantia relinquamus: « neque enim digni sunt de quibus « verba fiant » (cod. Riccard. 1244, c. 3 B). Se il Camaldolese non s'è riconosciuto in questo poco lusinghiero ritratto, vi ha posto certamente una gran dose di buona volontà.

(1) « Termino » è diventato per virtù dello Stolfi, op. cit. p. 222, « tornino »: « l'arti liberali... sono via « e non tornino »!

(2) Cf. L. A. Senecae *Epist. ad Luc.* LXXXVIII, che comincia appunto: « De liberalibus studiis quid sentiam, « scire desideras » &c.

(3) Così difatti scrive frà Giovanni: « In sermone quem de filio prodi« go Ieronimus condidit, sic ait » &c.

prophetis, videmus comedias legere, amatoria bucolicorum versuum verba canere, tenere Virgilium &c. his omnibus Hieronymum adducens in testem (1), ni fallor, sententiam firmas tuam; que quidem non ex epistola tua; corruptissima quidem erant; 5 sed exemplari verissimo sumenda duxi. nam cum diu, sed frustra, sermonem Hieronymi, sicut allegas, quesissem, tandem inter epistolas suas inveni ad papam Damasum quod optabam (2). illa quidem cuncta continet que dixisti, continet et quedam alia, que tacuisse nichil aliud est quam completam Hie- 10 ronymi suppressisse sententiam. quod an deceat religionem tuam et professorem veritatis et sanctitatis, tu videbis; michi quoque clarum est sensisse Hieronymum longe quidem aliter quam affirmes. in his etenim que scripsisti; nescio quidem cur non tacueris; illud est: ne legas philosophos, oratores, poetas, nec in 15 eorum lectionibus requiescas; que quidem, si recte sobrieque volueris ponderare, videbis coniuncte simul atque connexe prohiberi lectionem poetarum solummodo cum permanentia (3). siquidem in lectionibus requiescere quid aliud est quam ulterius non progredi, sed in eis dimisso transitu permanere? quo fit ut

del qual passo, del resto, esso ha riferito in guisa monca ed inesatta le parole.

Il grande scrittore non vieta la lettura degli antichi filosofi e poeti, ma solo impone di non fermarsi troppo a lungo in essa, anzi di trattenervisi stabilmente.

1. amatoria] P^{1} a materia

(1) S. Eus. Hier. *Epist. XXI ad Damasum* de duobus filiis in *Opera*, I, 385, § 13. Il testo vulgato dell'epistola assai si scosta però da questo che il S. ha restituito, sulla scorta d'un suo antico ms.

(2) Il vezzo di considerare come un sermone l'epistola famosa di san Gerolamo era già ben antico ai tempi del Nostro, ed anche il titolo De filio prodigo, che il S. giustamente biasima come inesatto, rinviensi spessissimo nei codici. Il Boccaccio pure lo ripete, *De gen. deor.* lib. XIV, ed. Hecker, p. 213: « Post hec, aucto cla« more, Ieronimum in testem invo« cant, eumque dicentem aiunt in epi« stula ad Damasum de filio pro« digo: Demonum cibus » &c. Non so quale strana allucinazione abbia poi indotto il dotto postillatore a scrivere in nota a questo passo: « Bei Migne, « *Patrol. lat.*, ist dieser Brief sonderba« rerweise nicht zu finden », quand'essa si legge proprio a coll. 379-394 del tomo XXII di quella collezione.

(3) A render più chiaro il ragionamento un po' sottile ed avviluppato del Nostro, gioverà riferire integralmente il luogo di san Gerolamo: « Nonne tibi videtur », egli scrive, « sub « aliis verbis dicere [Christus], ne le« gas philosophos, oratores, poetas nec « in eorum lectione requiescas? Nec « nobis blandiamur, si in eis, quae « sunt scripta, non credimus, cum alio« rum conscientia vulneretur, et pu« temur probare, quae dum legimus, « non reprobamus »; *Ep.* cit. col. 385, § 13.

omnia illa Hieronymi non simpliciter, ut conaris asserere, sed solum ponendo finem in illis que prohibet, ut dictum est, intelligi debeant, non ad illam precisam interdictionem tendere, quam tibi videris contra poeticam et alia Gentilium studia persuasisse. et licet aliqui textus habeant: nonne tibi videtur sub aliis verbis dicere: ne legas philosophos, oratores, poetas, ne in eorum lectione requiescas; clare tamen vides quid sentiat super hoc ipse Hieronymus. non enim lectionem prohibet, sed in illis requiem interdicit, ut iniuriosum nimis et subrepticium sit, imo nefarium, illud quod ille specialiter et ad unum dixerit intellectum, tacendo quod declarat et vult, simpliciter, ut facis, et velut in omnibus allegare. noli posthac, mi Iohannes, his artibus uti nec in his committere negligentiam, quam quis posset cavillationem et maliciam appellare. lege totum et confer prima cum ultimis, matureque delibera que sit auctoris intentio, sique clare vides illum ipsum velle quod optas, allega, si placet; sin autem dubium aut anceps sit, adhibe seram ori tuo (1), ne depravationis aut falsitatis rationabiliter reus fias. quomodo enim staret sensus tuus cum eo quod inter hec dictus pater ait: Itaque et nos hoc facere solemus, quando philosophos legimus, quando in manus nostras libri veniunt sapientie secularis; si quid in eis utile reperimus, ad nostrum dogma convertimus; si quid vero superfluum, de idolis, de amore, de cura secularium rerum, hec radimus, his calvitium inducimus, hec in unguium morem ferro acutissimo resecamus (2). cur hec tacuisti, cur totum scribere non curasti? hec est vera tanti patris intentio. nam et in epistola, qua respondet Magno oratori urbis Rome (3), qui ab eo querebat cur in opusculis suis in-

Non è dunque lecito ritorcere ad altro verso l'ammonimento del santo, o riferirlo in modo che altri lo stimi diverso da quello che sia.

Giovanni impari, prima di parlare, a ponderare bene l'intenzion d'un autore: altrimenti stia zitto.

O non si permette egli forse di porre san Girolamo in contraddizione con se stesso?

Quanto difatti segue presso il santo Padre ne rivela la vera intenzione

9. L^2 subrepetitium 10. P^1 P^2 intell. dix. 15. P^1 P^2 *omettono* illum 16. aut] P^1 P^2 vel 21. L^2 P^2 sapientia L^2 singularis *cancellato e corretto in* secularis si] P^1 sed 24. P^1 P^2 desecamus 26. P^1 temporis *cancellato e corretto in* patris 27. P^1 P^2 quer. ab eo L^2 cum P^1 L^2 epistolis

(1) Cf. *Eccli.* XXVIII, 28.

(2) *Ep.* cit. col. 385, § 13. Il Castellani nel tradurre il passo di san Gerolamo, s'arresta a « radimus »; cf. STOLFI, op. cit. p. 228.

(3) Il dabbene messer Niccolò, ignorando chi fosse l'amico di san Gerolamo, ha preso « Magnus » per aggettivo, e tradotto di conseguenza: « santo « Girolamo risponde al grande Ora« tore della città di Roma ». E lo STOLFI, op. cit. p. 229, zitto, sebbene

terdum secularium litterarum exempla poneret et candorem Ecclesie Ethnicorum sordibus pollueret, respondens non negavit nec deprecatus est culpam, sed factum confitens, multorum Grecorum et Latinorum ex exemplis probare nititur hoc concessum et usurpatum [1]. nam Moysem, prophetas ac Salomonem plura posuisse de Gentilium libris docens affirmat, Apostolum ipsum usum esse testimoniis poetarum, sicut tibi cuique legenti clare potest et liquidissimum apparere [2]; ut cum tot eruditissimi rerum fidelium tractatores, quos ille nominat et plus quam quinquageno numero comprehendit [3], se et causam tueantur suam, tibi cunctisque certum esse debeat que refers et plurima que omisisti illius auctoris intentionem omnino non esse, neque severe quantum innuis intelligenda. quod adeo verum est, quod ipse idem referat Ciprianum virum doctissimum a Firmiano eloquentissimo reprehensum, quia adversus Demetrianum scribens, prophetarum et apostolorum testimoniis usus sit, quibus ille non crederet, et non potius philosophorum et poetarum, quorum auctoritati non posset, ut ethnicus, contraire [4]. et tu vis legendos non esse philosophos, oratores vel poetas, cum tantus vir quod illis usus non fuerit, ut vides, a viro prudentissimo sit reprehensus? et ut de Hieronymo aliquando concludam, vide super hoc quidnam ipsemet ibidem scribat. cum enim de Apostolo multa dixisset, pro litterarum secularium usu sic subintulit. legerat in Deuteronomio Domini voce preceptum mulieris captive radendum caput, supercilia, omnes pilos [5], et ungues corporis amputandos, et sic eam habendam esse

la quale esce fuori limpidissima anche dalla risposta data a Magno, ove si giustifica d'aver citato gli scrittori gentili,

adducendo l'esempio di Mosè, Salomone, san Paolo,

e d'altri scrittori cristiani in gran numero.

E per di più ricorda come Cipriano fosse da Lattanzio ripreso per non essersi giovato scrivendo contro Demetriano dell'autorità de' filosofi e de' poeti pagani.

Più ancora: ci trasporta a senso figurato il precetto del *Deuteronomio* sulla prigioniera chiamata a dividere il letto dell' Israelita;

6. P^1 P^2 ips. Apost. P^1 *dà* esse *due volte*. 7. P^2 cuilibetque 10. P^2 tueatur 14. P^1 P^2 vir. eloquentiss. a Firm. doctissimo quia] P^1 P^2 quod P^1 *omette* ut, *in cambio del quale il correttore segna in margine* vir 19. P^1 P^2 non fuer. us. 20. P^1 P^2 *omettono* sit *aggiunto in margine d'altra mano.* 22. P^1 P^2 secul. litter. 23. P^1 indentronomo 25. P^1 amplectandos

l'errore sia ripetuto di nuovo a p. 257. Più sotto (r. 6) il Castellani volge « polluerct » in « adornasse » con quanto vantaggio del senso lascio decidere ai lettori!

(1) S. Eus. Hier. *Epist. LXX ad Magnum orator. urb. Romae* in *Opera*, I, 665, § 2.

(2) *Ep.* cit. col. 665, § 2.

(3) *Ep.* cit. col. 665, § 4; col. 668, § 5.

(4) *Ep.* cit. col. 665, § 3.

(5) « Tutti i peli » della versione nel cod. Ricc. c. 53 A, sono diventati « tutti i poeti » presso lo Stolfi, op. cit. p. 231.

coniugio. quid ergo mirum, inquit Hieronymus, si et ego sapientiam secularem propter eloquii venustatem, et membrorum pulcritudinem, de ancilla atque captiva Israelitem facere cupio, et si quid in ea mortuum est voluptatis, erroris, libidinum, vel precido vel rado: et mixtus purissimo corpori vernaculos ex ea 5 genero Domino Sabaoth? labor meus in familia Christi proficit; stuprum in alienam auget numerum conservorum (1). hec ille. si ergo sapientia secularis propter eloquii venustatem pie transfertur ad eloquia sanctitatis, nec pie solum, sed utiliter multaque cum laude; sique necessario convincendis Ethnicis adhibetur, 10 sique propter sacrorum doctorum intelligentiam oportet ista cognoscere, nonne iubendum est quod ista discantur, non, ut facis, voce terribili prohibendum, quandoquidem Hieronymus ipse non vetat, nisi solum, ut dixi, ne requiescamus in ipsis? cur enim idem ipse Hieronymus subiratus ad Augustinum scribens, 15 cum respondet, inquit: ne solus michi de poetis aliquid proposuisse videaris, memento Daretis et Entelli et vulgaris proverbii, quod bos lassus fortius pedem figit (2). hortatus quidem eum fuerat Aurelius ut palinodiam super Apostoli capitulo caneret imitaretque Stesicorum inter vituperationem et laudem Helene 20 fluctuantem, ut qui detrahendo oculos perdiderat, laudando reciperet (3). ut cum videas hec sacrorum doctorum lumina de poetis inter se ludere et aperte poetis uti videasque Hieronymum non defendere quod poetis utatur, nec ipsorum studium inhibere nisi quo non requiescas in ipsis, ut verum autoris sensum puto; non 25 debeas sic precise pronunciare quod omnino nolit legendos esse

adombrando nella mistica concubina la sapienza secolare;

infine, polemizzando con sant'Agostino, gareggia seco lui nell'allegare i poeti gentili.

Non voglia di conseguenza Giovanni proibir ciò che san Gerolamo concede ed approva:

2. P^2 vetustatem 8. P^1 vetustatem 14. ipsis] P^1 P^2 ista 16 L^2 *omette* aliquid 18. L^2 lapsus P^1 P^2 fig. ped. 19. L^2 psalmodiam P^1 caneretur 20. P^2 imitareturque L^2 stersiconem P^1 thersicorum P^2 stersicorum P^1 P^2 laudes 24. P^1 P^2 inhib. stud. 25. L^2 quod P^1 P^2 requiescamus

(1) *Ep.* cit. col. 666, § 2. Anche questo luogo è ricco di varianti ove si raffronti col testo vulgato. Esso venne reso solo in parte dal Castellani (« per « amor di modestia » argomenta lo STOLFI, op. cit. p. 231); ma la modestia non avrebbe dovuto fargli dimenticare il senso comune, e scrivere come fa: « e io, misti da l'uno e da l'altro, « genero di lei servi al Signore ».

(2) S. EUS. HIER. *Ep. CCII ad August.* in *Opera*, I, 831, § 2. E ved. lib. IV, ep. XV; I, 305.

(3) *Ep.* cit. col. 830, § 1.

poetas, ne rationi neque sibimet contrarius videatur. quid enim viro sancto turpius quam id vetare quod faciat et aliis prohibere quod in se publice non observet? consilium, non preceptum est quod non legamus carmina poetarum, ne in ipsis requiescamus; 5 tolle quidem hoc, illud non remanet sub precepto, sed utile, sed necessarium amodo iudica, non christiana solum, sed etiam gentilia didicisse.

permetta che con discrezione e misura i fedeli attingano pur sempre alle fonti tanto necessarie del sapere pagano.

Sed ad alia procedamus; alium quidem divinarum Scripturarum presulem Augustinum adducis, qui, cum multa conquestus 10 fuisset libro primo *Confessionum* de talium vanitate et exemplis pestiferis pubertatem suam deflevisset exactam, pronunciaverit sententiam, dicens: nonne illa omnia fumus et ventus? et hic, dulcissime mi Iohannes, verbum quod placet assumis et totum unde pendet integritas sententie derelinquis. dic, precor, 15 totum, nec ex parte loquaris. tota et integra sententia constructioque, ni fallor, est: ve, quid michi illud, o vera vita mea, Deus meus, quod michi recitanti acclamabatur (1) pre multis coetaneis meis et collectoribus meis? nonne illa omnia fumus et ventus? (2) hec enim completa sententia; ad hoc, scilicet, acclamationum 20 plausum ista clausula refertur: omnia illa fumus et ventus; ut si ad aliud trahere cogites, nimis erres, cum ipse Augustinus, ut videmus et retulit, poeticis usus sit et ob id non ea iudicaverit ventum ac fumum, sed potius aliquid allegandum. sed addis iterum: habes illud Boetii vulgare dictum: quis has scenicas me- 25 retriculas ad hunc egrum permisit accedere? (3) laboras semper eodem morbo; solum ex parte loqueris, non totum tu et alii, quibus hoc semper in ore vertatur, vel intelligitis vel refertis. adde, si placet, igitur, quod post pauca Boetius ex eiusdem Philosophie persona subiecit: sed abite potius sirenes usque in

Ma, dopo san Gerolamo, Giovanni chiama in proprio soccorso anche sant' Agostino deplorante gli anni giovenili spesi in inutili fatiche.

Pur qui egli mutila ad arbitrio le parole del santo, il quale non giudica inutili gli studi, bensì vane e fumose le lodi che gliene ridondarono.

In ultimo richiama la dura condanna inflitta da Boezio alle muse.

E qui pure occorre distinguere.

3. in se] P^I ipse *e poi* concilium 4. P^I P^2 req. in ips. 9. P^I P^2 quod L^2 P^2 conquesitus 11. L^2 P^2 deflevisse 16. ve] L^2 P^I P^2 ut 18. P^I P^2 omnia illa 20. P^I P^2 ref. ista claus. 22. P^I P^2 retuli 24-25. L^2 *omette* quis - accedere, *che il copista stesso, avvistosi dell'errore commesso, aggiunse in margine.* 26. L^2 modo

(1) Neppur qui il valentuomo del Castellani seppe intendere il significato delle parole di sant'Agostino, e tradusse « acclamabatur » con « mi dicevano »; STOLFI, op. cit. p. 235.

(2) S. AUR. AUG. *Confession.* lib. I, cap. XVII, § 27 in *Opera*, I, 659 sg.

(3) BOET. *Phil. cons.* I, 1, 27.

exitium dulces, meisque eum musis curandum sanandumque relinquite (1). hoc nunc completum et totum est: iamque potes comprehendere omnes musas non expelli, sed eas solum, que merito debuerant excludi. quas enim musas in Philosophie personam deturbandas censuit Severinus? illas certe, de quibus dixerat:

La filosofia non caccia dal capezzale del filosofo romano tutte le muse,

bensì le « lacere camene ».

Ecce michi lacere dictant scribenda camene
Et veris elegi fletibus ora rigant (2).

integre quidem muse sunt, cum eloquentie sapientia iungitur et vera ratio non adversatur; lacere vero, si desit ratio; si desit omnium moderatrix sapientia. lacere forent etiam, si dulcedo facundie non adesset. nunc autem que sapientia queve ratio est mutata fortuna conqueri, tabescere fletibus et lacrimis exundare? has easdem scenicas vocat; quod enim defertur in scena, sive tragicum sive comicum sit, non subit inspectante populo de ratione iudicium; nec locus enim nec iudex, qui vulgus est, id patitur; sed solummodo risumne an lacrimas vel affectus alios moveat, iudicatur; ut scenice dicantur, ex eo quod, sicut in scena fit, sint humanarum passionum atque affectuum impulsive, quod quidem tu forte putas infamie. non autem est turpe poemati vel poete, si carmina sua deferantur in scenam, sed si non placent, si exploduntur, si frigida vel inertia iudicantur. non ergo scenicas dixit, quoniam sint ignominie, sed quia commoverent affectus, ut in scenis solet (3). nec te moveat illud meretriculas, quod videatur esse contumelie. scimus a merendis nequiciarum libidinumque premiis meretrices dictas esse (4); quod quidem in ca-

le muse « sceniche »,

avvezze a dominar sui teatri gli animi del volgo,

e dette per questo « meretrici »,

1. L^2 exitum eum] P^1 P^2 cum 4. P^1 P^2 debuerunt 8. *Sopra* integre P^2 *reca la glossa:* et non lacere 11. P^1 facunde 16. an *è aggiunto da me.* 18. atque] P^1 P^2 ac 21. L^2 explodunt 22. P^1 P^2 sit 23 P^1 *dopo* illud *aggiunge* vocabulum

(1) Boet. op. cit. I, 1, 37.

(2) Boet. op. cit. I, carm. 1, 3-4. L'identica distinzione tra i due generi di poesia rappresentati dalle muse « sceniche » e dalle « morali » fa il Boccaccio, *De gen. deor.* lib. XIV, cap. XX, ed. Hecker, p. 256 sg.

(3) In modo poco diverso spiega il passo di Boezio anche il Petrarca, *Invect. in medic.* I, IX; *Sen.* XV, XI, ed. Fracassetti, II, 438 sg. E v. anche Boccaccio, *De gen. deor.* XIV, XX, ed. Hecker, p. 256 sg.

(4) Cf. Papias, *Lexic.* s. v.: « Meretrices a merendo stipendia libidinis dictae ». Cf. anche Balbi, *Catholic.* De litt. M ante E, s. v., dove, rinunziando all'etimologia proposta dal suo predecessore, dice: « meretrix... scortum, quasi pro mercede hominem tricans ».

menis aliqua ratione non cadit. restringendum ergo vocabulum ad subiectam materiam secundum quam sermones intelligere oportet. est igitur in meretricibus blandum et pellax ingenium, est promptitudo fletus et facilitas lacrimarum, est et ipsa cupiditas lucri turpisque pecuniarum exactio, ut secundum has proprietates possit et deceat illud nomen intelligi. blandum enim, pellax, flebile lacrimabileque lacere muse sunt; cumque deferuntur in scenam poeta precium recipit et actores stipem exigunt, a cuius precii merito meretricule dicte sunt. et sic absolutum arbitror quicquid nobis auctoritatis veluti poetice contrarium obiecisti.

giacchè, a modo di femmine da conio, corrompono altrui con blandizie e lusinghe.

Destruxi, sicut arbitror, tue principalis controversie fundamenta, probavi tue intentionis oppositum, nec restat nisi concludere dictionem. verum quia quedam tue responsionis serie dispersisti, quibus non respondere nimis ineptum esset, ad ipsam redibo, ne tu tibi videaris eam irrefragabiliter posuisse. taciturnitatem enim tropheum et sine pugna tempus exigere ducis esse triumphum. principio quidem contra quod abunde probavi dicens, cum nullum dicendi genus asseruerim tantum habere, sicut refers, cum divinis eloquiis et ipsa divinitate commertium, quantum habet eloquium poetarum [1], subinfers et scribis: quod si ita est, veniant in medio psallentium choro nefanda Iovis stupra, Proserpine raptus, tragedie resonent et alternatim concrepent comedie aliaque nugatoria, quorum pro magna parte nomina et hystorie, meo iudicio, Deo gratias exciderunt. fateamur igitur oportebit quod si cum divinitate maius habeant commertium, ut asseris, prosaici stili dogmata respuentur, quorum in loco seu consortio Metamorphosis carminibus suffulta succedet: sicque Demogorgonis latebre et adulterina Mavortis et Veneris copula per Phebum revelata et deorum oculis retibus presentata talibus nixa suffragiis recitentur; que sicut auctoribus suis detestabilia fuere, ita auditoribus obscena censentur. hec omnia ponis et suppresso cachinno, sicut scribis, cum mea legeres, subiecisti prorsus ad litte-

Dopo aver distrutti così quelli che erano i fondamenti dell' invettiva di Giovanni, passerà a confutare altre sue minori obbiezioni.

Ed innanzi tutto l'avversario affermava essere degna di riso l'asserzione che la poesia è in strettissimi rapporti colla divinità, giacchè in tal caso sarebbero meritevoli di riverenza gli indecorosi racconti della mitologia,

le favole detestabili ed oscene di cui essa è intessuta.

8. P^I P^2 *dànno* et *innanzi a* poeta 19. L^2 divinate *(sic)* 24. iudicio] P^I animo 25. P^I P^2 habeat 27. L^2 Metamorphoseis P^2 succedit

(1) Cf. lib. XII, ep. xx; III, 541.

ram[1]; que nunquid latine congrueque contexta sint non attingam; sed eis sufficiat respondere. ad ignominiamne poetice ducis Demogorgona, Iovem, Proserpinam, Martem et huiuscemodi, magis, ut auctore dixisti Hieronymo[2], portenta quam nomina, an potius stupra, raptum et copulam deorum oculis retibus presentata?[3] et in nominibus, quoniam gentilia sunt, aliqua fidelium oculorum aut aurium esse potest offensio, si secundum rationem tamen est creaturarum Dei nomina velut nefas aliquod abhorrere? fuerunt etenim hominum appellationes, in quibus offendi et ratione caret et ridiculum est. sin autem illa scelera potius abominaris et talium relationem fedam ducis, cur similia tibi non displicent in sacris litteris, ubi longe graviora leguntur et eo magis cum sint sanctitatis et honestatis libri? deberes tu, deberent et omnes ea velut cuncta fedantia vehementius abominari[4]. post

Or se Giovanni abborre il ricordo dei personaggi mitologici, egli ha torto, perchè furon uomini, e come tali debbono dirsi creature di Dio;

chè se rifugge dal leggere i poeti, perchè di que personaggi narrano azioni nefande, o perchè non prova indignazione e ribrezzo leggendo le scelleraggini assai più gravi che ne' sacri libri son registrate?

2. ne] P^2 ve L^2 vero 3. L^2 Demorgona P^1 de Mogorgona 5. P^2 raptam P^1 copula

(1) Tutto questo brano che il S. dice di trascrivere « letteralmente » dall'epistola del suo contradditore, manca nella redazione di essa quale ci è offerta da L², P², dove in seguito ad un evidente rimaneggiamento compiuto da frà Giovanni, si legge invece: « Placent tibi et bucolicorum « pastorales confabulationes, licet non « omnes arbusta iuvent hu« milesque miricae [Verg. *Buc.* « ecl. IV, 2]; placet metamorfoseis et « Demogorgonis nomen diis horren« dum; et, ut mille huius monstruosa « pretereram, placet Dampnes incestus, « Proserpine raptus, Martis Venerisque « adulterium, Minerve lanificia tua, « Bacchi orgia, Priapi nephanda de « celo turbatio, Europe furtum. pla« cetne de amore sive de sine titulo « Ovidius, de Achille Statius, de Ulixe « Homerus; placetne bella per Ema« thios plus quam civilia cam« pos [Luc., *Phars.* I, 1], vel formosa « Thebais, qua ego plurimum, tuo du« ctus errore, delectabar? an forsan « tragedorum commenta satyrorumve « censure placent? hec omnia non « solum vanitas et vanitas vanitatum, « sed in ore christicole pene blasphe« mia sunt, idolorumque ignota cul« tura, que, velut monstruosa portenta, « mentem inquinant, mores dissipant, « et, si quid boni animo possides, « huius peste veneni perimetur ».

(2) Cf. s. Eus. Hier. *Epist. ad Dam.* cit. in *Opera*, I, 385, § 13.

(3) « Gli stupri e' ratti e cogni« zioni di dii agli occhi presentate » stampa lo Stolfi, op. cit. p. 243 sg.; ma il cod. Ricc. c. 55 a: « più tosto « struppi e ratti e congiunzioni di « dii ».

(4) « Cose imbrattanti tutti i can« didi misteri della scrittura santa »; Stolfi, op. cit. p. 244. Ma il cod. Ricc. c. 55 a: « cose contrattanti tuti « candidi misterii della scriptura ». Per il Castellani « foedantia » qui si ricollega con « foedus », patto! Tutta questa parte della versione riesce del resto quasi inintelligibile, e non solo per

creationem siquidem hominis mox occurrit superba mulieris ambitio, stulta curiositas et habendi quod vetabatur damnanda cupido urgensque in vetitum gula (1); quod quidem peccatum tanti fuit, quod universum genus hominum, expulsis paradiso illis 5 primis parentibus, condemnavit. deinde refertur primum fratricidium in Abel (2); sequitur in Lamech bigamia (3); cedes Cayn puerique turbata mactatio (4); et, ut multa dimittam, sequitur Sodomitarum improbitas volentium angelos hospites Loth ad stuprum rapere, divinumque iudicium, quo, dimissa Segor, que Bale antea 10 dicebatur (5), tota Pentapolis in Palestina regione celestis ignis imbre vastata est (6). quid memorem Onan, filium Iude, qui, cum ingredi deberet ad uxorem fratris sui, nomine Thamar, et suscitare, iuxta legem, semen fratris sui, semen suum fundebat in terram? (7) subeunt autem fratres Ioseph, crimine pessimo accusati, volentes 15 fratrem occidere tandemque vendentes eum Ismaelitis (8). et quoniam stupra abhorres, nonne legis legitimas filias Loth, patri carnaliter mixtas, patres duarum gentium concepisse? (9) non legis libro I u d i c u m, ut ad raptus veniamus, in urbe Gabaa a iuventute civitatis uxorem viri levite per vim arreptam totque in virorum 20 concubitu compressam et fatigatam, quod mane in hospitis sui limine miserabiliter expiravit? (10) accedat ad hec Bersabe compulsa thalamum regis intrare morsque fidelis Urie (11). annumeres licet huic violationem Thamar, sororis Absalonis scelere fraterno com-

A cominciar dalla colpa d'Eva, dal fratricidio perpetrato da Caino, passando alle turpitudini de' Sodomiti, al delitto d'Onan, ai misfatti dei fratelli di Giuseppe, delle figlie di Loth, gli stupri de' Gabaniti, alle libidini di David, e di Annone suo figlio,

2. L^2 otiositas P^1 damnandi 3. in vetitum] L^2 inuecticū≡ 4-5. P^1 P^2 prim. ill. 11. P^1 P^2 Onam 13-14. P^1 subvenit; *ma in margine d'altra mano* subeunt 14. L^2 Iosep 20. P^1 *omette* in 21. P^1 Bethsabe P^2 Bethsabee 23. P^1 P^2 Absolonis

colpa dell'autore; chè l'editore ha cooperato ad oscurarla colla fantastica interpunzione adottata.

(1) *Gen.* III, 6.

(2) *Gen.* IV, 8.

(3) *Gen.* IV, 19. La « bigamia » di Lamec n'è divenuta l'« infamia » presso il Castellani, ma il nome stesso di Lamec è sparito: ed il cod. Ricc. c. 55 A offre questo strano viluppo: « e apresso « di questo segue i lamenti la infamia « morte del giovinetto Cain ». Cf. STOLFI, op. cit. p. 245.

(4) *Gen.* IV, 23.

(5) *Gen.* XIX, 22; ma il nome primitivo di Segor è « Bala, -lae ». Siccome nel sacro testo esso figura sempre al genitivo (cf. *Gen.* XIV, 2, 8), così il Nostro ha creduto si trattasse d' un indeclinabile.

(6) *Gen.* XIX, 24 sgg.

(7) *Gen.* XXXVIII, 9.

(8) *Gen.* XXXVII, 28.

(9) *Gen.* XIX, 30-38.

(10) *Lib. Iudic.* XIX, 22-28.

(11) II *Reg.* XI.

ucciso dal fratello Assalonne,

missam, qui germanum suum stupro infectum, sororiam ulciscens iniuriam solemneque fedans convivium, interfecit [1]. addas licet

e tutta una serie di delitti e di nefandezze che si svolge nelle carte del vecchio Testamento: ma niuno, sapendo perchè tutto ciò è narrato ed a qual fine, se ne scandalizza.

et alia multa, que plena sceleris et abominationis sacris litteris continentur; que, cum scripta fuerint vel ad aliud designandum vel ad ipsorum actuum detestationem, nec tu nec aliquis pie sentiens divinis litteris imputat. quare damnas igitur, cum similia legis in carminibus poetarum? iniuriosus es nimis et iniquus, carissime mi Iohannes, qui cum raptus, adulteria stupraque equanimiter et patientissime legas in sacris litteris, eadem detesteris et

Perchè offendersi dunque trovando raccontato altrettanto, ad intento morale ed allegorico, dai poeti?

abhorreas in poetis; et cum hec inter divina eloquia vel aliud allegorice significare velis nec corticem inspicias, vel sicut prohibita damnataque sacro dogmate legas, eadem in secularibus libris sic scelerata putes, quod, velut doceantur imitanda, submoveas nulliusque integumenti palliatione defendas. hoc iniquius quod, cum divina illa sciamus esse verissima, hec secularia ficta esse suspicemur [2].

Questi a lui parvero sempre degni di studio per tre ragioni: la proprietà del dettato, la nobiltà delle sen-

Ego vero, quo de me loquar, poetas propter tria legendos esse semper censui: quod propriis uterentur vocabulis, quod miris sententiarum et verborum ornatibus redundarent, quod

1. P^1 P^2 inf. stupr. 6. P^1 P^2 imp. litt. 7. P^2 nim. es 12. P^1 P^2 *dànno* ea *innanzi a* eadem 15. P^1 P^2 sec. esse conficta 18. P^1 P^2 *omettono* esse P^2 quo

(1) II *Reg.* XIII.

(2) Riferendosi così a queste parole come a quelle che poco più sotto il S. scrive intorno al *Cantico de' Cantici*, il VOIGT, op. cit. p. 205, osserva: « So « kühn und zuversichtlich hatte weder « Petrarca noch Boccaccio anzugreifen « gewagt, sie hatten sich bei der Ins- « chutznahme der Poesie und der alten « Dichter nur in der Defensive gehal- « ten. Dennoch hat die Kirche als sol- « che Salutato nie behelligt, ihn schützte « der ghibellinische Geist (!) seiner Re- « publik ». Il dotto tedesco esagera l'ardimento del Nostro. Se il Petrarca ed il Boccaccio non si espressero mai così apertamente com' egli fa, altri suoi contemporanei non son stati meno espliciti di lui. Così Francesco da Fiano nell' I n v e t t i v a già rammentata, scritta in corte di Roma e rivolta ad un cardinale, che, com'era il caso di Antonio Correr, aveva il papa stesso, Gregorio XII, per zio, dopo aver accumulati parecchi argomenti in difesa della poesia, non esita ad aggiungere: « Et si ad reprimendas istorum « garrulantium temeritates, qui stulte « damnant quod minus intelligunt, ista « non suppetunt, legant visiones Da- « nielis ac Ysaye et Ezechielis pro- « phetarum; legant que divina Apoca- « lipsis, que Cantica continent Canti- « corum; quorum omnium si, allego- « rica spreta medulla, velimus nervis « tantummodo inherere, n o n n e e a « o m n i u m m e n d a c i o r u m m e n- « d a c i s s i m a, o m n i u m f a b u l a- « r u m f a b u l o s i s s i m a c e n s e r e n- « t u r? »; cod. Vat. Ottob. 1438, c. 5 A.

vitam nostram, qualis esse debeat, virtutes laudando reprehendendoque vitia, designarent. nam tametsi multa turpia de hominibus describant atque diis, nunquam eos invenies hec laudasse, ut illa solum ad sugillationem scelerum referenda sint, que vi-
5 deant omnes taliter recenseri, quod nec facta nec homines ullis temporibus sperare possint qui talia commiserint obtegendos. ingens quidem cunctis agendi bene, si quis recte consideret, malaque fugiendi necessitas atque calcar qui se viderint cum vitiorum actibus seu virtutum eternitate carminum celebrandos. quam-
10 vis enim hoc idem sepe faciant oratores et hystoriarum scriptores, essentiale tamen et precipuum est poetis; quoniam, ut pater inquit Aristoteles: omne poema et omnis oratio poetica aut est vituperatio aut laudatio [1]; quod quidem licet oratores faciant et hystorias referentes; faciunt illi quo persuadeant, criminentur aut
15 excusent, isti vero quoniam sic gestum est, ut vera scribant; sed poetis proprium est ut laudent aut vituperent ista suis carminibus celebrare. quo necessarium est, si recte sentire voluerimus de poetis, cum detestabilia scribunt, eos indubitanter turpibus personis et actibus velle detrahere; cum autem virtuosa referunt,
20 collaudare; quo lectores ab illis, utpote fedis, exterreant, ad illa vero, que imitanda sunt, invitent. cum autem theologia Paganorum, iuxta Varronis sententiam, ut refert Aurelius sexto *De civitate Dei*, tripliciter dividatur, in physicam, scilicet, polyticam et mythicam, quam fabulosam dicimus; et prima philoso-
25 phorum, secunda populorum et principum civitatis, tertia vero poetarum [2]; divina providentia factum est, ut quos deos urbes sibi legibus statuissent, docerent philosophi nichil esse; quosque populi veluti deos venerarentur in templis et curia, philosophi disputationibus suis aperte in schola damnarent, divinitatis maiesta-
30 tem nescio quibus incorporeis potestatibus assignantes. surrexit ergo iure poetica, que miro prestigio civiles et physicos deos;

tenze, la moralità del loro intendimento.

Quanto riferiscon di vizioso e di turpe sul conto degli dei non è da loro lodato bensì fatto argomento di biasimo.

Gli uomini quindi furon da loro eccitati sempre al bene; e ciò a differenza di quanto facciano oratori e storici, giacchè supremo fine de' poeti è appunto lodare i buoni, biasimare i pravi;

E poichè triplice fu la teologia de' Pagani, a detta di Varrone, fisica, cioè, politica e mitica;

mentre per divina disposizione parve statuito che ai filosofi spettasse mostrar la vanità della prima come della seconda;

della terza i poeti ebbero ufficio di

1-2. P^1 P^2 laud. virt. reprehendendaque 2-3. P^1 P^2 descr. de hom. 12. P^2 ratio 20. utpote] P^2 ut poete ad] P^2 at 21. que] P^1 quoniam *e poi* sint 24. P^2 *dopo* prima *aggiunge* sit 29. P^1 P^2 damn. in schol. 31. iure] L^2 vite *(sic)* que] P^1 quo

(1) ARISTOT. *Poet.* IV, VII-VIII. Cf. anche BOCCACCIO, *De gen. deor.* lib. XIV, ed. Hecker, p. 279.

(2) S. AUR. AUG. *De civ. Dei*, VI, V.

smascherò le basi, rivelando che quelli, a cui il volgo tributava onori divini, erano uomini, ed uomini scellerati.

sic enim dispartitus est Scevola, pontificum doctissimus [1]: suis fabulis et nugatoriis diis doceret tam politicos quam naturales deos vere deos non esse, sed homines; et non solum homines, sed turpes et sceleratos homines et in quibus nullum divinitatis vestigium appareret. in quo quidem veriores fuerunt poete philosophis, qui deos illos falsos et commenticios voluerunt, ut cuncta scelera cunctaque flagitia, que leguntur apud poetas, deorum infamia sint veraque probatio quod falsissimi forent dii. et tu, quod optimum est in ipsis in tua simplicitate condemnas.

Non sia dunque troppo pronto Giovanni alle sinistre interpretazioni; e pensi che il *Cantico de' Cantici*, chi lo intenda alla lettera, è ben più lascivo de' poemi antichi.

sed de hoc iam satis. nichil enim in humanis actibus adeo sincerum est, quod non possit homo, si transversum sentiat et male loqui gestierit, depravare. nam etsi Cantica canticorum secundum litteram inspicias, quid reperies in poetis magis amatorium atque bucolicum, quid vel eque lascivum et quod apertius in libidinum penetret feditatem? qui liber, si recte consideres, poetas omnes a sermonis spurcitate defendit et a fingendi vindicat tam audacia quam curiositate [2].

Egli poi nega che possan dirsi poemi que' libri del vecchio Testamento che nella lingua ebraica sono scritti in versi; giacchè nell'uso del verso non consiste il carattere poetico di un'opera.

Dicis etiam quod ex hoc quod in sacris litteris et Psalterium et omnia ferme cantica, maxima pars Iob et Ieremie Threni lege metrica scripta sint, non debere poemata iudicari; quoniam versus instrumentum est, quo quilibet ad placitum uti possit, non aliter quam gladio, quo alter, ut verbis loquar tuis, ad propulsandas vel ulciscendas iniurias, alter ad irrogandas utatur; nec ideo magis huius quam alterius esse perhibetur; quasi dici debeat quod instrumentum quodlibet sit utentis et non eius potius inventione qui fecerit et eius artificis usu, cuius opus necessario vel comodius eo possit et soleat explicari [3]. verum aliud est instrumento uti, aliud est ipsum instrumentum facere. vertit enim ad opus suum ligones et aratrum agricola; fabrorum tamen tam ligni quam ferri proprium est illa conficere; nec ut agricola facit vomerem nec capulum ligonis aut aratrum, ut artis et arti-

1. P^1 P^2 *dopo* enim *dànno* eos   3. P^1 veros   4. P^2 sceleratissimos   9. L^2 P^2 condamnas   15. P^1 libidinis L^2 facultatem *cancellato e corretto.*   19. L^2 firme   23-24. P^1 utar   24. L^2 prohibetur

(1) S. Aur. Aug. *De civ. Dei*, IV, xxvii.

(2) Cf. nota 2 p. 196.

(3) Nulla di ciò nell'epistola di frà Giovanni com' ora la possediamo.

ficis qui terram colat ea sint instrumenta, non opus; pertinent inventione siquidem ad fabrilem, que multarum artium operariis famulatur. veruntamen, mi Iohannes, divina tractantium nec prosa nec carmen instrumentum est, sed corpus tam novi quam 5 veteris Testamenti, quod etiam a peritissimis novum et vetus dicitur instrumentum, quo probant et confirmant idonee quicquid professio illa requirit. prosa quidem et versus, quos nostra meditantes facimus opera, non instrumenta nostra sunt, non velut alterius artis que corporalia recipimus instrumenta, sed que per 10 nos alio quam profitemur artificio faciamus. non enim theologus, ut theologus, versus facit, sed ut poeta. quod quidem optime fatetur sentitque Hieronymus. cum enim epistola, quam supra commemini, ad Magnum oratorem urbis Rome multos enumeraret qui rerum divinarum tractatibus poetica vel gentilia miscuissent, 15 tandem subintulit: Iuvencus presbiter sub Constantino hystoriam domini Salvatoris versibus explicavit: nec pertimuit Evangelii maiestatem sub metri lege mittere (1). videturne tibi Hieronymum sentire tecum, metrum scilicet instrumentum esse commune et non potius precipuum poetarum? quid enim erat in evangelica 20 Iuvenci hystoria quod Hieronymum ab allegatione poetarum defenderet, nisi quod rem sanctissimam versibus, quod poetarum est, alligasset? (2) verum te oro quis vult aliquam divine Scripture portionem, licet versibus sit composita, licet poetica ratione, qua falso sub cortice verborum vera claudantur, relata sint, esse poe- 25 mata? aliud enim esse poema, aliud relatum esse ad stili poeticam rationem. poema quidem inventio est hominis fictum aliquid vel ut fictum referens; divina vero Scriptura nec hominis inventum est nec fictum nec ut fictum aliquid, sed ut verissimum, distorta licet et impropria dicendi ratione relatum; ut imperti-

Quest' opinione è falsa.

Il teologo non scrive versi come teologo, bensì come poeta: e ciò conferma san Geroiamo,

laddove scusa Giovenco d'aver data veste metrica agli Evangeli.

Ad ogni modo non si vuol dire che una parte della Scrittura, perchè stesa in versi, divenga un poema.

Questo non può essere che opera umana, quella invece è divina; questo racchiude il falso, quella il vero, adombrato sotto finte parvenze.

1. P^1 colit 5. P^1 *omette* etiam 7-8. P^2 medicantes 11. P^1 *dopo* ut theol. *dà* est *e* P^2 erit 22. P^1 allegasset P^1 P^2 oro te 23. P^1 P^2 comp. sit P^1 *omette* ratione *a cui sostituisce* ipse 25. P^1 aiud *(sic)* enim] P^1 P^2 est 25-26. P^1 poetici 29. P^1 distortum

(1) S. Eus. Hier. *Ep. LXX ad Magn.* § 5 in *Opera*, I, 668.

(2) Il Castellani qui nulla ha capito: « Che averai a fare nello Evan« gelio la storia di Giovenco, la quale « difendessi Girolamo della allega« zione de' poeti, se non perchè egli « aveva allegate cose santissime co« gli versi de' poeti? »; Stolfi, op. cit. p. 257.

nenter nimis inferas divinam Scripturam esse poema, quod nobis velut inconveniens obiecisti.

Combatte poscia alcune obbiezioni alla sua sentenza che ogni verità viene da Dio.

Que vero multa de veritate et oratione subnectis, non intelligo quorsum eant [1]. nonne verum est quod a Deo sit omnis veritas? si michi non credis, credas, precor, Aurelio. in fronte quidem opusculi sui, quod De octoginta tribus questionibus edidit, hoc probat, dicit et tenet [2]. oportet enim omne verum, ne processus infinitus sit, de veritatibus in verum unum reducere, quod omnium veritatum verus sit terminus et origo. hic solus Deus est, non simpliciter solum veritas, sed, ut tunc tibi scripsi, omnis veritas vera et infinita ac germana veritas, fons scilicet, germen et origo omnium veritatum [3], non solum precedens omnem veritatem, que est quod est, sed omnem manifestans et declarans veritatem, que rectitudo mentis est, rerum scilicet adequatio cum intellectu, qui quidem quodam modo res omnis est. nam mentis conceptus qui docet et ostendit id quod est, non Deus est, sed de Deo rectius dici potest. hanc forte vis Deum non esse; sed cum reducatur in Deum sine dubio realiter Deus est, modo significandi differens et non re. quare si reperiatur veritas in prophetis et aliis litteris sacris, sive Gentilium, sive fidelium dictis sive, quod abhorres, in carminibus poetarum, nichil refert. veritas quidem est et Deus vel de Deo, sicut vides, est, ut cum eam inveneris ubi minime cogitabas, letius ipsam deceat amplexari. nec eam velis spernere, sicut gallus iaspidem turpi sibi fimo sepultam, quam alii verius iudicant speciosissime collocatam.

E quindi tocca di certe osservazioni mossegli da Giovanni a propo-

Quod autem de oratore dixisti [4], tractatum meum, quem ad optimum tunc confratrem postea vero presulem vestrum Hiero-

5. P^1 P^2 si non cred. michi crede 15-16. P^1 P^2 omnes - conc. ment. 16. P^1 *omette* est 19. si] P^1 sive 20. P^1 P^2 sacr. litt. 22. *Per* ut P^1 *dà* et; *ma* ut *è scritto in margine d'altra mano.* 23. deceat] P^1 debeas 26. P^1 P^2 oratione L^2 *dà* tractatum *omesso nel testo e aggiunto in margine.* meum] P^2 nostrum

(1) Tutto questo manca adesso nel l'epistola del frate.

(2) S. Aur. Aug. *De diversis quaestion. LXXXIII lib. unus*, quaestio I, Utrum anima a se ipsa sit, in *Opera*, VI, 11.

(3) Ved. lib. XII, ep. xx; III, 541.

(4) Anche questa parte della sua epistola, dov' ei toccava, come rileviamo da coteste parole, del libro di Coluccio *De saeculo et religione* (per cui v. lib. V, ep. v; lib. XIV, ep. x; II, 10 sg., IV, 73), è stata soppressa da frà Giovanni.

nymum scripsi commemorans, fateor non intelligere (1). scio et intelligo me pro orationis maiestate vel sanctorum patrum, qui de ea locuti sunt, profunditate et copia penitus nil dixisse; scio maiori ex parte, Deum testor, id me scripsisse, quod ipse bonorum omnium
5 auctor infudit. in quibus novit ipse qui me docuit nichil me nisi quod iuxta Ciceronis sententiam venit in buccam (2), non quesitum, non mendicatum ab aliis tractatoribus retulisse; sed quod vel auditum meminerim vel sors et mens obtulit, imo Deus infudit, scribere curavisse. tu tamen, si qua bene tunc dixi, Deo sanctisque pa-
10 tribus, in quorum sententias inciderim, imputato. et licet nil credam quod pie substineri non valeat universa illius opusculi serie contineri, te tamen et omnes qui illa vel alia mea legerint obsecro male dicta michi debeas et debeant imputare benigneque corrigere quicquid erratum est.

sito del suo libro *De seculo et religione*, riuscitegli inintelligibili,

protestando d'averlo messo insieme con quanto sapeva e ricordava, senza ricorrere ad altri mai;

sicchè se qualcosa v'ha in esso di buono, il merito deve darsene a Dio,

se del cattivo alla debolezza sua.

15 Multa restant; multa quidem scripsisti; quibus possem facile respondere, sed ea duxi, ne bellum indixisse tibi videar, dimittenda. unum tamen nolo nec omittere possum. dicis enim, ut verba tua referam: in quibus, si philosophis, quorum dignior status est, prudentia refellitur, quid de poetis disseras, ipse iudica (3).
20 quibus verbis sentire videris philosophos digniores esse poetis, quod quidem unde tu tibi persuadeas, ego non video, cum ad poete perfectionem philosophie scientia requiratur. non autem philosophum perficit poetria; qua ratione conficitur maiorem poetam esse philosopho (4). quod si nulla doceat ratio, potest tamen

Refuta per ultimo l'asserto di frà Giovanni che i filosofi siano superiori in dignità ai poeti,

e sostiene che questi all'opposto son maggiori di quelli,

1. *L*[1] *P*[1] *P*[2] *omettono* commemorans *da me introdotto per ricondurre il senso.* 7. *P*[1] meditatum 8. *P*[1] *P*[2] fors 16. *L*[2] indixe 17. *P*[1] *P*[2] poss. omitt. 19. *P*[1] diiudica 21. *L*[2] *omette* tibi

(1) Questo passo rimase incomprensibile al Castellani: « Quello che ttu « dicesti dell'Oratione, il mio trattato « il quale io scrissi a l ottimo allora « tuo simile fratello, e di poi vero « nostro pastore Geronimo, io con- « fesso nollo intendere »; cod. Ricc. c. 57 A. Ma lo Stolfi, per oscurar meglio il tutto, mutò « ottimo » in « ul- « timo »: e quindi pose in nota: « Niuno « fa menzione di questo trattato, ma « in questa epistola se ne dà tutta la « certezza che ne sia »; op. cit. p. 261.

(2) Cf. M. T. Cic. *Ep. ad Attic.* lib. I, xii; e cf. altresì ib. XII, 1.

(3) Neppure codesta argomentazione è stata mantenuta da frà Giovanni nell'epistola rimaneggiata.

(4) L'opinione tenuta dal monaco era condivisa da altri, ed il Boccaccio stesso ha dedicato alcune pagine (*De gen. deor.* XIV, xvii, ed. Hecker, p. 241 sgg.) a dimostrare « Philoso- « phorum symias minime poetas esse ».

et debet et tibi et aliis abunde sufficere, cum infinitos videatis esse philosophos, miram autem caritatem et penuriam poetarum. et quid cogitas esse quod vix unum videris tempore tuo poetam, multos autem possis philosophos numerare? crede michi, maius est quam ut facile dici possit: hic est poeta, quam quod quisquam dignus sit hoc nomine rationabiliter appellari. putasne quenquam hoc mereri nomen sive vocabulum, nisi sit tam philosophie quam omnium rerum divinarum et humanarum scientiarumque et liberalium artium eruditus? in qua quidem re possum verba Ciceronis ad poetam de oratore transferre et cum illo dicere: mea quidem sententia nemo potest esse omni laude cumulatus poeta, nisi erit omnium magnarum rerum atque artium scientiam consecutus. etenim ex rerum cognitione florescat et redundet oportet oratio, que nisi sit a poeta percepta et cognita, inanem quandam habet elocutionem et pene puerilem (1). et eo quidem confidentius facio, quia, eodem Cicerone teste, finitimus est oratori poeta, numeris astrictior paulo, verborum autem licentia liberior; multis vero ornandi generibus socius ac pene par in hoc quidem certe prope idem, nullis ut terminis circumscribat aut definiat ius suum, quo minus ei liceat eadem illa facultate et copia vagari qua velit (2). et hec satis.

allegando la somma difficoltà che incontra chi aspiri a voler esser vero poeta,

quale egli si piace definirlo con parole tolte a prestito da Cicerone.

Multa restant, quibus tuam epistolam refersisti, ad que respondere tédium et labor esset; nulla tamen difficultas; que decrevi, si pergas, in tempus aliud reservare. quod autem me finaliter admones, in bonam accepi partem et eorum gratia dignas rependo grates, obsecrans ut pro me ores quo Dei manu; ille quidem solus potest; liberer et me ad se dignetur misericorditer evocare.

Lo ringrazia infine de' suoi consigli e lo esorta a pregare Dio per lui.

Nunc autem, ut totum, non omnia, repetam, videre potuisti quid poetica; cognovisti taliter quod divinam Scripturam inficiari non possis, si formam dicendi consideres, summum habere cum poetice dictionis forma commertium sibique dicendi ratione

Riassume tutta la dimostrazione fatta in forma succinta;

1. P^2 *omette* et *innanzi a* tibi 2. P^1 P^2 raritatem 3. P^1 *aggiunge* cause *dopo* esse L^2 *omette* videris 5. quam] P^1 P^2 vel quod 18. P^1 ordinandi 22. P^1 referisti 26. P^1 P^2 ores pro me 30-31. P^1 P^2 quod inf. non poss. div. Script.

(1) M. T. Cic. *De orat.* I, IV, 20. (2) M. T. Cic. *De orat.* I, XVI, 70.

plurimum adequari. non persuasi, non probationibus docui, sed clarissime demonstravi studendum esse poeticis, oratoribus atque philosophis, pro noticia sanctissimorum doctorum, qui creberrime talibus usi sunt, ne, velut attoniti, cum pennis illorum et colori-
5 bus se exornent vel aliquid forte probent [1], circa brevem allegati poete versiculum aut philosophi vel oratoris sententiam hereamus, utque resistere possimus et sciamus Ethnicis, si cum eis vel aliquo, qui forsan illorum auctoritate nitatur, nos disputare contingat, ipsorum propriis rationibus respondere, quoque possimus
10 dictionis ornare veritatem. vidisti stupra sceleraque poetarum carminibus inserta, cum ficta sint et in fictorum deorum contumeliam ordinata, non esse detestabilia, sicut putas. vidisti Hieronymum, Augustinum atque Boetium, qui nunquam allegare poetica destiterunt, vatum carmina non prohibere Gentiliumque
15 doctrinas, sed eas permittere, dummodo velut in fine terminum in talibus non figamus. vides alia multa, quibus mutare sententiam compellaris. noli posthac igitur studiosis talium adversari. doce cunctos quod ad alia properent et in poetis vel aliis secularibus non persistant. non enim malum est malum scire, sed
20 malum mala ad exitum operari. putasne reprehensibile fore si legem saracenicam addiscamus, quo possimus falsitatem legis ostendere vel cum contraria sentientibus disputare? et quis adeo delirus et stultus est qui vera credit aut imitanda putet scelera que leguntur in carminibus poetarum; quis discere prohibeat que

e consigliando l'amico a darsi vinto, a non osteggiar più oltre gli studi poetici,

3. P^1 celeberrime 5. P^1 exornant P^1 P^2 probant 10. P^1 P^2 veritatis orn. dictionem 11. P^1 P^2 ins. carm. 14. P^1 P^2 non proh. vat. carm. 18. P^1 *omette* ad 19. P^1 persistunt 20. P^1 P^2 mala malum 21. L^2 qūo *(sic)*

(1) Non avendo saputo afferrare il bandolo di questa proposizione, il Castellani ha messo insieme uno strano accozzo di parole: « E quali [dottori] « spesse volte usano ne loro parllari « quando poeticho modo e quando « l'oratorio e quando il filosoficho di- « scorso, acciò che tagli huomini, i « quali fussino ingnioranti pelle (*sic*) « prefate scienzie come sinceriti (*sic*) et « intronati non si adornino colle penne « et colore di loro »; cod. Ricc. c. 57 B. Lo Stolfi, op. cit. p. 267, introdotte nel passo inconcepibili mutazioni (« senzienti e introvati », « colle penne « e coll'alie di loro »), annota: « In- « tendi come e' sono i senzienti (che « si trovano anche più giù) eglino in- « tronati non s'arrestino, quando &c. « I senzienti sono quegli che sentono « ed opinano come D. Giovanni; oggi « preopinanti direbbesi (!). Ma il co- « dice non è troppo chiaro... ». I commenti guasterebbero.

chiude citando per ultimo un passo di sant'Agostino sull'utilità che proviene ai Cristiani dal conoscere l'arte oratoria.

nos exornent ad reprobandum que falsa nobis opitulentur et ad asserendam nos adiuvent veritatem? cumque poetarum lectio rethorice studiosis, auctore Quintiliano, iubeatur [(1)], prohibebisne nobis etiam oratoriam facultatem? audi, precor, in hoc patrem optimum Augustinum, verbisque suis mecum in hac parte conclude. 5
nam cum per artem rethoricam et vera suadeantur et falsa, quis audeat dicere adversus mendacium in defensoribus suis inermem debere consistere veritatem, ut videlicet illi qui res falsas persuadere conantur, noverint auditorem vel benivolum vel intentum vel docilem prooemio facere: isti autem non noverint? illi 10
falsa breviter, aperte et verisimiliter, et isti vera sic narrent ut audire tedeat, intelligere non pateat, postremo credere non libeat? illi fallacibus argumentis veritatem oppugnent, asserant falsitatem; isti nec vera defendere nec falsa valeant refutare? illi animos auditorum in errorem moventes impellentesque, dicendo terreant, 15
contristent, exhilarent, exhortentur ardenter; isti pro veritate lenti frigidique dormitent? quis ita desipiat ut hoc sapiat? cum ergo sit in medio posita facultas eloquii, que ad persuadendum seu prava seu recta plurimum valet, cur non bonorum studio comparatur, ut militet veritati, si eam mali ad obtinendas per- 20
versas vanasque causas in usus iniquitatis et erroris usurpant? [(2)]
que quidem Augustini verba non in rethorica solum vera sunt, sed in omnibus que faciunt ad probationis vim, ornatum et dulcedinem orationis; qualia sunt carmina poetarum, quibus et ornari quod dicimus et probari quod volumus consuevit. ut cum 25
omnibus hec prodesse possint nec sic credantur et a discolis quod nocere possint, contra rationem est et stultissimum prohibere. melius ergo consule ne vel erres vel errare facias, et iniuste poetas, quibus multa debes, ingratus offendas, memor quod ratio sanctitatis non est aliis que tibi quotidie prodesse et opitulari 30

1. P^1 que *aggiunto in interlinea.* 2. L^2 assorenda 2-3. P^1 P^2 stud. reth. 11. P^1 P^2 *omettono* et *dinanzi a* verisim. 12. P^2 *omette* non *innanzi a* pateat; *ma fu aggiunto in interlinea.* P^1 P^2 cred. postr. 14. L^2 reservare 17. L^2 decipiat 19. P^1 P^2 val. plur. 26. et] P^1 etiam 27. L^2 *omette* et *dopo* est

(1) M. F. QUINT. *Inst. orat.* X, 1, 27-30.

(2) S. AUR. AUG. *De doctr. christ.* IV, II, § 2 in *Opera*, III, 1, col. 89.

sentias prohibere. vale et pro me ora. Florentie, octavo kalendas februarii, anno gratie .MCCCCVI.

XXIIII.

A FRÀ GIOVANNI DOMINICI (1).

5 [P¹, c. 85 B.]

Linus Colucius Salutatus multe venerationis in Christo patri fratri Iohanni Dominici ordinis predicatorum in domino nostro Ihesu

1. *P¹ P²* ora pro me 2. *In P¹ le parole* anno gratie .MCCCCVI. *sono d' altra mano. Al di sotto poi, di scrittura più recente assai, si legge :* Extat epistola predicta in alio libro mss. in 4°. *P²* Explicit.

(1) Di fronte al nuovo e gagliardo assalto del S., ch'egli aveva del resto, come vedemmo testè, con molt'imprudenza provocato, frà Giovanni da Samminiato ebbe certo a sentirsi perduto. Le viete armi, di cui s'era munito per l'ineguale battaglia, giacevano spezzate ai suoi piedi; ma neppur dinanzi alle luminose confutazioni di Coluccio ei poteva deporre l'avversione per gli scrittori pagani, nè la diffidenza verso que' nuovi metodi d'educazione, sempre più inspirata alla classica cultura, de' quali un istinto oscuro ma infallibile gli faceva prevedere i pericoli per tutto quel complesso di credenze e d'idee, ond'era fervente propugnatore. Che fare in simile frangente? Ei si guardò ansioso dintorno, cercando qualcuno che, più dotto e più agguerrito di lui nelle letterarie contese, potesse riprendere la difesa della causa che nelle proprie mani scorgeva ormai disperata. Nè la ricerca gli ebbe a costar gran fatica. Viveva allora appunto in Firenze un altro monaco, avverso quanto lui alle lettere profane, sostenitore caldissimo delle antiche usanze in fatto di scuola e di educazione, che preferiva le cento volte; e non aveva cura di nasconderlo; il *Tres leo naturas* a tutti i carmi vergiliani; uomo d'altra dottrina, d'altro ingegno, d'altra tempra però che il Camaldolese non fosse; solito a vivere non già rinserrato dentro le quattro pareti d'una cella, da cui la regola gli proibisse d'uscire, bensì a gettarsi impavido tra i tumulti mondani, a varcare mari e monti in pietosi pellegrinaggi; professore acuto in cattedra, oratore irresistibile sul pergamo; natura complessa di dotto e di mistico, di riformatore e di retrivo; fatto apposta per suscitare intorno al suo nome odî implacabili e devozioni illimitate: in una parola, frate Giovanni Dominici.

A lui dunque che, bandito da Venezia per decreto di quella Signoria, aveva cercato quattr' anni innanzi rifugio nella città nativa, e da precursor vero del Savonarola s'affaticava a ravvivarvi la fede, a purificarvi i costumi; io penso si rivolgesse il monaco degli Angeli come all'unico uomo che con speranza di vittoria potesse riattaccare il Salutati. Ben sarebbe possibile che a ciò il Dominici stesso spontaneamente si fosse indotto; ma credo la cosa meno probabile. Comunque sia di ciò, in quella ristretta società fiorentina che seguiva con interesse le fasi della polemica intorno alla poesia, si sparse

Christo, in quo cuncti fideles ad unam gloriam vocati sumus, ea tamen participatione, quam iustis operibus Dei gracia merebimur obtinere, salutem dicit.

Firenze, inverno del 1406. Vide il suo libro, pieno e palese meriggio,

VIDI, venerabilis in Christo pater, librum tuum verum liquidumque meridiem, qui tenebras non admittit, non, ut ex 5

sul cadere del 1405 la novella che frà Giovanni in persona, il teologo, il polemista, l'oratore popolare, stava per scendere in campo contro il Salutati.

Ammaestrato dalla triste sorte toccata al suo predecessore, ben sapendo con quale avversario egli dovesse misurarsi, il Dominici da loico consumato, che teneva a propria disposizione tutti i ferri della dialettica fiorente nelle scuole domenicane, non credette opportuno bandire apertamente la crociata contro gli studî liberali, esprimendo senz' ambagi i suoi pensieri, come aveva fatto nel trattatello pur allora composto in servigio della sventurata Bartolomea degli Alberti, dove fermava, tra altro, che gli « antichi viddono lume dot« trinando la puerizia, e i moderni « fatti son ciechi, fuor della fede cre« scendo lor figliuoli », i quali prima diventano « pagani che cristiani ». Ved. G. DOMINICI, *Regola del governo di cura familiare*, ed. D. Salvi, Firenze, 1860, p. 134: e cf. RÖSLER, op. cit. p. 187 sgg. Egli si prefisse di giungere alla meta per vie più coperte; onde il libro suo divise in due parti, di cui la prima, destinata ad accogliere tutti gli argomenti ed i riflessi che confortavano anzi stringevano i fedeli di Cristo a studiare le lettere pagane; la seconda a dimostrare il contrario. Così dibattuta con apparenza d'imparzialità la questione, ei veniva a concludere: potersi concedere la lettura de' classici ad uomini già fatti e ben saldi ne' principî della fede e della morale cristiana; ma doversene tenere rigorosamente lontani i fanciulli, chi volesse crescerli onesti, timorati, credenti.

Com'ognuno intende, il Dominici mirava per questa guisa a colpire in pieno petto l'istruzione classica. Impedire ch' essa s' impartisse ai fanciulli coi primi elementi dello scibile, era come condannarla a morte; distruggere tutto quanto s' era venuto facendo fin allora, anche nelle scuole ecclesiastiche, dove dall'alto medio evo in poi la prima istruzione erasi fondata costantemente sopra gli scrittori gentili.

Il S. stava, naturalmente, troppo sulle guardie, perchè l'astuzia, non sopraffina per fermo, del suo avversario giungesse a trarlo in inganno. Ma siccome l'accorto frate, oltre a dedicargli il proprio libro, non aveva mancato di profondersi in proteste di ammirazione, d' ossequio, di illimitata deferenza ai suoi voleri, così ei non potè a meno di rendergli il contraccambio. E noi lo vediamo dunque in questo scritto esaltare ampollosamente la dottrina del Dominici, giudicarne insuperabile l' efficacia dialettica, e, quel che è più, affermarsi dal proprio canto prontissimo a rigettare o in tutto o in parte le opinioni fin allora tenute, quand' esse avessero la sfortuna di spiacere al giudice inappellabile, al venerato censore. Tutte queste, però, sono, chi ben guardi, semplici parole, frasi cerimoniose e nulla più. Il Rösler, a cui noi dobbiamo l' esposizione più ampia (non

humilitate nuncupas, Luculam noctis[1]; quem, post prolo-

non già notturna facella, come lo chiama, per umiltà, il Dominici:

dirò più accurata) che siasi fatta finora della polemica agitata tra Coluccio e frà Giovanni (op. cit. cap. III, § 3, *Dominicis Stellung zur Wiederbelebung des klassischen Alterthums*, pp. 63-120); parmi, ad essere schietto, che voglia illudere sè stesso ed i propri lettori, allorchè assevera che la scrittura del frate ebbe virtù di persuadere il S.; quando afferma, tra altro, che la dichiarazione fatta dal Nostro sul principio dell' epistola presente: non essere gli studi classici fine a loro stessi, ma via e passaggio ad altri acquisti, « è già una concessione « fatta al Dominici ed un effetto (eine « Wirkung) dell'opera sua »; op. cit. p. 117, nota 3. Se egli si fosse dato la pena di leggere attentamente l'epistola a frà Giovanni degli Angeli, che è la XXIII di questo libro, v' avrebbe imparato che il S. per esprimere siffatti concetti, non aveva attesa l' apparizione della *Lucula noctis* (cf. p. 186 di questo volume). In realtà Coluccio nulla ritratta di quant'aveva scritto; non fa veruna concessione all' avversario. Nè per costui sente davvero quella deferenza di cui fa mostra a parole. Prima ancora che il Dominici desse in luce il suo trattato, egli non aveva fatto mistero della sfiducia inspiratagli dall' autore e dal libro; era giunto anzi a dire che siffatte imprese non erano per i frati moderni; come ce ne reca testimonianza il Dominici stesso in un passo del suo libro, sfuggito, com' altri non pochi, sebbene singolarmente importanti, al suo biografo: « Scio quendam magnum « virum michi venerandum « et carum, ubi primo audivit me « hoc opus aggressum, extimplo in hec « verba prolapsum: " non sunt reli« giosi moderni rethores; nescitur si « iste exorbitabit ab illis "; quasi nil « valeat sine lepore veritas »; *Luc. noct.* cap. XLII, cod. Berlin. c. 91 B. E dopochè il libro gli pervenne alle mani, egli non si rifiutò davvero la soddisfazione, un cotal poco maligna, di rivedergli le bucce e d' inserire, che è peggio, con implacabile sincerità nella propria replica (ma il Rösler non s' è avveduto di nulla!) l' elenco di tutti gli svarioni grammaticali commessi dall' autore. Il colpo sarebbe stato assai fiero per il Domenicano, sebbene questi avesse già anticipatamente cercato di stornarlo, con quell' altezzosa dichiarazione di non aver mai dato opera ad imparare la grammatica (la riferiamo più sotto, nota 1 a p. 221), che se può sembrare a fatica tollerabile nella bocca di san Gregorio Magno, riesce addirittura grottesca sulle labbra d' un monaco dell'ultimo Trecento, il quale attendeva alla lettura della Bibbia in quello stesso Studio dove poc' anzi aveva risonato la voce di Manuel Crisolora, che commentava Omero, e s' alzava pur sempre quella di Giovanni Malpaghini intento a dichiarare Cicerone e Vergilio.

L'epistola del S., rimasta interrotta proprio al punto dove terminava la parte destinata a difendere l' utilità dell' istruzione classica, non uscì mai alla luce; e più che probabilmente, neppur il Dominici n' ebbe contezza, giacchè in caso diverso egli avrebbe tratto senza dubbio partito dalle osservazioni mossegli non troppo velatamente dal Nostro per far sparire dal suo volume quegli svarioni che lo deturpavano e lo deturpano tuttavia. Evidentemente il solo copista di P[1], avendo tenuto a propria disposizione il copialettere originale di Coluccio, ebbe la felice inspirazione di trascrivere insieme a tutte le rimanenti epistole anche questa che ne occupava gli ul-

(1) V. nota 1 a p. 208.

contenente, oltre il prologo, di ben quarantasette capitoli.

gum, quo michi nimis tribuis, quadraginta septem capitulis iuxta

timi fogli. In cotal guisa ci è stato per buona ventura degli studi conservato un documento di singolare rilievo nella storia di quella controversia che, dopo aver dato origine a sì fiere contese nell' età del Rinascimento, ha continuato e continua a preoccupare i pedagogisti moderni, soprattutto cattolici, come, a tacer d' altri, provano gli scritti di mons. Gaume, del Bonetty, di mons. D'Avanzo e di parecchi ancora. Della lettera presente del resto niuno sospettò nemmeno l' esistenza prima che noi l' additassimo agli studiosi in quella Tavola delle Epistole del S. che vide la luce nel *Bullett. dell' Ist. Stor. Ital.* n. 4, 1888, p. 104, n. 321. Grazie alle nostre indicazioni dunque ne conseguì notizia, sebbene non siasi curato di accennarlo, il p. Rösler, il quale per soprappiù non avrebbe neppure potuto darne il sommario riassunto ed i pochi estratti che ne inserì nella sua opera già citata, se con correttezza assai problematica non si fosse servito del cod. Parigino, mentr' esso trovavasi depositato presso la Laurenziana di Firenze dietro nostra richiesta ed in nostro servigio. Non avremmo dato luogo a questo rilievo se decisamente il p. Rösler non mostrasse d' esser dotato di memoria troppo labile quando si tratta di ricordare i lavori altrui de' quali suole tuttavia ben largamente giovarsi.

(1) L'opera del Dominici ebbe sorte singolare. Accolta con molto interesse ne' giorni in cui uscì in pubblico, specialmente, come s' intende, dai confratelli dell'autore (sant'Antonino, difatti, che del Dominici fu anche discepolo, ne tesse le lodi nella *Summa hist.* par. III, tit. XXIII, c. 11, § 3), ricopiata più volte, cadde ben tosto in un obblio tanto profondo, che gli eruditi toscani e non toscani dei secoli XVI, XVII, XVIII accettarono tutti quanti come moneta sonante l'asserto spropositato del biografo di Giovanni Dominici, frate Giovanni di Carlo (ved. *Acta SS.*, x Iunii, p. 406, § 33), che la *Lucula noctis* fosse un trattato diretto a combattere certe opinioni un poco eterodosse esposte da Coluccio nel suo libro *De Fato et Fortuna* (cf. lib. IX, ep. XX; III, 145). Questa falsa opinione, che fa meraviglia veder condivisa anche dal MEHUS, *L. C. S. Ep.* I, Scripta, p. LXXIX sgg., trovò de' fautori anche in tempi recenti, quali il SALVI, op. cit. p. LIX; che pur fece vane ricerche per rinvenir un esemplare della *Lucula noctis* nelle librerie fiorentine; ed il VOIGT, op. cit. I, 207, che d' indagini non ne intraprese certo veruna; e non è stata definitivamente distrutta se non dal RÖSLER, op. cit. p. 88 sgg., dopochè questi potè metter le mani sulla copia del libro posseduta un tempo dal convento di S. Maria Novella e divenuta oggi il n. 540 de' *Conv. soppressi* in Laurenziana. Il cod. Laurenziano però, membran.-cartaceo di carte centoventotto, che mis. mm. 116 × 220. scritto pessimamente, di lettura oltremodo faticosa, non è il solo che a noi sia giunto della *Lucula noctis*, come il RÖSLER par credere (op. cit. p. 88; cf. però p. 190). Un secondo esemplare, esso pure membran.-cartaceo, di carte cendodici, che mis. mm. 145 × 218, privo di rubriche e d' iniziali, copiato da varie mani nella seconda metà del sec. XV, è stato recentemente acquistato dalla biblioteca Reale di Berlino, ove è registrato come Lat. Quart. 399; ed io ho potuto studiarlo a mio agio, grazie alla bontà dell' insigne erudito che governa quell' istituto, il mio venerato amico prof. A. Wilmanns. Un terzo esemplare della *Lucula*, assai più elegante ed accurato dei prece-

numerum litterarum auctoritatis quam proposueras compilasti[1]:

denti, in pergamena finissima, di bel carattere, con iniziali a colori, di carte cenquarantuna, fu posto in vendita dalla libreria Franchi e C. di Firenze l'anno 1885 (cf. *Catal.* a. VII, n. 47, p. 57); ma non sappiamo dove sia andato a finire. Ove con nessuno di codesti mss. debbasi identificar quello che nel sec. XVIII esisteva in Venezia presso i Padri de' Ss. Giovanni e Paolo (cf. SALVI, op. cit. p. LIX), noi possiamo concludere che si ha certa contezza di quattro copie della *Lucula*. Ma un tempo ne dovettero correre probabilmente molte più.

La spiegazione di questo titolo *Lucula noctis*, bizzarro per noi ma conforme ai gusti del tempo, è messa innanzi dal Dominici stesso nella parte del Prologo all'opera sua che riferiamo più sotto.

La forma latina, onde provenne la voce letteraria «lucciola», che oggidì è di tutta Toscana, di Roma, dell'Umbria, delle Marche e dell'Emilia; cf. C. SALVIONI, *Lampyris Italica*, saggio int. ai nomi della lucciola in Italia (Nozze Salvioni-Rossi, Bellinzona, 1892, p. 9), è *lucia (cf. parm. *lúzza*), onde poi il diminut. *luciula. Lucula invece, come osservò già A. ZENO (*Bibl. dell'eloq. ital. di mons. G. Fontanini*, Parma, MDCCCIV, II, 481, nota *d**), è «vocabolo, che nemmeno si trova nei «lessici latino-barbari»; ma che tuttavia, regolarmente dedotto qual è da «lux» (cf. SALVI, op. cit. p. CXLVII), può avere preso posto nel latino medievale molto prima del sec. XIV, sebbene non se ne sian fin qui additati esempi ne' testi medievali. Anche la voce «noctiluca» adoperata dal Dominici per designar la lampiride, non è attribuita nel latino classico se non alla «luna» ed alla «lanterna»; ma è ben ovvio comprendere come sia venuta a designare poscia anche l'animaletto, che popolarmente è stato ed è in taluni dialetti chiamato appunto e «luna» e «lucerna». Ved. SALVIONI, op. cit. p. 12.

(1) Trattandosi di scrittura sempre inedita non riuscirà superfluo riferire qui un brano di questo Prologo nel quale con arguzie etimologiche di dubbio pregio il Dominici ha voluto esaltare Coluccio e dar poscia ragione del titolo apposto al proprio trattato. Dopo avere dissertato assai a lungo intorno al testo scritturale da lui assunto come «autorità»: «Lux in te-«nebris lucet et tenebrae eam non «comprehenderunt» (s. IOHANN. I, 5); e asserito che non v'hanno tenebre più orrende di quelle addensate intorno a coloro i quali volontariamente vi permangono chiudendo gli occhi alla luce della verità, il Domenicano continua (cod. Laur. *Conv. soppr.* 540, c. 17 A; cod. Berlin. Lat. Quart. 399, c. 1 A):

Ista inepte dixerim, virorum optime, michi semper ut pater quamplurimum (*a*) venerande, quoniam in penetralibus mentis cuiusdam lucis, ut credo, aculeum sentio vel stimulum, me (*b*) ad dampnandum secularium literarum studium, a pluribus non solummodo commendatum sed etiam a vi (*c*) spiritus obnixe protectum, frequentius impellentem. me denique etiam michi ignorantem esse negare non possum; id ceteris est propatulum satis. hinc timeo in re tali non parum errare. eos vero qui prefatis dictis meis opponunt fama non mediocriter celebrat (*d*) in utroque: hinc titubo magis (*e*) nec sic tamen adhuc langor (*f*) mentis me quiescere pacifice sinit. lustrato igitur cetu virorum illustrium quibus nostra tempora florent, te pre ceteris iudicem dirimentem, ducem conducentem et doctorem prelucentem elegi. te, inquam, iudicem sumo (*g*) quia et corde et verbis (*h*) et opere dicis, sicut eufoni-

(*a*) *B omette* quam
(*b*) *B* me que
(*c*) etiam a vi *d' altra mano nel bianco lasciato dal copista in B*
(*d*) *B* celebratur
(*e*) *B* huic titulo
(*f*) *B* languor
(*g*) *B* sumo
(*h*) *B* qui recto verbo et opere

opera davvero ingente, che racchiude molto di buono, ed appalesa la vastissima scienza di chi l'ha dettata.
Chi non si stupirà per fermo, pensando che un uomo occupato sempre e tutto assorto nelle cose divine,

il quale a fatica trova il tempo per

opus quidem ingens, in quo multa bona recolligis, et tuam inenarrabilem scientiam non sine concursu mee admirationis ostendis. quis enim non miretur hominem occupatum semperque sanctissimis intentum rebus; aut enim predicas populis verbum Dei, aut audis et admones intra confessionis penetralia peccatores, aut orans 5 cum Domino fabularis, aut legens audis Dominum quid loquatur, aut in admiratione et quasi supra temet evolans, contemplationis pennulis elevaris; occupatum hominem, inquam, vixque

zatum (*sic*) radix (*a*) tui nominis sonat, N e c o l a u s; hoc nullus iniustus nisi falso valet fateri, ducem equidem debitum minantem ad finem. testatur istud anthonomasticus (*b*) cultus per idem nomen cum auferesi prudentius apocopatum, ceu lucidus doctor huius dubii abigens (*c*) caligines tetras, hoc insinuante diminutivo nominis antedicti tibi humiliter reservato, ubi non sine eufonia testante scientia a Domino tibi data, tam universali quam facunda, clamas ubique: c o l l u c e o. multa quidem et in multis multa lucent; et tu vere in omnibus illis. et quoniam dubitare non possum quin apud hanc l u c u l a m n o c t i s legentes proverbium antiquum renovabitur illud: « num « et Saul inter prophetas » [I *Reg.* 10-11], superest mihi tuam seculis venerandam prudentiam humiliter exorare, ut non dedignetur tui intellectus nobilis altitudo parumper ad presentem l u c u l a m n o c t i s mitius ac benignius inclinare. qui enim creavit solem fecit et illam; ipse enim hoc insinuat per Ysayam (*d*) dicentem: « Ego dominus et non est alter « formans lucem et creans tenebras, faciens « pacem et creans malum: ego dominus fa« ciens omnia hec » [Isai. XLV, 6-7] et cum superficiem eius transcurreris (non enim habet profundum), quid sit sentiendum determina; dampna totum vel partem; totumque vel partem confirma; argue, increpa, confuta maledicta; et quicquid senseris tecum sentire conabor et quecunque apposueris (*e*) vel deleveris, id verminis (*f*) huius parti finali lucem a te qui colluces appositum reputabo, tuncque, in lucem desinens, n o c t i l u c a poterit nuncupari, quod, sine te exorsum, a luce l u c u l a n o c t i s supra extitit appellatum. sicque non solum ex parte materie que minima est, aut ex parte petentis atque scribentis, qui verminis (*a*) terminus est, sive respectu luminis almi tui ad quem dirigitur, sed etiam ex parte determinationis tue, prout exequitur, huic tractatui l u c u l a n o c t i s nomen (*b*) imponitur. neque reor convenientius posse res nominari, quia cum cause plenius in ipsis nominibus includantur (*c*): est nempe apud Isidorum nomen dictum quasi mentis notamen [Isid. *Orig.* I, v, 3]. cogitavi preterea meum non apponere nomen, non solum ignorantiam propriam horrescens, sed ne utrumque (*d*) lucis scintillulam (*e*) velamine mee oppositionis (*f*) occultem. patitur enim maximum corpus solis eclipsim obiectu tetre molis minime. igitur sub unius questionis titulo pandam quid sentiat de re pertractanda hebes acies mee invalide mentis; videlicet: A n f i d e l i b u s c h r i s t i a n i s l i c i t u m s i t l i t t e r i s s e c u l a r i b u s u t i.

La *Lucula noctis* è divisa, secondochè avverte qui il S., in quarantotto capitoli (il prologo compreso), costituenti un enorme acrostico, giacchè ognuno d'essi comincia con una parola, la cui iniziale corrisponde progressivamente ad una delle lettere onde risultano i nove vocaboli la riunione de' quali forma il versetto scritturale: « Lux lucet in tenebris &c. », assunto come « tema » dal Dominici. Anche questa puerile predilezione per gli acrostici, i giuochi di parola &c., è carattere peculiare della letteratura fratesca del tempo, irrigidita nell'imitazione di viete formole retoriche.

(*a*) radix *aggiunto in margine d'altra mano in B; invece il primo copista aveva scritto* et a die
(*b*) *B* anthomaticus
(*c*) *L* abiges
(*d*) *B in margine* Ysaias
(*e*) *L* opposuer.
(*f*) *In luogo di* verminis *B reca un bianco in cui il correttore scrisse* veruis *(?)*

(*a*) *B* vermis
(*b*) *B* nomine
(*c*) *B* includuntur
(*d*) *B* utrumque
(*e*) *B* scintillam
(*f*) *B* cōpositōnis

quieti et alimonie tempus necessarium quod impendas habentem, pro determinatione unius questiuncule tantum et tale volumen edere potuisse?[1] sed infallibiliter cum Dei benignitas et gratia nos perducit, plus possumus quam credamus: imo plus possu-
5 mus quam poscimus. ille, ille spiritus, qui supra nos est, ultra nos, hoc est plus quam instrumenta sua valeant, operatur. summa quidem immensitas mensuram hominum, licet per nos et in nobis operetur, sine dubitatione non servat; ut quociens videmus aliquid ab homine fieri quod excedere communem hominum po-
10 tentiam videatur, dicere possimus, imo fateri predicareque debeamus: digitus Dei est hic[2]. sic, cum vitas Augustini, Hieronymi atque Gregorii occupationesque ipsorum et eorum scripta pensamus, miramur atque animo deficimus, vereque Spiritum Sanctum id fecisse, non eos homines, iudicamus. quo fit, venerabilis mi Iohan-
15 nes, ut totus contra te dicere contremiscam, nec ausim de his que firmaveris aliquid labefactare, non solum quia a digito Dei sunt, sed etiam quia stultissimum videatur quod sanctitas et eruditio

dormire e prendere un poco di cibo, abbia potuto metter insieme tanto e tale volume per definire una questione così modesta?

Ma in realtà Iddio fa di noi, suoi strumenti, ciò ch'egli vuole;

permette agli eletti propri d' eccedere l' umana misura; sicchè quando leggiam le vite di santi, quali Agostino, Girolamo, Gregorio, ci è forza concludere, tutti smarriti, che lo Spirito Santo li inspirò e guidò nell'operare.

Di qui il suo sbigottimento al pensiero di scrivere contro di lui, di oppugnar quanto da lui fu determinato, perchè ed ha Iddio con sè e dubitar di ciò che afferma può sembrare stoltezza.

13. *Cod. omette* animo

(1) Il S. ha ragione di definire «in«gente» il libro del Domenicano, che occupa ben cento pagine in ottavo di scrittura fittissima ed irta d'abbreviazioni nei due codici che ne abbiamo avuto sott'occhio, il Berlinese ed il Laurenziano. In quanto poi all' «inenarra«bile» scienza che, secondo lui, vi rifulgerebbe, fa d'uopo intendersi. Certo niuno vorrà negare che la *Lucula* non riveli nel suo autore un uomo d'immense letture, dotato d'una memoria, che ha del prodigioso (egli allega così a mente de' passi d' autori che dice aver letti più di trent'anni prima; cod. Berl. c. 45 A); un uomo il quale ha studiati quanti son Padri della Chiesa, dottori e teologi medievali ed in pari tempo gli scrittori classici, i filosofi greci con i loro commentatori arabi, i poeti latini &c. Ma tutta quest'immane erudizione non è animata da verun soffio di vita: sicchè la *Lucula* resta uno zibaldone indigesto, di prolissità intollerabile, dove le citazioni si affollano le une dietro le altre senza tregua, in servigio di pochi concetti, ripetuti fino alla nausea. Il Dominici stesso deve, del resto, essersi avveduto assai prontamente di questo capitale difetto dell'opera propria, e se ne scusa a più riprese, ora affermando che vuol scrivere «propter minus scientes ad quos «fortassis hec noctiluca existimatur «ventura» (cod. Berl. c. 3 A), ora constatando che la verità non vien mai a noia, ed infine facendo ragionamenti di questa forza: «Quid enim ponam «de meo, egenus et inops, qui nescio «loqui? cur inveniendis novis ora«tionibus insudabo, cum nil sit novum «sub celo?... quare honorem non «reddam patribus venerandis quorum «nos laboribus honoramur? anne pu«tabo furandum esse, ut cum dedecore «restituere cogar invitus?» (cod. Berl. c. 11 A; e cf. anche c. 30 B).

(2) Cf. *Exod.* VIII, 19.

Tuttavia essendo pervenuto nel leggere il di lui libro a quel punto dove si determina la questione e si propone il dubbio se ai fedeli cristiani sia lecito o no fruir delle lettere pagane; cosa che frà Giovanni negava, ed egli invece stimava necessaria;

tua affirmandum duxerit in dubium revocare. verum enimvero cum elegantissima illa tua perlegerem maximo cum affectu, ad eum locum perveni ubi totam determinas controversiam, et cum in dubitationem adducas an fidelibus christianis licitum sit litteris secularibus uti[1], et ego pridem ad fratrem Iohannem meum de Angelis iam scripsissem, quod obnixe et penitus recusabat, catholicis hoc licere, imo necessarium esse pro multorum librorum, quos sanctissimi doctores Augustinus, Hieronymus et alii plures ediderunt, intellectu; et ut, contra nitentes auctoritati Gentilium, sive hystorici sive poete fuerint, aut, quod est periculosius atque difficilius, oratores sive philosophi, modis omnibus esse possimus armati, non quod finem nobis in illorum studiis et traditionibus proponamus, sed ad alia transituri[2]; tu dicebaris contrarium arbitrari[3].

s'è avveduto come il Dominici non combattesse la sentenza sua, giacchè, dopo aver dedicato dodici capitoli del suo trattato a raccoglier gli argomenti in favore degli studi secolari; negli altri procede così da mostrar la ferma intenzione di por fine alla controversia e conclude col concedere che gli uomini maturi d'età e ben saldi nella fede s'accostino alle scritture dei pagani.

sed Deo gratias, qui summa et germana veritas est, ut a quo velut a germine quodam omnis prorsus veritas derivetur, primis tue disputationis partibus miris rationibus asseris quod dicebam: quod quidem duodecim capitulis non late solum, sed validissime disputasti; alteris autem sic procedis, quod tandem, velut sententiam ferens, toti questioni finem et silentium imponere videaris. consentis enim quod instructis et firmatis in fide neganda non sit lectio secularium litterarum[4]; nec unqûam

15. *Cod. omette* a *dopo* ut 18. *Cod.* procedas

(1) Allude certo al luogo, in cui, avendo terminato di esporre i dodici argomenti, in virtù dei quali si può asserire esser lecito ai Cristiani valersi delle lettere secolari (*Luc. noct.* capp. I-XIII, cod. Berl. cc. 1 B-26 B), passa a confutarli, mettendo innanzi una sola ragione, capace secondo lui di sbigottire qualunque avversario: « Lucet ad « oppositam partem unica ratio talis: « Christianus quilibet illis solum debet « intendere que ipsum ad veram bea- « titudinem ducunt aut saltem non im- « pediunt. sed philosophorum studium « ad veram beatitudinem non perducit, « sed plerumque impedit: igitur eorum « dicta studeri non debent ab eis » (*sic*); *Luc. noct.* cap. XIV, cod. Berl. c. 26 B.

(2) Cf. ep. XXIII, p. 186 di questo volume.

(3) Riferendo codesta frase del S., il RÖSLER, op. cit. p. 117, nota 3, annota: « Diese Worte zeigen, wie that- « sächlich die obwaltende Frage das « Tagesgespräch in Florenz bildete ». La deduzione ci pare esagerata; Coluccio non volendo probabilmente alludere che a discorsi seguiti tra lui e qualche amico del Dominici.

(4) Questa concessione, sebbene a denti stretti, è fatta ripetutamente nella *Lucula*; così, ad esempio, nel cap. XXVII: « Nunc itaque manifestum puto quo- « modo sit ad perfectionem, de qua « in argumento agitur, gradiendum; « nam primo obedire oportet divinis

michi de hoc cum fratre Iohanne de Angelis controversia fuit. ut si vellem tibi fateri quod dicis, nichil prorsus quod contra ea que tunc disserui veniat, remaneret. verum opinio multorum est, quod omnino volueris interdicere Christianis litteras seculares, quod ego
5 fieri simpliciter denegabam, et tu ipse, licet ex parte, consentis [1]. et vere, vir religiosissime, si nobilitatem intellectus tam ardenter non anteponeres voluntati [2], cuius oppositum, cum de nobilitate legum et medicine dissererem, posui [3], forte responsionis onus, cedens auctoritati tue et reverentie, dimisissem [4]. sed post-
10 quam iuvat de hoc secundo discutere, dicam pariter de utroque, quo videas an recte fecerim cum intellectum nobilitate postposui

Ma di ciò ei non discusse mai con frà Giovanni, talchè se accordasse al Dominici quanto ei vuole, sarebbe finita ogni disputa. E però avviso di molti che egli intenda interdir del tutto ai Cristiani le lettere secolari; or se a questo s' aggiunga che antepone con tant'ardore la nobiltà dell'intelletto a quella della volontà, combattendo così la sentenza da Coluccio altrove difesa, questi si vede nella necessità di rispondergli su entrambi i punti.

7. *Cod.* voluntate

« preceptis, his imbuendi sunt parvuli; « hec sit ianua rudibus primam queren- « tibus artem (*); secundo illa doctrina « loquatur, quam docuit Deus et divi- « nam notitiam tradit: sic obtinetur « caritas, que facit virum perfectum. « tunc licebit legere philosophos, poe- « tas et magos, quando dicere licebit: « quis nos separabit a caritate Chri- « sti? » [s. PAUL. *Rom.* VIII, 35] &c.; cod. Berl. c. 48 B. E cf. altresì cap. XXXIII, cod. cit. c. 61 A; cap. XXXIIII, cod. cit. c. 66 B &c.

(1) « Licet ex parte », dice Coluccio; poichè il Dominici non esita a dichiarar più volte ch' ei bramerebbe vietata a tutti la lettura degli scrittori pagani; e come dà lode a san Gregorio per la pretesa distruzione da lui perpetrata delle *Deche* di Tito Livio (*Luc. noct.* cap. XVIII, cod. Berl. c. 33 A), così manifesta la speranza che sorga una buona volta un pontefice il quale condanni a finire sul rogo tutte le opere de' poeti e de' filosofi antichi: « Et ideo non so- « lum legendi non sunt, sed edicto pu- « blico comburendi; et hoc utinam fiat « aliquo pro (*sic*, *l.* pio) viro in Ecclesia « presidente! »; *Luc. noct.* cap. XXVII, cod. Berl. c. 50 B.

(*) Cf. THUROT, *Not. et extr. de mss. lat. pour serv. à l'hist. des doctr. gramm. du m. a.* p. 47.

(2) Veramente codesta questione è trattata solo per incidenza dal Dominici nel cap. XXXVIII della *Luc.*; cod. Berl. c. 79 B sgg.; il quale conclude però il suo breve ragionamento con parole aspre e mordaci per gli avversari: « Nescio « igitur quomodo vel unde quidam sunt « ausi racioni et sanctorum auctorita- « tibus obsistentes, voluntatem et actus « ipsius intellective potentie et opera- « cionibus suis preferre, nisi forsitan « gracia disputacionis procedant aut « loquantur de facto, quemadmodum « in non paucis domibus imperat uxor « obsequenti marito et gallina voci- « ferat ubi gallus obmutescit. hanc « tamen particulam cavilosis relinquo »; cod. Berl. c. 80 B. Sul soggetto si ritorna anche fuggevolmente nel cap. XLV, cod. Berl. c. 98 A.

(3) C. P. SALUTATI *Tractat. insignis et eleg. de nobilitate legum et medicinae*, Venetiis, MDXXXXII, cap. XXII, Quod voluntas est nobilior intellectu et activa vita sit speculativae praeferenda, c. 72 A sgg.

(4) Ad essere sinceri, ci par questo un ingegnoso pretesto escogitato dal Nostro per non mostrare di voler prendere risolutamente di fronte il Dominici nella questione più grave che li divideva.

Il Dominici potrà poi, letti i suoi argomenti, recarvi giudizio, correggendo quanto gli sembrasse erroneo.

voluntati, et an iure dicendum sit pueros non debere secularibus initiari litteris, sed eis sit a sacrarum litterarum studiis inchoandum. ut, postquam videris in utroque quid sentiam, tuum sit emendare, corrigere, mutare vel tollere quicquid sub tue correctionis examine disputabo. 5

Egli inizierà dunque la discussione sul punto se sia meglio avviar prima i fanciulli alle lettere sacre o alle profane, ed a questo soggetto dedicherà sei capitoli; quindi passerà a vedere se a ragione debbasi dar alla volontà la precedenza sull'intelletto: ciò che ai filosofi domenicani non piace; esauriti questi problemi, la controversia avrà fine.

Instituam ergo tecum, pater optime; disceptationem prius an satius sit atque commodius a sacris inchoare litteris eruditionem nostram, an utilius sit secularibus primo studiis immorari; et hec erit prima decertatio sex discutienda capitulis primusque tractatus. secundo vero loco videbimus an recte senserim cum voluntatem pretulimus intellectui, quod videtur adeo tibi, scioque magnis atque sanctissimis tue religionis auctoribus non placere[1]. quibus absolutis finem omni controversie veritati meliorique sententie, tueque correctioni semper obnoxius faciam: certus quod, licet in tua sententia opinioneque remansurus forte sis, non deridebis aliter sentientem. in qua quidem re liberius agam, quoniam non sit, arbitror, contra fidem oppositum vel propositum affirmare; quod si forsan esset, ex nunc revoco et condemno. dedit enim Deus servo suo gratiam hanc ut nunquam in aliquo contra fidem senserim nec etiam, licet contrastare videretur humana ratio, vel leviter hesitarim. quomodo quidem auderet intellectus meus vel a sacris dissentire litteris, vel in his, que fidelium universitas determinaverit, hesitare? nescio de aliis; ego vero id michi semper; etiam cum eram parvulus, et nunc magis cum Dei gratia per etatem plura vidi forteque cognovi; michi firmissime persuasi nullam doctrinam esse fide nostra sacrisque litteris potiorem; quicquidve quod huic contradicit falsissimum, quicquidve quod ab ea discedit esse delirum; summamque mentis stulticiam semper duxi presumptuosique nimium intellectus ab his que Iesus precepit, ab 10 15 20 25

E nella discussione userà di molta franchezza, trattandosi di materie che non hanno a che far colla fede. Chè se fosse altrimenti, egli dicesi pronto a ritrattar tutto quanto sta per dettare.

Giacchè Iddio gli ha concesso la grazia che in niun tempo mai ed in nessun argomento egli siasi trovato a pensar diversamente da quanto impone la fede, che sempre giudicò doversi seguire in tutto e per tutto da chi non sia pazzo ovvero presuntuoso.

6. *Nel cod. precede la rubrica* Ordinatio dicendorum 9. *Cod. dopo* decert. *lascia uno spazio bianco, destinato ad accogliere il numero de' capitoli dedicati a discutere il problema se torni lecito ai Cristiani lo studio degli scrittori pagani.* 12. *Cod.* auctoritatibus *corretto poscia in* auctoribus 21. quomodo – potentatum] *(p. 215, r. 13). Questo brano è riferito per intero dal Rösler, op. cit. pp. 118-19, nota 3, ma non senza inesattezze.*

(1) Questa seconda dimostrazione fa difetto, come già si osservò, nel cod. Parigino, nè probabilmente, sorpreso dalla morte, il S. ebbe agio di scriverla.

his que Paulus docet vel ab his que uterque consulit, que vult vel transtulit Hieronymus, Ambrosius tractat, exponit Gregorius vel disputat Augustinus aliquo modo discedere vel nolle viris tante sanctitatis et eruditionis per omnia consentire. sequatur 5 turba philosophantium Aristotelem vel Platonem, sequatur venenosum Averroim et si quem habent, ne per illorum vager nomina, meliorem. michi vero solus placeat Iesus Christus et ipse pro salute fidelium crucifixus, qui florentibus Grecia Italiaque studiis et hac, sicut sibi placuerat, armis omnia pessundante, stul- 10 tam fecit sapientiam huius mundi[1]; stultam quidem non sapientia sapientium vel potentia superborum, sed stulticia predicationis et crucis; per piscatores, non per philosophos; per abiecte condicionis viros, non per habentes in seculo potentatum[2]. et quoniam membrum primum principalius est et multa respicit, utpote phi- 15 losophos, grammaticos, logicos, rethores et omnes Ethnicos, qui discendum aliquid tradiderunt, incipiam a grammatica, quam scimus ante Christi tempora floruisse, queve ostiaria est omnium liberalium artium omnisque doctrine sive divina dixerimus sive humana.

Cristo, Paolo, Gerolamo, Ambrogio, Gregorio, Agostino, ecco i suoi maestri e dottori.

Seguano altri Aristotele, Platone ed il velenoso Averroè;

egli ha posto invece ogni suo amore in Cristo,

che alla vana scienza dei filosofi sostitui la semplice fede degli umili.

Ei comincerà dunque dal discutere della grammatica, la porta cioè onde si schiude il varco a tutte le arti liberali.

20 I. Non sum animo dubius quin velis atque consentias Christi doctrinam per sacras litteras intraturos a grammatica debere necessitate quadam incipere. quomodo potest enim Scripture sacre noticiam sumere qui litteras ignorarit? quomodo potest scire litteras qui grammaticam omnino non novit? nonne vides quo 25 perduxit ignoratio grammatice religiosos et omnes qui defectu talis habitus laborarunt? non enim intelligunt que legunt, nec legenda possunt aliis preparare. potest sine litteris fidei sinceritas percipi, fateor, sed non divina Scriptura, non doctorum expo-

La grammatica è indispensabile per intraprendere qualsiasi studio.

Non vede il Dominici a che punto l'ignoranza ha condotto con gli altri seguaci di essa anche i religiosi?

Senza cultura si può esser buoni credenti.

2. *Rösler omette* tractat 9. *Cod.* pessumdantem *Rösler* et *omette* hac - pessundante 13. *Rösler dà* potestatem 16. *Cod.* dicendum 20. *Cod. ha la rubrica* An pueri christiani et religiosi sint gramaticam instruendi *(sic)* secundum doctrinam gentilium et ethnicorum. Capitulum secundum. 26. *Cod.* qui

(1) Cf. s. PAUL. I *Cor.* I, 20.

(2) Il RÖSLER, op. cit. p. 119, riferisce tradotto tutto questo brano dell'epistola, perchè, a suo giudizio, « der « Charakter Salutato's verbietet es, an « der Aufrichtigkeit dieser entschiede- « nen Erklärung zu zweifeln ». Ved. quanto s'ebbe ad avvertire in proposito nella nota a p. 206 di questo volume.

sitiones atque traditiones intelligi, quas vix capere valeant litterati, et nedum simpliciter docti grammaticam, sed etiam qui dialecticis et rethoricis insudarunt. et eadem ipsa grammatica sine noticia rerum et quibus modis rerum essentia variatur et omnium scientiarum concursu preter necessitatem noticie terminorum maxima ex parte sciri non potest. connexa sunt humanitatis studia; connexa sunt et studia divinitatis, ut unius rei sine alia vera completaque scientia non possit haberi. sed quicquid sit de grammatice facilitate vel eiusdem asperitate discendi, quid erit si doctrinam fidei respexeris? Christianus vix scire poterit quid credendum; et si quis, vel auctoritate divine Scripture vel quavis debili etiam licet ratione sue simplicitati obstiterit, quid respondere debeat ignorabit incipietque de veritate fidei vacillare. o quot et quanta quotidie videmus que non possit ruditas vel sancta rusticitas, cum careat litteris, explicare! quid esset omnis fidelium multitudo, si cuncti litteras vel grammaticam ignorarent? quid valeret fidelium acies contra Gentiles vel hereticos, si doctrina deficiat que grammatica, logica rethoricaque paratur? an dicere potest aliquis litteras atque grammaticam inventionem non esse Gentilium, et si prohibentur Christianis ista studia, non etiam ipsam grammaticam inhiberi? quod si videmus esse ridiculum, quomodo debemus sic ad integrum Ethnicorum studia recusare; ceterum grammaticales dubitationes, que profecto fidei non reluctant? ars grammatica non ea que sunt salutis et fidei discutit et rimatur, ut non sit in huius rei vestigatione periculum; nullum contra fidem admitti possit erratum. si scientie sunt inventorum gratia dimittende, cum omnes repertas constet a Gentilibus, cur eas receperunt de Gentilium manibus Christiani? cur non omnes iacent? cur non sunt ab omnibus condemnate? cur vestris in monasteriis docentur et addiscuntur? crede michi, venerande Iohannes, nec esse rationabile neque iustum doctrinas et traditiones Gentilium, que multe sunt, velut in exilium missas, Christianorum arceri laribus, nisi quatenus veritati, fidei sanctorumque

ma non s'arriva davvero ne a comprendere ne ad illustrar le sacre Scritture.

Ne la grammatica e tale che imparar si possa a dovere senza il concorso d'altre dottrine, essendo gli umani studi al pari de' sacri strettamente connessi tra loro.

Or un cristiano indotto può creder fermamente, e trovarsi nell'impossibilità di giustificar la sua fede.

Quanti appaiono adesso in tal caso!

Che sarebbe se tutti vi si trovassero? Come si difenderebbe la Chiesa dagli assalti dei miscredenti?

Post' anche che sian' invenzioni de' Gentili, in che peccano gli umani studi contro la fede?

In che soprattutto può peccare la grammatica?

E se le scienze tutte si debbono ripudiare come ritrovati dei Gentili, perchè le accolsero in altr' età i Cristiani?

Perchè tutti non le condannano? Perchè si insegnano persino nei monasteri?

Tale divieto deve solo aver luogo, quando la fede ne soffra.

8. *Cod. omette* de *per errore del copista.* 31. *Cod. dà* atque *cui fu sostituito in margine da altra mano* neque

patrum determinationibus adversentur. nec par etiam censeo si vel hic vel ille de fide male senserit, scientiam etiam quam tradiderit proscribendam. aliud est enim auctoris crimen aliudque artis, quam invenerit, falsitas vel venenum; ut licet ethnicus, licet 5 publicanus, licet hereticus, licet cunctis sceleribus criminosus verum dixerit vel artem tractaverit que reprehendi non possit, non possint que recte dicta fuerint auctorum crimine condemnari. vellem quod omnes religiosi taliter in grammatica profecissent atque proficerent, quod non audiremus in voce barbarismos, non soleci- 10 smos in constructione, non vocabula distorta contra analogiam, non extra significatum et ut non conveniat collocata(1). non legeremus apud eos: esu quinque prunarum a validis febribus liberatum (2), si didicissent quod prunus feminini generis arbor sit; fructus autem prunum soleat appellari; unde noster Virgi- 15 lius inquit:

In nessun modo però è lecito rendere responsabile la scienza de' trascorsi di chi la coltiva.

Ei bramerebbe quindi che tutti i religiosi fossero eruditi siffattamente nella grammatica da evitare i solecismi, i barbarismi, ed altri gravi errori:

non confonderebbero essi allora « prunum », frutto con « prunus » pianta;

> Addam cerea pruna: honos erit huic quoque pomo (3);

non offenderentur aures nostre, quia non audirent ex ore religiosorum: Dominus dedit nobis physicam in Geneseos, Iob et Ecclesiasten (4). scirent enim Geneseos genitivum esse no- 20 minis huius genesis, non ablativum, nec copulam istam et coniungere posse diversos casus; nec unquam partile bonum dicerent, quod pars esset boni, quoniam omnia desinentia in -bilis

saprebbero che « geneseos » è un genitivo e non un ablativo;

non scriverebbero « partile bonum » per indicar ciò che è parte del buono;

6-7. possint] *Cod.* sint 20. et *omesso nel testo fu aggiunto nell'interlinea.*

(1) Incomincia qui la solenne riveditura di bucce che, come si disse già (ved. nota a p. 207 di questo vol.), il S. non ha potuto a meno d'infliggere al suo focoso avversario, più forte in teologia per fermo che non in grammatica latina.

(2) « Vidi solo manus contactu re« pente ab incurrente cecitate oculum « liberatum; esu quinque pruna« rum ad tegendum miraculum futu« rum speratum a validis febribus « in momento personam plenam sani« tatem cepisse »; *Luc. noct.* cap. XLVIII, cod. Berl. c. 110 A.

(3) VERG. *Buc.* ecl. II, 53. Per tacere dei soliti lessicografi (Papia, Uguccione, Balbi), ricorderò qui un distico, staccato certo da un trattatello d'*Aequivoca,* che fu molto popolare nel medio evo, intorno ai vari significati di « pru« nus », « prunum », « pruna » (v. SCHELER, *Lexicographie lat. du XII^e et XIII^e siècle* &c., Leipzig, 1867, IOH. DE GARLANDIA *Dictionarius*, n. 30, p. 25 e cf. note, p. 52):

> Prunus pruna gerit; defendit pruna pruinas:
> Dum calet est pruna, carbo, dum deficit ignis.

(4) « Dominus enim Deus dedit no« bis phisicam in Geneseos, Iob « et Ecclesiasten » &c.; *Luc. noct.* cap. XLVII, cod. Berl. c. 106 B.

aptitudinem significant et non actum, et necessarium est hoc adiectivum partile per sincopam dictum esse a nomine hic et hec partibilis et hoc partibile, sicut nobile quasi notabile(1). non audiremus legeremusque quotidie vocabulum hoc fiendum, quod, sive nomen sive participium sit, cum ortum non habeat et originis sue participium, prorsus reperiri non potest(2); fiens etenim non habemus, unde posset, si daretur, tale vocabulum exoriri. non dicerent deificam potestatem, quoniam nulla potestas sit Deum faciens, cum Deus prorsus non habeat factionis sue principium nec et esse(3). non facerent de verbo deponente passivum, ut est illud: respublica ordinate moderari non potest(4); non redderent distributivum hoc quilibet, duobus tantummodo suppositis, cuius officium est distribuere circa plura quam duo sint, ut est illud: alias Moyses se ipsum damnasset, damnasset et Abraham; quorum quilibet in scientiis Gentilium eruditissimus fuit(5). nunquam enuntiarent: habeant honos

non userebbero « fiendum » come participio da « fieri ».

Sfuggirebbero certe erronee composizioni quali « deifica »,

non adoprerebbero come passivi i verbi deponenti,

non darebbero a « quilibet » carattere di distributivo;

7. *Cod.* ficus 16. fuit *omesso nel testo è stato aggiunto interlinearmente dal correttore.*

(1) Non mi è riuscito di scovare nella *Lucula* « partile bonum », ma « partilis » vi è usato erroneamente in altri casi: per es. nella frase: « istam « [philosophiam] fateor ab auctoribus « commendatam, si fuerit integra, non « partilis »; *Luc. noct.* cap. XLII, cod. Berl. c. 91 A.

(2) Il Dominici fa di « fiendum » uso larghissimo: « Anne Ovidium in « tanta re memorabor, qui quasi fa- « ctum non tantum fiendum, in « libro de vetula ex libris Albu- « mazar hanc nativitatem divinam... « cantavit? »; *Luc. noct.* cap. III, cod. Berl. c. 5 B: « ideoque quid fien- « dum sit quidve timendum in no- « vissimo libro concludit »; *Luc. noct.* cap. XLVI, cod. Berl. c. 104 B; e cf. anche capp. XLII, XLIII, cod. Berl. cc. 90 B, 92 A.

(3) Anche questo passo mi è riuscito irreperibile. « Deificus » trovasi però usato altrove, nel significato che il S. biasima, nell' opera del Dominici: per es. nella frase seguente: « certeque in puerorum mentibus nul- « lus habitat fulgor deifice cognite « veritatis »; *Luc. noct.* cap. XLVII, cod. Berl. c. 109 A.

(4) « Illi [Romani] evaserunt reipu- « blice patres et mariti quamdiu Gre- « corum litteris caruerunt et respu- « blica christianorum non creditur « bene posse moderari, nisi Tul- « lius loquatur in ea » &c.; *Luc. noct.* cap. XX, c. 37 A.

(5) « Nusquam autem in legalibus, « in quibus prohibentur observaciones « stellarum, somniorum augurii et fa- « miliaritates gentilium, interdicte le- « guntur lectiones librorum ipsorum. « alias Moyses se ipsum dampnasset, « dampnasset quoque et Habraham « patrem suum et gentis sue, quorum « quilibet in scientiis gentilium eru- « ditissimus fuit »; *Luc. noct.* cap. V, cod. Berl. c. 8 A.

qui tulerint onus [1], sumentes in neutro genere nomen honos, cum sit procul dubio masculini. cithareda non dicerent, sed potius latine citharedus [2]; non allegarent dialogum ad Hortensem, sed ad Hortensium [3], sicut decet. non facerent ineptam tmesin, dicentes hi sepe ponantur et numero, quasi sepenumero, idest multotiens ponantur [4]. dicerentque non humanum genus, sed humani generis directiva [5]; non facerent hoc nomen Averrois indeclinabile, sed scirent in -im quartum casum, tertium autem et sextum in -i rationabiliter terminari: ex quo non scriberent: Averrois in hoc pre ceteris defendente [6]. scirent quod adiectiva desinentia in -ius comparativa non habeant, et ob id non dicerent: ut proprius loquar, vel: gaudium per iubilum sermonem proprius exprimitur; nec etiam uterentur hoc adverbio propriissime [7]. et ut ad significata veniam, quis diceret: ulla divini-

conoscerebbero che « honos » è di genere mascolino e non neutro: che in latino non si dice « cithareda », ma « citharedus », e che l'amico di Cicerone era Ortensio e non Ortense. Non separerebbero inettamente in due « sepenumero ». non costruirebbero « directiva » coll'accusativo: non stimerebbero « Averrois » nome indeclinabile.

Avrebbero notizia che gli aggettivi in *-ius* non hanno comparativo;

e, per venir ad altro, si guarderebb-

4. *Le parole* sed ad Hortensium *omesse nel testo leggonsi in margine aggiunte dal correttore.* 5. *Cod.* themesem sepe *omesso nel testo è stato aggiunto interlinearmente.* 13. *Cod.* iubilem; *ma nè* iubilus *nè* iubilis *si rinvengono nei lessici.* 14. nec] *Cod.* hoc

(1) « Anne putabo furandum esse, ut « cum dedecore restituere cogar in« vitus? habeant honos qui onus « tulerunt »; *Luc. noct.* cap. VIII, cod. Berl. c. 11 A.

(2) « Citharoeda »; che in latino ricorre, quantunque raramente, come attributo femminile; è usato molto spesso dal Dominici per « citharoedus »: « gramaticus non erit neque cytha« reda vel musicus»; *Luc. noct.* cap. XVI, cod. Berl. c. 28 B; « si negligenter Do« mini cithareda speculationi ce« lestium rerum affixus populum a « Deo commissum dilexit »; *Luc. noct.* cap. XIX, c. 35 B. Altrove tuttavia egli chiama correttamente Davide « Do« mini citharedus »; *Luc. noct.* cap. IX, cod. Berl. c. 13 B.

(3) « Tullio teste in fine dyalogi « ad Ortensem, quemadmodum li« bro .XIIII. de Trinitate recitat Au« gustinus » &c.; *Luc. noct.* cap. IX, cod. Berl. c. 14 B. Però in altri due luoghi il nome dell'amico di Cicerone è scritto a dovere; cf. *Luc. noct.* cap. III e cap. XXVI, cod. Berl. c. 2 B e c. 47 A.

(4) Questo passo mi è sfuggito.

(5) « Pertractandum est igitur in « hoc articulo nono, quod sola sacra « sophia est sancta philosophia suffi« cientissime humanum genus ad « quelibet agenda directiva »; *Luc. noct.* cap. XXXVII, cod. Berl. c. 74 A.

(6) « Hinc aiunt nullam esse sub« stantiam nisi corpoream, unicum « esse intellectum actuum cunctis ra« tionabilibus influentem, quorum qui« libet proprio viget possibili vel pas« sibili intellectu, Averrois hoc pre « ceteris deffendente »; *Luc. noct.* cap. XXIII, cod. Berl. c. 41 B.

(7) L'uso del « proprius » qual comparativo neutro è tanto comune nella *Lucula* che stimo inutile recarne esempi. Solo dirò che la seconda frase qui citata: « Gaudium nempe mentis per iubi« lum (*sic*) sermonem proprius expri-

bero bene dall'usare « ullus » per « nullus »;

« sine fallo » in luogo d'« infallibiliter »;

non scriverebbero con barbara ortografia « micci, niccil, bratium »,

in guisa da apparir non meno rozzi in ciò di quanto sembrar sogliano i Francesi, che di latino sono ignorantissimi.

È veramente vergognoso trovar nei

tas extingui potest[1], ni fratres qui differentiam non faciunt inter ullus et nullus, quique non percipiunt ullum idem significare quod aliquem? quid est, obsecro, quod religiosis omnibus est in ore pro infallibiliter dicere sine fallo?[2] et ut ab his nugis abscedam, et que quotidie peccantur in orthographia, in qua quidem re plurimi sunt religiosi, aliqua ex parte contingam, quid est dicere micci, vel niccil[3], quid est dicere bratium? nunquam, fatebor enim ingenue, potui videre talis ignorantie rationem, nisi quod apud Gallos, quibus latinitatis est summa barbaries; mos enim eis est cum iuxta suum idioma volunt scribere civalier et in similibus omnibus ubique scribere chivalier, quasi latine non crassius sed minus exiliter et strictius sonet c cum aspiratione quam si per se solum cum i vel e scribitur vel profertur[4]. sed hec et plusquam sexcenta talia dimittamus. maximus etenim pudor est videre quotiens et quantis

« mitur quam quocunque signo aliquo « aut corporis gestu » si legge in *Luc. noct.* cap. XXV, cod. Berl. c. 46 A. Ed il superlativo « propriissime », a ragione biasimato dal Nostro, vi ricorre nel cap. XXXVI: « et si frequen- « ter Deus sub membris nominatur « humanis, tamen semper apud se, ubi « prius et post non inveniunt sedem, « fuerit homo non ficte sed propriis- « sime ex artubus illis espressus »; cod. Berl. c. 73 A.

(1) Quest' esempio m' è rimasto irreperibile; ma « ullus » per « nul- « lus » si trova più volte nel libro di frà Giovanni: « sunt enim aliqua « que ... ullo tempore, loco vel in- « tentione a quoquam possunt bene « fieri » &c.; *Luc. noct.* cap. XLII, cod. Berl. c. 90 B.

(2) « Eritne qui dicat ethnicos qui « dicuntur morales, ad Christum col- « ligere? ymmo sine fallo disper- « gunt » &c.; *Luc. noct.* cap. XLIII, cod. Berl. c. 92 B.

(3) Queste grafie sono sparite nei codd. Laur. e Berl., dove si trova scritto secondo la comune ortografia « mihi », « nihil », ovvero « michi » e « nichil ». I lettori rammenteranno come anche il Poggio s'attenesse alla grafia senz' h, rimproverata qui al Dominici dal S.; cf. ep. XXII di questo libro, p. 162.

(4) Il suono *š*, sviluppatosi da c+a, iniziale d'una parola ovvero iniziale d'una sillaba dopo una consonante, è stato reso fin da antichissimi tempi in francese con ch; grafia che rimase sempre intatta, quantunque la pronuncia della palatale, poi affricata, si modificasse nel corso de' secoli non lievemente; cf. NYROP, *Grammaire histor. de la langue franç.*, Copenhague, 1899, I, 316 sgg. Su cotesta grafia niun'osservazione troviamo fatta nel più antico trattato sulla pronunzia e l'ortografia francese che si conosca, l'*Orthographia Gallica*, edita da J. Stürzinger nel vol. VIII dell'*Altfranzösische Bibliothek* di W. FOERSTER (Bonn, 1884); e neppur il Beza che l'accenna, ne fa argomento di discussione; ved. TH. BEZA, *De francicae linguae recta pronuntiatione* (1584), ed. Tobler, Berlino-Parigi, 1863, p. 22 sg.

vestrorum religiosorum ignorantia deprehendatur solum in horum primorum habituum ratione[1]. quo fit ut latine loqui nesciant et ipsas sacras litteras et dicta doctorum ad intelligentiam non capescant. sed, cum ars grammatice prima sit tam perceptione 5 quam ordine, et inventio sine dubio sit, sive speculationem consideres sive positionem inspicias, Ethnicorum, et ea non ratio solum sed ipsa necessitas presupponat, nec aliunde possimus quam unde sumpta fuit, ab Ethnicis videlicet, eam habere, etsi Christiani eam tractaverint, a Gentilibus certissime sumpserint quicquid di-10 cunt, cur hec et alia studia prohibes Christianis? et unde didicit Ecclesia primitiva quod diceret nisi a traditionibus Ethnicorum? quomodo, cum acceptatio vocatioque divina provenit ad gentes, cognoscere potuissent sacras litteras intelligereque quod preciperent atque vellent, si sua studia, Grecorum scilicet Latino-15 rumque grammaticam, nescivissent? cur eam in vestris congregationibus et ecclesiis doceri facitis et addisci? sed de hoc iam satis dictum arbitror. nec te puto, licet universaliter videaris seculares litteras interdicere Christianis, hoc te, cum ista legeris, negaturum verum; quia, teste Quintiliano, cum hec professio, ut eius verbis 20 utar, brevissime in duas partes dividatur, recte loquendi scientiam et poetarum enarrationem, plus habet in recessu quam fronte promittit. et infra: nec poetas legisse satis est: excutiendum

religiosi tanta e tale ignoranza in quanto concerne gli elementi primi del sapere.
Di qui avviene che nè sappian parlare nè intendere le Scritture e i libri de' Padri.
Or poichè la grammatica è invenzione de' Gentili e non v'ha modo di dedurla da altre fonti, ed i Cristiani di là soltanto la trassero, perchè vieta il Dominici ai fedeli siffatti studi?
Di essi si giovò la Chiesa fin dai primi tempi, nè avrebbe potuto farne a meno, come non possono trascurarla i moderni ecclesiastici.

Ei conclude doversi dunque studiare la grammatica, di cui chiarisce la grande importanza, valendosi delle parole che Quintiliano ha usato a celebrarla,

16. de *aggiunto in interlinea.* 18. *Cod.* indicere

(1) Da questo gagliardo attacco aveva già in anticipazione tentato difendersi, come s'è detto sopra (nota a p. 207 di questo vol.), il Dominici confessando la propria grammaticale imperizia: «Ego quidem fateor in con-«scientia vera, teste Spiritu sancto, «non solum me non esse rethorem, «sed nunquam gramaticam sub pre-«ceptore vidisse; nullas gramaticorum «regulas legi, Donatum non didici, «nominum verborumque differentias «penitus ignoro, et solo exercitio for-«mas, ut possum, quas studui per me-«metipsum, ethnicos et catholicos an-«tiquos et modernos metris et prosa «currentes loquor imitatus doctorum. «et tamen veritatem veneror, rem «preferens dictis, dicta vera non dam-«pnans. non est ergo philosophia «in verbis primitus exquirenda, sed in «rebus precipue colenda»; *Luc. noct.* cap. XLII, cod. Berl. c. 91 B. Da coteste dichiarazioni sant'Antonino cavò argomento a lodare il proprio maestro, perchè «quasi alter Augustinus per se «omnia didicit quae legere potuit»; *Summa* cit. in op. e loc. cit. Di qui deriva quanto leggiamo in RAPH. VOLATERRANI *Commentar. Urban. libri XXXVIII,* Basileae, MDXLIIII, p. 241, sul conto del Dominici e del libro suo.

illustrandone le relazioni con tutte le rimanenti arti liberali.

omne scriptorum genus, non propter hystorias modo, sed verba, que frequenter ius ab auctoribus sumunt. tum neque citra musicen grammatica potest esse perfecta, cum ei de metris rhythmisque dicendum sit; nec si rationem siderum ignoret, poetas intelligat, qui, ut alia mittam, totiens ortu occasuque signorum in declarandis temporibus utantur: nec ignara philosophie, tum propter plurimos in omnibus ferme carminibus locos ex intima naturalium questionum subtilitate repetitos, tum vel propter Empedoclea in Grecis, Varronem ac Lucretium in Latinis, qui precepta sapientie versibus ediderunt. eloquentia quoque non mediocri est opus, ut de unaquaque earum, quas demonstravimus, rerum dicat proprie et copiose. et cum ista narrasset Fabius, subinfert: quo minus sunt ferendi, qui hanc artem ut tenuem ac ieiunam cavillantur, que nisi oratori futura fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris corruet: necessaria pueris, iocunda senibus, dulcis secretorum comes, et que vel sola in omni studiorum genere plus habeat operis quam ostentationis. hec excultissimus auctor M. Fabius Quintilianus I n s t i t u t i o n u m o r a t o r i a r u m libro primo (1). quibus iungi debet, ut amplitudo huius facultatis intelligatur, quod Marcianus Mineus Felix Capella nomine libris edidit, quibus post duos primos de nuptiis Philologie et Mercurii, septem liberalium artium doctrina mire brevitatis perfectione narratur; ut cum hoc scire docereque grammatice sit et istius doctrina debeat omnibus anteponi et ea cum ceteris Gentilium traditiones sint, rationabiliter et necessario concludatur, nedum hec non prohibenda Christianis, sed omnibus aliis studiis premittenda. sed de hoc alias. nunc autem, quoniam de grammatica satis dictum est, ad logicam veniamus.

Alla testimonianza di Quintiliano è da aggiungere poi quella di Marciano Capella.

La grammatica non deve dunque proibirsi ai Cristiani ma considerarsi quale indispensabile fondamento della loro educazione intellettuale.

II. Quis negare potest, cum dialectica sit inquisitiva veritatis, que sola finis est omnium liberalium artium et quaruncunque scientiarum, quod hanc necesse sit discere Christianos? fides enim nostra summa veritas est, et in quam infinitis veritatibus veniatur. cum igitur hec inveniende veritatis instrumentum sit

Passa poi a toccar della logica, di cui l' importanza non è men grande per tutti,

come mezzo per discovrir il vero.

29. *Cod.* An logica christianis adiscenda sit et quando. Capitulum tercium. Rubrica.

(1) M. FAB. QUINTIL. *Instit. orator.* I, IV, 2, 4, 5. Il testo s'allontana molto dalla vulgata.

atque iudicande, quis non videt Christi fidelibus eam necessariam non fore, sed esse, ut possint ad christiane veritatis terminum pervenire? incipietne fidelis addiscere primo que sunt fidei et postquam ex his fecerit, ut vis, habitum, se convertet ad illa di-
5 scenda, quibus iam percepta vel intelligat vel defendat? dic michi, venerabilis mi Iohannes, quando potest esse humana ratione quis in fidei sinceritate usquequaque firmatus, nisi ad hanc veritatem, discussis infinitis dubitationibus, quibus ea labefactari soleant, intellectis atque sublatis multis hinc inde ratiocinationibus
10 veniatur? verissimum enim est quod, teste Cicerone, Democritus dixit, naturam scilicet veritatem in fundo penitus abstruxisse [1]. ut si natura veritates; naturales scilicet, alias quidem non norit; in profundum abstruxit, quid putandum est de illa infinita potentia, que sic natura est, quod merito recteque supra
15 naturam debeat appellari, presertim cum illa finita sit, hanc autem infinitam oporteat confiteri? quo profundo, quo baratro quoque abyssu debet supranaturalis veritas delitere?

Dovrà il credente prima imparare quanto è materia di fede, e poscia sforzarsi a cercare il modo di intendere e sostenere le credenze proprie?

Se, come voleva Democrito, la verità naturale è già difficilissima ad eruire,

che sarà di quella soprannaturale?

Nunc autem que sola fide tenemus talia sunt, quod ad ea naturalis ratio non pertingat, ut facile sit sola fide fundatum ali-
20 cuius humane rationis apparentia loco, quem tenuerit, dimovere. quare necessarium est neophitis cum fide simul addiscere qua ratione valeant se tueri. quis enim consentiat tirones, rei militaris inexpertos et rudes, sine doctrina preceptisque bellicis armorum periculis commisceri, qui non habeant, imo nesciant, arma
25 quibus se tueantur adversariosque adoriantur et feriant? qua ratione poterunt etiam in pugna leviore versari? addiscant simul arma tractare, pugnare, vincere rebusque dubiis obviare, ne primo congressu territi pedem retro ferant, aut, si discedere nequeant, capiantur. sed iam satis de logica dictum sit, que quidem capit
30 cogitque suis rationibus intellectum; et ad rethoricam, que cum voluntate congreditur, veniamus. ambe quidem, licet diverso tramite, finem unum intendunt, quamvis una dilucidet intellectum ut animo sciat, altera disponat ut velit, et alia ratione illa probet ut doceat, hec vero persuadeat ut inclinet.

Or quanto la fede ci impone di credere è tale di per sè che la ragione umana non è capace d'intenderlo; di qui la necessità di porgere ai novizi le armi per tutelare la fede loro.

Ma basti della logica: è tempo di venir alla retorica che, sebbene per diversa via, tende al fine stesso cui la volontà aspira.

(1) Cf. Cic. *Academ.* II, 32.

Affida a sant'Agostino la difesa della retorica, giacché egli nel *De doctrina christiana* ne ha dichiarato la somma utilità,

III. Nescio qualiter hoc commodius expedire valeam quam cum divo Aurelio Augustino. dicit enim in quarto De doctrina christiana questionem hanc absolvens in hac forma, videlicet: nam cum per artem rethoricam et vera suadeantur et falsa, quis audeat dicere adversus mendacium in defensoribus suis inermem debere consistere veritatem, ut videlicet illi qui res falsas persuadere conantur, noverint auditorem vel benivolum vel intentum vel docilem prooemio facere: isti autem non noverint? illi falsa breviter, aperte, verisimiliter, et isti vera sic narrent ut audire tedeat, intelligere non pateat, credere postremo non libeat? illi fallacibus argumentis veritatem oppugnent, asserant falsitatem; isti nec vera defendere, nec falsa valeant refutare? illi animos auditorum in errorem moventes impellentesque, dicendo terreant, contristent, exhilarent, exhortentur ardenter; isti vero pro veritate lenti frigidique dormitent? quis ita desipiat ut hoc sapiat? cum ergo sit in medio posita facultas eloquii, que ad persuadenda seu prava seu recta valet plurimum, cur non bonorum studio comparatur, ut militet veritati, si eam mali ad obtinendas perversas vanasque causas in usus iniquitatis et erroris usurpant? (1) hec pater sanctissimus Augustinus. et quid? videturne tibi tantus doctor rethoricam, licet sit traditio Ciceronis, instrumentum singulariter, telum et iaculum Ethnicorum, Christianis et Dei viam ingredientibus inhibere? videbat in aliis, sentiebat etiam in seipso quam facile docti grammaticam, logicam atque rethoricam in veritates theologicas penetrarent. videbat quam hec necessaria sint neophitis, ut sacras litteras intelligant atque discant.

da lui stesso esperimentata, quando volle trarsi dai lacci del manicheismo;

recordabatur, cum incidisset in heresim manicheam, quanto sibi fuissent ista presidio, ne per inscitiam in incepti iam erroris impietate maneret.

alla sua stessa conversion del resto aveva dato impulso la lettura dell'*Ortensio* ciceroniano.

nec oblitus erat quod primus sue sibi salutis splendor effulsit de tenebris Ciceronis, cuius linguam, ut ipse idem inquit, fere omnes mirantur, pectus non ita. sed liber ille ipsius exhortationem continet ad philosophiam, et vocatur Hor-

1. *Cod.* De rethorica, nunquid christicolas deceat eam addiscere atque quando. Capitulum quartum. Rubrica. 28-29. *Dopo* impietate *cod. reca* iam *cancellato*.

(1) S. Aur. Aug. *De doctr. christ.* IV, II, § 2, in *Opera,* III, I, col. 89. E cf. l'epistola XXIII di questo libro, p. 204.

tensius; ipse vero liber mutavit affectum meum, et ad te ipsum, Domine, mutavit preces meas, et vota ac desideria mea fecit alia. viluit michi repente omnis et vana species, immortalitatem sapientie concupiscebam estu cordis incredibili et surgere iam ceperam, ut
5 ad te redirem [1]. hec omnia pater Augustinus, quibus videre potes quem fructum elicere noverit creator, redemptor et Deus noster de medio quisquiliarum et sordibus Ethnicorum; ut quas per Dei gratiam sibi fuisse meminerat ad salutem, quas sciebat nedum instrumentum esse, sed collectionem etiam plurium veritatum,
10 quasque norat indaginem veritatis, arma, tela et instrumenta defensionis atque victorie, si de fide vel sacris litteris decertetur, non doceret Christi fidelibus inhibendas. quis enim de scholarum auditorio iubeat in exilium ire doctrinas, quibus quotidie proficitur et magis atque magis in veritatem, que queritur, gra-
15 diatur? pone tibi ante oculos unum quempiam in trivio, hoc est sermocinalibus scientiis, eruditum: fac ipsum cum alio, quenvis, qui studia illa non calleat, fidei christiane doctrinam et sacrarum litterarum institutionem incipere; quem putas citius et perfectius imbui posse vel debere: peritum illum, an rudem et penitus
20 ignorantem? denique cum totum logice trivium via sit, transitus et non finis, et ordinata ut alia discere valeamus, non ut remaneamus in ipso, nonne preposterum est et penitus irridendum, quod, adepto fine, ad ea que sunt ad finem ordine retrogrado convertamur? si postquam, ut vis, perceperimus que sunt fidei et in ea solidum
25 fecerimus fundamentum, hec discenda sunt, dic, obsecro, propter quid? an ut in istis maneas? at finis non sunt. an ulterius progrediare? at iam transmisso termino finem omnium doctrinarum post humeros reliquisti. non video, mi Iohannes, huius opinionis aliquam rationem; nisi quod, quasi finem non attigeris, sicut mos
30 est errantibus in itinere, si viam veram, debitam et rectam amiserint, ad erroris initium revertaris. sed hec satis. commodius enim atque cum hec omnia simul miscebimus, tractabuntur. verum, quia restat quadrivium, ne tractatum hunc ad tuum atque

Di qui si vede come Iddio pur dalle quisquilie de' Gentili sappia trarre mirabili frutti;

e come sant' Agostino non possa annoverarsi davvero tra gli avversari degli studi liberali.

Pongansi del resto di fronte un erudito ed un ignorante: quale dei due più presto si imbeverà delle sacre dottrine?

Siccome poi il trivio è non fine, ma strumento a progredir più innanzi, come sarebbe tollerabile che prima si toccasse la meta e quindi si rifacesse il cammino che ad essa conduce?

Ma basti anche di questo; or rimane a discorrere del quadrivio.

33. *Cod.* quadruvium

(1) S. AUR. AUG. *Conf.* lib. III, cap. IV, in *Op.* cit. col. 685, § 7.

legentium fastidium extendamus, de toto simul quadrivio disseramus.

Che c'è mai nel quadrivio, ove si tengano precisi confini all'astrologia, che contrasti alla fede o ai precetti delle Scritture sacre?

Posto pur che le dottrine in esso insegnate mescolino al vero alcunche di falso,

verun danno da ciò proviene all'integrità della fede nè alcuna verità teologica ne rimane offesa.

Questo si dica delle teoriche che espone la geometria,

di quelle che l'aritmetica sviluppa,

svolge la musica,

ed espone l'astronomia.

IIII. Quid est in toto quadrivio, venerabilis mi Iohannes, si astrologiam contraxeris ad ea que geometria arythmeticaque probantur aut velut probabilia recepta sunt circa stellarum et siderum motus et situs, quod fidei nostre vel sacris litteris contradicat? possunt forsan in traditionibus istis esse mendacia, quoniam nichil in humanis inventionibus est perfectum; verum contra fidem in his doctrinis nichil arbitror reperiri; nam tametsi falsum esset quodcunque notissimum principium ex his que pro veris et certissimis recepta sunt, quibusque non posset intellectus hominis dissentire, nichil tamen ad integritatem fidei pertineret, nec alicui theologice contradiceret veritati. etenim, ut a geometricis inchoemus, si non sit forte verum quod si ab equalibus equalia demas, dempta et a quibus dempseris equalia sint, licet tali que presupponitur falsitati repugnet sensus et nullus consentiat intellectus, si tamen falsum esset, nichil prorsus ad theologicam veritatem et nostre fidei argumentum penitus importaret. similiter etiam, ut ad arythmetica veniamus, si sit eadem propositio falsa, nec verum sit quod, si a tribus pluribusque decadibus, earum scilicet quamlibet diadem demas, remanere tot octoades et diades quot fuisse decades presupponas et ea ad invicem equalia remanere, licet artifex aliquis hoc diceret et in arte receptum esset, nichil prorsus ad divinarum Scripturarum veritatem vel integritatem fidei impedimento foret vel errorem aliquem generaret in fide, que non est de numeris, sed de Deo; nec unquam talis falsitas et de aliter esset in Deo, nisi quatenus verum est hoc quod dicitur esse falsum. et si ratio toni non esset in proportione sesquioctava, hoc est inter enneadem et octoadem, sicut habet traditio musicorum(1), quid ad fidem et divinitatis noticiam pertineret? et licet quicquid tradunt astronomi de motibus magnitudineque stellarum, siderum signorumque spaciis et latitudine

1. *Cod.* quadruvio 3. *Cod.* De quadruvio, numquid ipsum christianis discere liceat, quamvis sit gentilitatis invencio. Capitulum quintum. Rubrica. *Cod.* quadruvio 29. *Cod.* eunadem

(1) Cf. per tutti BOET. *Instit. music.* I, IX.

non sit certa noticia, sed titubans potius coniectura, quid nocere potest sinceritati fidei vel theologice veritati? nescio videre, carissime mi Iohannes, quod esse possit in studiis istis de fide periculum, licet sint Ethnicorum labor et Gentilitatis inventum. 5 possunt ista sine dubitatione prodesse, nocere vero non queunt. quod si mysticos sensus inspexeris numerorum, invenies hanc doctrinam ad theologiam sacrasque litteras et sanctorum doctorum intellectum non utilem solummodo, sed necessariam et talem quod qui traditiones illas non calluerit perfecte recteque, nun- 10 quam possit assequi theologicam facultatem. illic videbit monadem, que cum a numero nullo fiat, pater est et mater omnium numerorum, Deo simillima, qui cum a nullo sit, factor est celi et terre, visibilium omnium et invisibilium [1]. monadem videbit, inquam, que tante fecunditatis atque potentie est, quod in 15 augendo nullum prorsus inveniat terminum atque finem et cum incrementi fixum ultimum non sit dare, cum nullus tante molis numerus esse queat, ultra quem addendo procedere non possit unitas vel collectio quelibet unitatum, non est possibile, quoniam finis reperiri non possit, resolutionis initium reperiri fierique re- 20 cursus in ipsam unde proceditur unitatem. et sicut multiplicata per semet unitas, nichil prorsus efficit nisi simpliciter unitatem, sic Deus pater ex se filium generans, Deum scilicet de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, Deos non multiplicat, sed penitus remanet unus Deus [2]. et ut ab unitate 25 transeamus ad numeros, triadem, que primus numerus est, quoniam nullam prorsus per aliquem numerum recipit sectionem, in huius artis percipiet theoria Deo dicatam et ipsi multis rationibus convenire. inveniet enim eam primam omnium numerorum principium, medium atque finem, quod perfectionem ar- 30 guit possidere, nec in istis tribus maius invenitur aliquid unitate. principium siquidem monas est, medium monas et in monadem terminatur. nulla prorsus maioritas est in eis; equalia

Qual pericolo s'asconda in siffatti studi, sebbene ritrovato dall'antichità, ci non arriva a vedere.

Ben vede invece come si possano cavare ottimi risultati dall'esposizione mistica dei numeri, tanto alla teologia utili ed efficaci:

che, avvertita la eccellenza della monade,

mette in rilievo l'alto significato della triade, il primo tra i numeri.

31. *Cod.* quidem*; la sillaba si è aggiunta in interlinea.*

(1) Cf. s. PAUL. *Ad Coloss.* I, 16.

(2) Per quanto spetta al significato mistico ed allegorico de' numeri e soprattutto della monade cf. l'ep. IX di questo libro, p. 48 sgg. ed i rinvii fatti in nota.

quidem sunt; nulla temporalis prioritas, cum indivisibilia sint nec possint aliqua temporis vel alterius rei longitudine mensurari. videbit typice perfectionis numeros, qui congregatis partium eos dividentium numeris nec a toto deficiunt nec supra totum exundant, qualia de senario referuntur. dividitur enim per unum, duo et tria, que si simul colligas, nec in diminutum exeunt numerum, quales sunt, excepto senario, cuncti numeri, quos infra duodenarium computamus; vel in superfluum, quales supra undecim et proximum et multos alios est videre; cognoscetque numerum hunc perfectum perfectioni cunctarum rerum, quas Deus creavit, qui cuncta fecit in numero et mensura [1], Prophete testimonio, suffecisse. nec ignorabit huius doctrine peritus perfectionis eius numeros adeo raros esse, quod solum unum sit infra versum quemlibet reperire. primus quidem numerorum versus unitatum est; secundus decadum; tercius ecadum; quartus chiliadum. unitatum infra denarium perfectus numerus est; decadum, idest infra centenarium; vigesimus octavus ecadum, hoc est infra millenarium. unus est scilicet quadringentum nonaginta sex, intra decem millia vero perfectus est numerus octo milium centum et viginti octo. ceteri vero numeri vel superflui sunt vel diminuti. videbit regulam inveniendi per singulos numerorum versus hos numeros, quorum partes totum ipsum perficiunt et adequant; discet hos numeros similes esse virtutibus, que medium illud tenent quo unaqueque perficitur et

Quod ultra citraque nequit consistere rectum,

ut Flaccus ait [2]. cognoscet in hac arte infinita cuiuslibet mystici numeri sacramenta, que divinitati conveniunt et necessaria sunt ad sacrarum litterarum liquidum intellectum, sine qua doctrina in vanum laborabunt divine Scripture sensum et penetral invenire.

Et ut ad geometrica veniamus, quorum principia sunt punctus, linea et superficies, que corpora quidem non sunt, sed termini quibus corpora finiuntur, et tandem cubus triplicis dimensionis ratione perfectum et solidum corpus, quibus mira subtilitate Trinitatis unitas investigatur. prima quidem, ut ad mathematica ve-

(1) Cf. *Sap.* XI, 21. (2) Hor. *Sat.* I, 1, 107; ma il testo « quos ».

e poi di notizia di quant'altri numeri esistono, così perfetti come imperfetti.

Altrettanto è a dire della geometria, le figure della quale, come il cubo

niamus, et minima superficies triangulo terminatur: qui quidem ita tricuspis est, quod unus solus sit triangulus et non plures; sic inenarrabilis Trinitas tres personas habens unicus Deus est; unus quidem identitate substantie; trinus vero personarum multiplicitate. 5 alius est Pater, alius Filius, alius est Spiritus Sanctus; sic tamen quilibet alius quod non aliud. sic in triangulo alia cuspis dextera, aliaque sinistra, aliaque etiam, que superior est, ex duabus illis proveniens et procedens. sic etiam cubus longus est, latus et profundus, nec longitudo, profunditas vel crassitudo aliud quiddam 10 a cubo sunt, sed simul ea omnia prorsus idem; sin autem vicissim, ipse divisim invicem conferantur. alia penitus est longitudo, alia profunditas, alia crassitudo, sed non aliud. hec quidem et alia plura, que ad divinitatem spectant, occurrent neophito qui geometria curaverit erudiri, quibusque cum in contemplationem divini- 15 tatis venerit, noticia rerum istarum poterit consolari, nec solum esse doctior, sed certior atque paratior se opponentibus respondere.

ed il triangolo, rendono immagine della Trinità.

Musica vero discet; quod David regem sanctissimum legimus multifecisse; Deo canere laudes et cantica canticis cumulare. videbit admirabile quoddam; sic videlicet esse septem discrimina 20 vocum, quod primam et octavam in unitatem sibi videat simul respondere. sed super omnia mirabitur et videbit tantam esse potentiam unitatis, quod duarum cithararum fidibus, consona protensione in unius vocis sonoritate firmatis, si prope fuerint et unam percusseris, altera resultabit et cordula cordule, que fuerit unissona, 25 motu saltem vel etiam adsibilo respondebit. que qui viderit mirabitur Dei potentiam et rerum omnium ob Dei similitudinem venerabitur unitatem.

Nè meno efficace aiuto offron a penetrar i divini misteri la musica

Quid de astronomia dixerim, que cum celestia contempletur, varietate motuum, magnitudine rerum, ornatu mundi et pulcritu- 30 dine celi creaturam ad rerum omnium dirigit creatorem? in qua quid potest contra veritatem addisci quidque quod sacris adversetur litteris inveniri? cum patre quidem Augustino futurorum iudicia, que pretendunt astrologi, penitus sentio nichil esse (1), nec

e l'astronomia.

8. *Cod.* cobus

(1) Cf. s. Aur. Aug. *De civit. Dei* lib. V, cap. 1; e cf. l'epistola xii di questo libro, p. 87 sgg.

eam stulticiam arbitror inter liberales artes; quicquid aliqui velint et sentiant; enumerandam. etenim, ut aliquando cecini,

> Non humana quidem, sed vis divina futuros
> Eventus rerum prenoscere; nam Deus ipse
> Solus ab eterno sua queque in tempora cernit, 5
> Altaque mortales premit ignorantia visus (1).

Verrà adesso a trattare della poesia, quantunque presupponendo dessa la cognizione di tutto il trivio, il quadrivio e d'ogni scienza umana e divina, potrebbe parer più conveniente discorrerne dopo aver esaurito tutto il resto.

V. Forte rectius erat, cum poetica totum trivium, quadrivium philosophiam omnem, humana divinaque et omnes prorsus scientias presupponat, post hec omnia de ipsa tractare. sed quia iuxta Quintiliani sententiam, ut superius ostensum fuit, videtur poeta- 10 rum enarratio ad grammaticam pertinere (2), et prout ars et scientia est pars una logice, hoc est sermocinalis scientie, et distincta facultas est, et de qua Philosophus speciali libello tractatum habuit singularem (3), non inconveniens est de ipsa cum libera- libus artibus disputare. pro cuius introductione sciendum est 15 quod omnis latine locutionis ratio versatur in terminis, in quibus quidem duo et duo consideranda sunt: significatio quidem et modi significandi, quibus perfecta sententia congruaque locutio perficitur et creatur; altera sunt syllabarum quantitas et dictionum accentus, quibus pronunciatio variatur. terminorum autem duplex 20 est ratio: una est secundum communis et attribute significationis simplicitatem; altera secundum singularem intellectus assumptam in vi similitudinis commutationem. prima fit pura, communis et usitata moxque et simpliciter veniens ad intellectum oratio; et hec est grammaticalis et ab omnibus usurpata locutio. altera 25 vero sermo fit figurativus, intendens aliud quam pre se ferat, movens ex similitudine phantasiam tandemque duplici sensu tangens et erudiens intellectum. que quidem oratio pertinet ad poetas. que vero narratio dictionum accentibus est contenta, soluta dicitur; non quod suis ligata non sit numeris, sed per dictio- 30

È qui a considerare che ne' termini dell'elocuzione latina sono a distinguere: il significato, i modi di significare, la quantità delle sillabe e l'accento delle parole.

I termini poi hanno un duplice valore: proprio o figurato.

Usati nel senso proprio dànno l'elocuzione grammaticale, a tutti comune: nel figurato invece, formano il linguaggio poetico;

7. *Cod.* De poetica et primo quibus ex rebus conficiatur et quem inter scientias gradum obtineat. Capitulum sextum. Rubrica. *Cod.* quadruvium 12. *Cod.* loyce

(1) Son questi gli ultimi quattro versi dell'epistola metrica indirizzata il 12 luglio 1378 dal Nostro a Iacopo Allegretti, ristampata da noi in calce all'ep. XI del lib. IV; I, 288.

(2) Cf. quest' epistola, p. 221 sgg.

(3) Allude, com'è chiaro, alla *Poetica* d'Aristotile.

nes; et hec prosaica nuncupatur; illa vero que syllabis nexa est, ligata solet et metrica communiter appellari. prima quidem simplex et contenta solis accentibus dictionum, oratorum est et communiter omnium qui loquuntur; altera vero duplex et, 5 ut ita loquar, bilinguis, syllabicatim examinata et nexa, solis congruit vatibus et poetis. his ita breviter ad intellectum poetice pro materie necessitate transcursis, cum prodesse velint aut delectare poete [1]; prodesse quidem reprehendendo vitia, delectare vero commendando virtutes; etenim, ut vult Aristoteles, 10 omne poema et omnis oratio poetica aut est vituperatio aut laudatio [2]; que cum ita sint, quid esse potest in arte poetica contra fidem vel quod sacris litteris sit repugnans? quid licebit addiscere Christianis, si laudare virtutes et reprehendere vitia non licebit? nescio videre unde tu et alii, qui poeticam abhorretis, 15 prohibitionem tam acerrimam deducatis, curque vobis ista facultas tam detestabilis videatur. nam, quanvis poetice proprium sit, ut inquit Alpharabius, sermonibus suis facere imaginari aliquid pulcrum vel fedum quod non est, ita ut auditor credat et aut abhorreat vel appetat [3]; quamvis etiam certi simus quod non 20 est ita in veritate, tamen exiguntur animi nostri ad horrendum vel appetendum quod imaginantur, tale quidem non est quod a fidelibus debeat recusari vel Christianis rationabiliter interdici. male quidem minusque christiane fecissent Iuvencus atque Sedulius, quos scimus historias evangelicas divini carminis elegantia 25 cecinisse; stulte fecisset Arator, qui gesta sanctissimorum apostolorum cum expositionis allegorice luminibus, grandiloquis versibus alligavit [4]. Petrus etiam de Riga damnabiliter laborasset,

e questo è il discorso metrico; l'altro è il prosaico: l'uno è proprio degli oratori e in generale di quanti favellano; l'altro, duplice e bilingue, spetta ai soli poeti.

Or siccome ufficio di costoro è lodar il bene e biasimare il male, come Aristotele comprova,

che può esservi nell'arte poetica di ripugnante alla fede o alle sacre dottrine?

Non si comprende onde il Domenici, e quanti la pensano come lui, traggano fondamento al loro rigore.

Chè se quanto la poesia ci presenta è falso in sè stesso, benchè o ci attiri per la sua bellezza o ci respinga colla deformità sua, non perciò deesi interdire ai Cristiani.

Altrimenti Iuvenco, Sedulio,

Aratore,

Pietro Riga,

(1) Cf. Hor. *Ep.* II, iii, 333.

(2) Cf. Arist. *Poet.* I, iv.

(3) Questa citazione del noto commentatore arabo d'Aristotele è già ricorsa in altra epistola del Nostro (lib. X, ep. vi; III, 225); ed ivi (nota 3) avvertii come non mi fosse venuto fatto di consultar l'opera d'Alfarabio. Ora invece tra gli incunaboli dell'Ambrosiana ho potuto ritrovare la *Declaratio compendiosa per viam divisionis Alfarabii super libros Rethoricorum Aristotelis*, impressa « Venetiis per magi« strum Philippum Venetum anno sa« lutis mcccclxxxi die vigesimo se« cundo mensis iunii »; ma nè in questo scritto nè nella *Determinatio Ibmrosdin in Poetria Aristotilis* che le tien dietro, mi è avvenuto di rintracciare il passo qui riportato.

(4) Come già dal Boccaccio (*De gen. deor.* lib. XV, ed. Hecker, p. 260)

Alano di Lilla,

Giovanni di Hauteville ed altri moltissimi, avrebbero tutti quanti, scrivendo i loro poemi, peccato contro la fede; e così pure Prudenzio, Prospero, Ambrogio, a cui si debbono molt'inni sacri;

qui versibus inequalibus veteris et novi Testamenti corpus, allegoriçans etiam plurima, renovavit [1]. peccaverunt graviter Alanus atque Iohannes, qui et Architrenius dictus est, quod libros suos figmentis poeticis et versibus ediderunt [2]. peccaverunt et alii plures, quos tedium est referre, qui poetas inventione et carmine secuti sunt, ut Prudentius atque Prosper et pater Ambrosius, qui plurimos hymnorum variis metrorum generibus expe- 5

questi vetusti poeti cristiani sono citati dal Nostro sulla scorta di san Gerolamo (*Ep. ad Magn.* cit. loc. cit. § v, in *Opera* cit. col. 668), che però non fa memoria, come ben s' intende, d'Aratore. Ma di tutti è credibile ch' egli conoscesse direttamente gli scritti.

(1) Pietro Riga, non « de Riga », come scrissero erroneamente parecchi fin dall'età più antica, nato, come sembra, a Vendôme, ne' primi decenni del sec. XII, morì vecchissimo l'anno 1209 a Reims, dov'era canonico ed arcicantore della chiesa cattedrale di S. Maria. La sua celebrità è dovuta più che ad altri poemi, un tempo assai gustati (cf. HAURÉAU, *Un poème inédit de P. R.* in *Biblioth. de l'Ec. des Chartes*, 1883, XLIV, 5 sgg., ed altresì *Notic. et Extr. des mss.* XXVIII, 293 sgg.; XXIX, 243 sgg.), all'*Aurora* o *Bibliotheca*, come trovasi anche chiamata, amplissima parafrasi in più che quindicimila versi latini del Vecchio e Nuovo Testamento; cui egli, sorpreso dalla morte, non potè prestare le ultime cure e fu quindi riordinata, e corretta da Egidio di Parigi; probabilmente l'autore del *Carolinus*; il quale

acu typica distinctis versibus unum
Consuit in corpus atque revinxit opus

(cod. Ambros. R. 62 sup. c. 1 A). Benchè molte lodi al Riga dia anche Guglielmo Brettone, pure l'autore della *Filippide* gli fa appunto d'avere usato il metro elegiaco, « coarctans quae po« tius pede maeonio referenda fue« runt ». Tutti i fatti della Sacra Scrittura sono materia d'allegoria al poeta: l'opera sua, benchè nel medio evo popolarissima, non venne mai stampata. Ved. anche *Hist. littér. de la France*, XVII, 26-35.

(2) Non occorre spender molte parole sovr'Alano di Lilla, l' insigne autore dell'*Anticlaudianus* e del *De planctu naturae*, che il S. non sapeva se collocar tra i filosofi oppur tra i poeti (cf. lib. XII, ep. v; III, 483). Abbiamo intorno a lui ed alle sue opere parecchi lavori eruditi, di cui citerò solo il più recente: quello di M. BAUMGARTNER, *Die Philosophie des Alanus de Insulis im Zusammenhange mit den Anschauungen des* XII *Jahrh.*, Münster, 1896; cf. *Bibl. de l'Ec. des Chart.* LIX, 1898, 410 sg.

In quanto a Giovanni di Hauteville, detto comunemente « Architrenius » dal nome del protagonista del suo poema, che da esso prende il nome, egli è uno scrittore anglonormanno, fiorito nella seconda metà del sec. XII, di cui abbiamo scarsissime notizie: ved. WRIGHT, *Biogr. Britann. literaria*, Anglo-norm. period, London, 1846, II, 250 sgg. L'*Architrenius*, pubblicato nel 1184, trovò gran favore nelle scuole francesi ed inglesi; una recente edizione ne fu curata dal Wright già citato per i *Rer. Britannicar. scriptor. medii aevi*, to. LIX, 1872, I, 240.

Dell' uno come dell' altro esalta i meriti e raccomanda vivamente la lettura anche il DOMINICI nella *Luc. noct.* cap. XLVI, cod. Berl. c. 102 A.

divit [1]. nec dubitet quis poetriam artem esse. nam si ars est collectio preceptorum ad unum finem tendentium, quod negari non potest, et huius artis precepta dedit, ut videmus, pater Aristoteles, Horatius et aliqui de nostris [2], ut manifestum est, quis
5 negabit eam artem esse? cumque maxima differentia sit inter poetam et poetam, sive contingat hoc bonitate nature, celorum indulgentia, ut quidam volunt, sive per observationem et vim consuetudinis et exercitii quesitum habitum, certum est aliquid artis esse debere, quo vel hic vel ille aliis etiam per cetera paribus
10 antecellat. nam licet Cicero in ornatissima oratione, quam habuit pro defensione A. Licinii Archie, dixerit: ceterarum rerum studia et doctrina et preceptis et arte constare, poetam natura ipsa valere et mentis viribus excitari et quasi divino quodam spiritu inflari [3]; verissimum tamen est quod subdidit: cum ad na-
15 turam eximiam atque illustrem accesserit ratio quedam confirmatioque doctrine, tum nescio illud quid preclarum ac singulare solere existere [4]; ut naturam certum sit et habitum omnem consuetudinis et exercitationis arte et preceptis effici meliorem. unde et Flaccus noster inquit:

20 Natura fieret laudabile carmen, an arte,
Quesitum est: ego nec studium sine divite vena,
Nec rude quid possit video ingenium; alterius sic
Altera poscit opem res et coniurat amice [5].

est igitur poetica sermocinalis quedam ars atque facultas, et, ut
25 supra dixi, bilinguis; exterius unum exhibens, aliud autem intrinseca ratione significans; semper in figura loquens ac sepe-

Nè c'è da dubitar che la poesia non sia un'arte: giacchè di essa son stati dati i precetti da Aristotele, Orazio ed altri de' nostri.

E siccome v'ha tra poeta e poeta differenza grandissima, questa differenza è prodotta dall'arte,

che, come dice Cicerone dell'oratore,

si aggiunge alla efficacia della natura a formare il vero poeta.

L'arte poetica è dunque bilingue, perchè una cosa dice e l'altra intende; e parla per figura,

21. sine] *Cod.* fore 25. *Cod. omette* unum

(1) Prudenzio è ricordato anche dal Boccaccio (*De gen. deor.* lib. XV, ed. Hecker, p. 260), non per gli inni però, bensì per la *Psycomachia.* Sant'Ambrogio come innografo è in quella vece allegato da Francesco da Fiano nella cit. Invettiva contro i detrattori della poesia; cod. Vatic. Ottob. 1438, c. 13 A.

(2) Che con queste parole il S. volesse alludere al *De vulgari eloquio* non oseremmo affermare, giacchè non ci consta che dell'opera dantesca egli abbia mai avuto notizia; ma è molto probabile che accenni al trattato di Antonio da Tempo se non all'altro assai men conosciuto di Gidino da Sommacampagna.

(3) M. T. Cic. *Pro Archia poet. or.* § 17.

(4) Ibid. § 15.

(5) Hor. *Ep.* II, iii, 408-11.

legando in versi le parole.
Ma in tutto ciò nulla v'ha che recar possa nocumento alla fede, specie se si rammenti che altro non è in fondo la divina Scrittura se non poesia.

numero versibus alligans, si quid refert. in cuius quidem artis officio nescio quid dici possit contra fidem esse vel quod sacris litteris sit adversum; maxime cum certum sit ipsam divinam Scripturam nichil aliud esse quam poeticam; licet tu videaris, doctissime vir, nomen istud abhorrere. sacra namque Scriptura quid est vel in terminis vel etiam in rebus nisi figura? verum, quia super hoc plurima sunt dicenda, commodius arbitror si ea sequentis capituli serie disseramus.

Ben sa che tal definizione ecciterà indignazione in que' religiosi che abborrono la poesia, sicchè gli si rimprovererà di macchiare la purezza e la sobrietà della divina parola, colla disonestà e la turpe loquacità dell'arte poetica.
Ma quanti pensan così sono in errore ed ignorano che sia la facoltà poetica.
Tutti intenti agli studi teologici, non trovano tempo per apprender altre dottrine.
Di qui consegue che nella retorica veggano soltanto l'arte d'accumulare parole smaglianti, cui le clausole del « cursus » rendono sonoramente scorrevoli: mentre i migliori fra gli antichi mai non fecero ciò o se ne servirono con somma parsimonia e quasi per caso.
Altri sono i veri fondamenti della retorica, noti a pochissimi; e consistono nella ricerca di parole appropriate, non esotiche, oscure o obsolete,

VI. Scio quod apud religiosos sit nomen tam detestabile poetria, quod profanum, imo sacrilegum videatur maximaque reprehensione dignum, quod eam ad maiestatem veteris et novi Testamenti velim preter intelligentiam omnium sublimare, videarque mundiciam atque sobrietatem divinorum eloquiorum feditate poetice turpique eius abundantia maculare. qui quidem error ex eo procedit quod ignoretur a plurimis quid sumendum sit pro poetica facultate. nec mirum. adeo quidem intenti sunt sacris theologie studiis et oraculis divinitatis, que novum ac vetus continet Instrumentum, quod operam non possunt aliis indulgere. hinc rethoricam nichil aliud esse putant quam splendidorum vocabulorum congeriem, clausulis lubricantibus trisyllaboque cursu vel quadrisyllabo terminatis; quod quidem minimum est ad rethoricam tamen spectans, et quo Cicero, Sallustius, Livius et alii, qui cunctis prestantiores in eloquentia reputantur, sic usi sunt et raro, quod videantur et cursus et illa festivitas eos secuti non ab eis de industria vestigati [1]. nam ea que vera fundamenta sunt rethorice, quam sine dubio pauci norunt, quantum ad verba pertinet, dici debent ut verba non sint exotica, non obscura, non inusitata; quoniam, ut inquit C. Cesar dictator, qui iecit Romani imperii fundamenta, non minus oratoribus fugiendum est insolens verbum, quam nautis scopulum [2]; quod sint propria rerum quas

7. super] *Cod.* semper*; la correzione fu segnata in margine dalla solita mano.*
9. *Cod.* Quod divina scriptura sit vera perfectaque poesis et ad huius facultatis racionem necessario referatur. Capitulum septimum. Rubrica.

(1) Quel che il Nostro pensasse del « cursus » già si è visto ripetutamente: cf. così lib. V, ep. xv; II, 77 sg.; lib. XIII, ep. ix; III, 632.

(2) Ved. A. Gell. *Noct. Attic.* I, x, 4.

dicere voles et, ut inquit Cicero, velut cum ipsis rebus nata; quod si de propriis non sit copia, taliter ad novata venias, quod a te inepte non videantur inventa vel ex antiquitatis tenebris evoluta [1]. quod non impudenter, si forsan ob inopiam vel ornatum ad translata veneris, non ex longinqua sed ex proxima similitudine videantur assumpta tali claritudine, quod ea que significare volumus occurrant propere, non lateant intellectum. sed nescio quomodo, cum in rethoricam inciderim, evagatus sum. unde ergo discessimus, ad poeticam scilicet, revertamur. sic etiam poetriam nichil aliud arbitrantur quam fabulas, quam scelera, que profecto commenta sunt honestum aliquid contegentia, et ob id damnant et abhorrent poesim; non intelligentes quod, ut superius diffinitum est, ipsa sit sermocinalis quedam ars atque facultas bilinguis, unum exterius exhibens, aliud autem intrinseca ratione significans; semper in figura loquens, ac sepenumero versibus alligans si quid refert. que quidem an observet divina pagina videamus. divina Scriptura nonne sermo et locutio Dei est? et quid est in toto corpore sacri voluminis veteris Testamenti; quod iuxta litterarum hebraicarum numerum in libros viginti duo sectum est; vel etiam novum, quod primum illud adumbratis sermonibus continebat, quod in quatuor Evangelia, canonicas Epistolas, Actus apostolorum et remotam ab intellectibus Apocalypsim dispertitum est, quod allegorice non legatur, quod non etiam aliud sub cortice teneat quam ostendat; quod bilingue iure non possit et debeat appellari? quid minus allegoricum esse videtur quam principium Genescos et opera sex dierum? nonne Adamantius Origenes, de quo scriptum est quod ubi bene dixit, nemo melius, ubi male, nemo peius [2]; cuncta reducens ad mysticum intellectum, mirabilis allegorie sensibus exposuit et ad mores nostros animeque nostre potentias pie et laudabiliter adaptavit? vide Iudicum historias; vide Regum et reliqua que sequuntur; nonne

esprimenti il concetto così da parer nate con esso, chè se neologismi fan d'uopo, la scelta sia oculatissima.

E per ciò che riguarda il linguaggio figurato non occorre minore discernimento.

Ma per tornar alla poesia, sono in grave errore coloro che la credono mera congerie di favole indecorose, non comprendendo ch'essa sotto il velame esteriore, nasconde arcani sensi e parla per figura in versi.

Or che è la Sacra Scrittura se non parola di Dio? E che v'ha in essa, sia che si prenda a considerar il vecchio Testamento, sia che s'esamini il nuovo, che non debba intendersi allegoricamente, che non significhi altro da quello che dice?

Il principio del *Genesi* sembra spoglio di significato simbolico: eppure quanti reconditi sensi seppe dedurne Origene!

Lo stesso è a dir del libro de' *Giudici* e de' *Re*.

30-31. *Cod.* Iudiciū; *ma la seconda gamba dell'* u *è espunta.*

(1) Cf. M. T. Cic. *De orat.* I, iii, 12.

(2) Ved. M. Aur. Cassiodori *De institut. divinar. litterar.* cap. I, in *Opera*, II, 1111. Intorno a questo dettato, già proverbiale ai giorni di Cassiodoro, cf. anche P. D. Huetii Episc. Abricens. *Origeniana*, lib. II, p. 258 in *Opera ad Origen. spectantia* annesse ad Origenis *Opera omnia*, Parisiis, mdcclix, to. IV.

cuncta reducuntur ad allegoricum intellectum? adduc precor passum aliquem veteris Instrumenti, quem sanctissimi doctores sensus occulti mysterio non exponant. quid magis poeticum et iuxta corticem magis amatorium et lascivum quam Cantica canticorum? quid misteriosius, quidque magis poeticum quam liber et historia Iob, cuius occulta cum alii plures tum sanctissimus antistes Gregorius super omnes, multiplicatis sensibus, pertractavit?(1) scribitur de novissime prophetie secretis quod ipsa contineat tot sacramenta quot verba. qui liber tante profunditatis est quod supra se multos in extasim elevans pene coegerit insanire. denique totum vetus Testamentum nonne novi figura creditur et idea? sed quid in re clarissima scribens eruditioni tue, qui trans omnes peritos nostri temporis Scripture divine sensus abditissimos calles et doces, diutius immoror?(2) an ut quod liquidum et in oculis omnium est, obscurem et occulam et probationum multitudine faciam minus planum? dimittam hoc igitur, et de rebus atque sententiis ad verba simplicia transeamus. pertinent ad poeticam, teste Philosopho, metaphore et omnis sermonum improprietas et metaplasmi, schemata, tropi quicquidve sub istis reponitur, quod in plurimas figuras egreditur et ab omnibus tam oratoribus quam poetis communiter usurpatur(3). quo fit ut quicquid in divina Scriptura a propria naturalique significatione discedit quicquidque figuraliter de alio predicatur, totum sit poeticum et prorsus tale quod oblique, non proprie, quod intenditur representet. quare cum de Christo cecinit Psalmigraphus: ego autem sum vermis et non homo(4), vermem Christum

Nulla in apparenza parrebbe più amatorio e lascivo del *Cantico de' Cantici*,

nulla più poetico del libro di Giobbe,

nulla più oscuro e incomprensibile dell'*Apocalisse*, se non si ricorresse all'esposizione simbolica; d'altronde il Vecchio Testamento non è forse tutto un simbolo del Nuovo?

Ma ciò al Dominici è notissimo.

Per passar quindi dal contenuto al contenente, dai concetti alle parole, spettano alla poesia tutte quante le figure grammaticali, che violano le regole della grammatica stessa per dar ornamento e vigore al discorso.

Sicchè anche tutto quel che è nella S. Scrittura figurato, rientra nel dominio della poesia.

Quando Cristo è dunque chiamato « verme » e non uomo,

1. adduc] *Cod.* credo 8. *Cod.* quot 19. *Cod.* metaplasim schem atatropi *(sic)*

(1) Allude ai *Libri Moralium* di san Gregorio, e dice « multiplicatis « sensibus », perchè, come afferma lo stesso santo, assumendo questo lavoro, esso volle appagare i desideri d'alcuni suoi devoti, che insistevano « ut non « solum verba historiae per allegoria- « rum sensus excuteret, sed allegoria- « rum sensus protinus in exercitium « moralitatis inclinaret »; s. GREG. papae I *Moral. libri sive Exp. in lib. b. Iob* in *Op.* I, 512. E cf. anche cap. III, col. 513.

(2) Ved. il passo di Francesco da Fiano già da noi citato nella nota 2 all'epist. precedente, p. 196 di questo volume.

(3) Cf. ARIST. *Rhetor.* lib. III, cap. VII ed anche *Poet.* XIX. Ved. altresì Q. F. QUINT. *Inst. orat.* I, VIII, 13 sgg.

(4) *Psalm.* XXI, 7.

dixit ex eo quod, sicut vermis non nascitur seminali generatione, sic et Christus de nullius viri semine productus est. quod autem dixit: et non homo, vel propter divinitatem dixit; solus enim homo non fuit; vel quia sic homo generatus est, quod in illo
5 principio nulli peccato prorsus fuerit obnoxius, quod nulli quidem homini penitus non contingit, quoniam peccato puer non caret, etiam unius diei; quasi dicat: et non homo, cum omnes sint homines peccatores, ego vero non. duo sunt vermes; non nati scilicet de concubitu: primus Adam, de quo scriptum est: for-
10 mavit igitur Deus hominem de limo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite et factus est homo in animam viventem [1]. nec id modo volumus explicare nunquid hominis appellatione hoc loco contineatur et Eva, de quibus iam dixerat Moyses: et creavit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei
15 creavit illum: masculum et feminam creavit eos [2]; cum et Adam interpretetur h o m o t e r r e n u s, vel t e r r a r u b r a [3]. dicitur enim apud Hebreos tantum valere nomen hoc A d a m quantum apud nos hoc vocabulum h o m o, quo tam masculus quam femina significatur. alter autem vermis fuit dominus noster Iesus Chri-
20 stus, qui de fluxu seminis natus non est, sed quem, ut sancta dogmatiçat Ecclesia, firmiter credimus, pie et catholice confitemur filium Dei unigenitum, ex patre natum ante omnia secula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem patri; per quem omnia facta sunt;
25 qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de celis et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria virgine, et homo factus est, et reliqua que sequuntur [4]. nec hec dixerim, ut explicem eius exortum, qui non minus latet et superat omnem

ciò che è detto altresì d'Adamo,

colla quale figurata espressione si vuole alludere alla sua nascita, quale è dalla Chiesa affermata;

20. ut *manca nel cod.* 24. *Cod.* consubstanciale

(1) *Gen.* II, 7.

(2) *Gen.* I, 27.

(3) Ved. s. Eus. Hieron. *Lib. de nominib. hebr.*, V e t. T e s t a m., De Gen.: « Adam homo, sive terrenus; aut indi- « gena, vel terra rubra »; *Opera*, II, 817.

(4) Ved. *Symbol. concilii Constantinopolitani* in *Sacror. Concil. omn. amplis. collectio*, ed. Mansi, Florentiae, MDCCLIX, III, 566. Coluccio però, forse perchè citava a memoria, introduce nel sacro testo delle varianti di cui talune trovano corrispondenza nel *Symbol. Nicenum* (cf. op. cit. II, 666), mentre altre invece non appaiono in veruno de' due simboli.

ovvero è designato qual « leone »,

o « pellicano »,

o « upupa »,

o « passero solitario », dappertutto è indicato in modo poetico.

Ma tutto è poetico nella divina Scrittura, mistico tutto,

tutto bilingue.

Questo dimostra apertamente il libro di sant'Agostino *De doctrina christiana*.

intellectum nativitate carnali quam generatione divina, ut merito Propheta dixerit: generationem eius quis enarrabit? (1) dicitur et de Christo: vicit leo de tribu Iuda (2): sic enim appellatus est post passionem. nam, ut Petrus Damianus ad Desiderium scribit, leena mortuum parit catulum, qui profecto per triduum mortuus 5 perseverat, donec tertia die pater eius adveniens in faciem eius insufflat, sicque viventem celeriter excitat, et subdit: et hoc modo qui catulum leonis de tribu Iuda (3) die tertia suscitaverat, te quoque inter fidei, spei et caritatis triduum, non mundo, sed sibi viventem reddat (4). est et pellicanus in solitudine (5), quia, solus de virgine 10 natus, rostro, si fas est, aperit sibi pectus et sanguine suo suscitat filios suos mortuos, quod Redemptor noster fecit in cruce. est et nycticorax in domicilio (6), avis obscena videlicet futura nuncians, quoniam, sicut in passione legitur, futuram ruinam civitatis annuncians, flentibus mulieribus dixit: nolite flere super me, filie Ie- 15 rusalem, sed flete super vos et filios vestros (7) et reliqua. est et passer solitarius in tecto (8), solus scilicet evolans in celum, quo nondum aliquis homo conscenderat. sed cur per ista trahor? quid est enim in tota divina Scriptura quod non habeat mysticum intellectum, sive verba sive hystorias sive prophetias sive sa- 20 pientie precepta consideres? totum est mysticum, totum reducitur ad allegoricum intellectum. nichil est in illis quod bilingue non sit, quod non unum in cortice pre se ferat et aliud intrinsecus non intendat et secundum varios Spiritus Sancti sensus exponi non valeat et sumi. lege et considera sanctissimos eruditissimosque 25 libros divi Augustini, quorum titulus est De doctrina christiana; non dico tibi, peritissime mi Iohannes, lege, qui cuncta, sicut opusculum illud docet, vidisti legistique; sed aliis, qui forsan

10. *Cod.* en *corretto in* est

(1) Isai. LIII, 8.
(2) *Apoc.* V, 5.
(3) Cf. *Gen.* XLIX, 9; Oseae V, 14.
(4) S. Petri Damiani *Opuscul. LII*, De bono religiosi status et variarum animantium tropologia, cap. III, « De natura leo« nis », in *Opera*, II, III, col. 767 sg.
(5) *Psalm.* CI, 7: e cf. s. Petri Damiani op. cit. cap. XV in *Op.* cit. col. 795 sg.
(6) *Psalm.* CI, 7; e cf. s. Petri Damiani op. cit. cap. XVI, in *Op.* cit. col. 776.
(7) S. Luc. XXIII, 28.
(8) *Psalm.* CI, 8.

ista non viderint, fideliter et in caritate commemoro. recordabere tu et alii qui ea didicerint, videbunt et illi qui libros prefatos duxerint perdiscendos totam divinam Scripturam mysticis scatere sensibus et undique sacramentis variis abundare, quod est
5 peculiare atque precipuum poetarum. nam cum, ut auctore Philosopho visum est (1), poesis pene semper intrinsecum occulat intellectum, quid facit aliud poetica quam divina Scriptura? in figura quippe loquitur utraque verbis novatis atque translatis supponentibusque prorsus aliud quam significent: supponentibus qui-
10 dem non appropriatione, que de consuetudine provenit, sed intentione, non illa que sumitur ex origine proprietate * * * sed mente: ut non immerito primi theologiçantes, sicut testatur Aurelius, dicti fuerint Museus, Orpheus et Linus, imo theologi, quoniam deos suos carminibus celebrarent (2). et quoniam poetica, non
15 dico semper, sed, ut superius diffinivi, sepenumero versibus alligat si quid refert, prosam siquidem non recusat sive continuam, ut Apuleius, sive intercisam, ut Marcianus Capella, Alanus: et, si patiare, Torquatus; videamus si et hoc observat divina Scriptura. satis esset si tibi soli scriberem, non omnibus qui poeticam de-
20 testantur, vel litteras et traditiones Gentilium, veluti lepram, abhorrent et fugiunt, quos plerumque non ratio movet, sed sancta quedam rusticitas, imo simplex ruditas et simplicitas inerudita, solum asserere faterique quod sacre littere, in sue originis fonte, tum continuo discurrant carmine tum permixtis versibus atque
25 prosa. legant igitur quod tu nosti, si forte non noverint, Hieronymi prohemium super Iob. illic enim sanctissimus fidelisque scribit interpres de volumine Iob loquens: a principio namque voluminis, usque ad verba Iob, apud Hebreos prosa oracio est. porro a verbis Iob, in quibus ait: pereat dies, in qua natus
30 sum et nox in qua dictum est: conceptus est homo; usque ad eum locum ubi ante finem voluminis scriptum est: idcirco ipse me

Or quel che è caratteristico delle sacre carte,

è pur tipico nella poesia;

onde è seguito che Museo, Orfeo e Lino, poeti vetustissimi, fossero considerati quali i primi teologi.

E poichè la poesia si riveste comunemente di metriche spoglie,

resta a vedere se avvenga altrettanto della divina Scrittura.

Or questo si verifica in essa più volte,

come ne fanno testimonianza a tutti le parole di san Gerolamo nel proemio al libro di Giobbe,

ove, dopo aver indicate le parti di esso scritte in versi,

11. *Dopo* propriet. *cod. segna una lacuna che si potrebbe, parmi, colmare scrivendo:* origine proprietateque sermonum 23. *Cod.* assere 28. *Cod. dopo* Hebreos *lascia una lacuna riempita poi in margine dal correttore colla parola* prosa

(1) Cf. questo vol. p. 231 sg.

(2) Cf. s. AUR. AUG. *De civit. Dei*, lib. XVIII, cap. XIV, e cf. nota 1 a p. 181 di questo volume.

reprehendo et ago penitentiam in favilla et cinere, hexametri versus sunt, dactylo spondeoque currentes et propter lingue idioma crebro recipientes et alios pedes non earundem syllabarum, sed eorundem temporum. interdum quoque rhythmus ipse dulcis et tinnulus fertur numeris lege metri solutis: quod metrici magis quam simplex lector 5 intelligunt. a supradicto autem versu usque ad finem libri parvum comma quod remanet, prosa oratione contexitur. quod si cui videtur incredulum, metra scilicet esse apud Hebreos, et in morem nostri Flacci grecique Pindari et Alcei et Sappho vel Psalterium vel Lamentationes Ieremie vel omnia fere Scripturarum can- 10 tica comprehendi, legat Philonem, Iosephum, Origenem et Cesariensem Eusebium, et eorum testimonio me verum dicere confirmabit[1]. hec sanctus pater Hieronymus; quibus satis constat quod probandum erat, divinam paginam non semper prosa currere, sed aliquando carminum elegantiam suscepisse; ut cum poetica sit 15 sermocinalis ars atque facultas bilinguis; hoc est unum exterius exhibens et aliud autem intrinsecus significans, semper in figura loquens ac sepenumero versibus alligans si quid refert, certum et manifestissimum sit poetarum figmenta et divine Scripture seriem non diversa, sed eadem prorsus subsistere ratione. quod 20 quidem assumpseram demonstrandum.

[margin: rimanda chi dubitasse ancora che gli Ebrei si valessero dei metri, come i Greci, all'autorità di Filone, di Giuseppe, d'Origene e d'Eusebio.]

[margin: Le parole di san Gerolamo bastano a provare che talune parti del Vecchio Testamento sono, anche per la forma, poetiche, e ne consegue quindi che sia compiuta la dimostrazione che egli si era proposto di dare.]

* * * * * * * * *

1. *Cod.* reprehendendo 4. *Cod.* interdumque rigmus 5. *Cod. omette* metri 6. *Cod. dopo* libri *dà* pauū coma *(sic)* 7. *Dopo* remanet *nel cod. un bianco. Il correttore supplì in margine:* prosa

(1) S. Eus. Hier. *Div. Biblioth. pars I*, ordo III, Praef. in libr. Iob, in *Op.* IX, 1140-41.

EPISTOLE AGGIUNTE [*]

I.

A maestro Francesco di Niccolò di Nello di Rinuccio priore de' Santi Apostoli [1].

5 [Cod. dell'Imperiale di Vienna 3160, c. 237 b.]

Virtutum honestatisque viro integerrimo magistro Francisco priori Sanctorum Apostolorum michi carissimo.

Empoli, 19 agosto 1351-1363.

Chiede perdono di usar il tu scrivendogli, come suol fare cogli amici.

Concedi, postulo, veniam, quod vos inurbane, secundum quod consuevi amicis scribere, singulari compello sermone, vobis
10 vestreque religioni minime congruum [2] * * * *

10. *Dopo* congruum *nel cod. una lacuna, che comprende lo spazio d'una linea, più un quarto.*

(1) Tra quant' epistole di Coluccio la benignità del caso ci volle conservate, è questa forse la più antica, giacchè essa deve necessariamente collocarsi in tempo anteriore all'estate del 1363, in cui, com'è noto, la peste si portò via il fervido ammiratore di F. Petrarca, il buon priore de' Ss. Apostoli, al quale è diretta. Ma stabilitone così sicuramente il termine *ad quem*, rimane a determinare l'altro *a quo*, impresa assai più difficile. Che l'epistola, di fatti, sia posteriore al 1350, non può correre dubbio, poichè e vi si ragiona come di cosa ben nota dell'amicizia del Nelli e del Petrarca (iniziata, secondo che sappiamo, in Firenze appunto durante l'autunno di quell'anno) e vi compare al Nelli attribuito quel titolo di priore de' Ss. Apostoli, ch'egli non conseguì, sembra, innanzi al 1351. E se riflettiamo poi che, abbandonata Bologna sul finire del 1350, il Nostro aveva riparato in Valdinievole, dove rimase tre anni circa (cf. *La giovinezza di C. S.* p. 62), potremo andare più oltre, ed asserire con certezza che la presente non fu dettata prima del 1354. La composizione di essa

(2) V. nota 1 a p. 242.

(*) Raccogliamo sotto questo titolo quante lettere del S. ci pervennero troppo tardi alle mani, perchè potessero trovar luogo ne' varî libri ai quali per ragione cronologica apparterrebbero.

Maestra e guida della vita vollero gli antichi la filosofia,

Philosophiam beate vite ducem approbavit antiquitas et merito; hec enim morum elimatissima mater, hec microcosmi subtilissima perscrutatrix, totius nature omnisque orbis rationem perspicua declaratione demonstrat. quid igitur hanc examussim non proposite vite ducem magistramque dicamus? hinc ille morum pre- 5 ceptor ethicus Cordubensis mirabili distinctione vitam aliquibus magne, aliquibus maxime, aliis totaliter asserit labi (2). omne

ond' avvenne che, come Seneca asserisce in un passo divenuto famoso,

2. *Cod.* climatissima 7. *Cod.* labere

oscilla dunque tra il 1354 ed il 1363; nè v' è modo di stabilirne con precisione maggiore la data, perchè pur troppo ignoriamo, ad onta delle indagini fatte, quando il S. si fosse recato a dimorare in Empoli, vuoi quale cancelliere del comune, vuoi quale notaio del podestà, ch'eran soliti mandarvi i Fiorentini.

Questa d'un soggiorno, certo assai breve, fatto dal S. nella ricca e popolosa terra del Valdarno inferiore (ved. Repetti, *Dizion. geogr. fis. stor. della Tosc.* II, 55 sgg.), è la notizia più importante di cui andiamo debitori all' epistola per fortunata combinazione raccolta dal compilatore del cod. 3160 della Palatina di Vienna, zibaldone di carte dugensessantotto, che contiene molte e svariate scritture, le più però ben conosciute, spettanti all' umanesimo italiano de' secoli XIV e XV; cf. *Tabulae codd. manu scriptor. praeter graec. et orient. in bibl. Palat. Vindobon. asservator.*, Vindobonae, MDCCCLXVIII, II, 217 sg., n. 45.

Per quanto spetta poi al Nelli, noi non possiamo che rinviare i lettori al garbato ed erudito libro dedicatogli da Henry Cochin, *Un ami de Pétrarque: Lettres de Fr. Nelli à Pétrarque*, Paris, 1892, del quale è stata pur dianzi messa alle stampe una versione italiana, che forma la dispensa prima della *Biblioteca Petrarchesca*, diretta da G. Biagi e G. L. Passerini, Firenze, 1901. L'edizione italiana s'avvantaggia sull' originale di parecchie giunte e correzioni, avendo il Cochin tenuto diligente conto di tutto ciò che intorno alla vita di ser Francesco ed alle lettere sue era stato detto in una rassegna bibliografica apparsa nel *Giorn. stor. della lett. ital.* 1893, XXI, 400 sgg.

(1) La risoluzione del S. d' imitare l'uso del Petrarca di dar del tu ai suoi corrispondenti (cf. *Sen.* XV, 1) è, come si vede di qui, molto antica. Ne' primi tempi ei stette pago ad applicare la riforma soltanto nelle lettere dirette agli amici; più tardi, invece, cresciuto in fama, e quindi in autorità, volle trasformare in legge costante quella ch'era stata sin allora eccezione. Cf. lib. I, ep. XIII; lib. IV, ep. VI (I, 35, 259); lib. VI, ep. VII, lib. VIII, epp. VIII, X, XI (II, 162, 394, 408, 411); lib. IX, ep. IX, lib. XII, ep. V (III, 78, 482); lib. XIV, ep. V (IV, 19).

(2) Allude al passo famoso dell'ep. I di Seneca a Lucilio, sopra l'interpretazione del quale egli ebbe a ritornare in seguito due volte: la prima nell' ep. a Giovanni Quatrario, che spetta al 1362, ed è la V del II libro (I, 63); la seconda, ma con ben altro corredo di dottrina e di profondità filosofica, nella lettera-trattato diretta a maestr' Antonio da Scarperia circa il 1398; lib. X, ep. IX; III, 239 sgg.

quippe genus mortalium aut philosophiam asciscit aut eam, utpote
ex hominibus in pecora versi, fugiunt vel ignorant. sectatores
itaque philosophie aut rectam vitam secundum eius instituta vi-
vunt, et hi tota vita fruuntur; aut errore ducti, philosophiam som-
5 niantes, male de vite regula sentiunt; quos, quia impossibile est ex
toto ab philosophie institutis delyrare, non tota sed magna pars
vite fugit; desides vero, qui torpenti ingenio prefatam vitam ne-
sciunt, maximam vite partem amittunt. at illi, quos obstinata per-
fidies contra philosophiam vel, ut eodem verbo utar quo dictus
10 preceptor, aliud, quod idem est, agitare seducit, * * * * ac
veluti criminis conscii, totius vite beate beneficio privati, eiusce vite
lapsum totaliter patiuntur. inde est: et si volueris attendere, magna
pars vite elabitur male agentibus, maxima nichil agentibus, tota
vita aliud agentibus. et quid enim eum aliud sensisse coniectem?
15 philosophus ad philosophum scribit; quam ergo vitam nisi philoso-
phicam, quas actiones nisi philosophicas in medium crediderim
protulisse? posses dicere: quid ita ex alio et a longe exorditus
es orationem tuam? quid moliris? dicam equidem, michi me
carior. miror, doleo, indignor, stupeo, conqueror, cum ita sit, ut
20 predixi, omnes homines ab hac recta via pulcraque vita usque adeo
deviare. res omnes sitas exterius accurate respicimus, hic inten-
dimus, hoc est quod nostra molitur intentio; hinc avaricia premit,
hinc libido enervat, hinc ira succendit, hinc dolores frangunt. in
hec ferimur ac velut effrenes, relictis habenis in tam dira precipitia
25 corruentes, unde admodum difficile sit redire, iuxta verbum vatis:

l'umana gente o la coltivi, e si elevi moralmente, o la trascuri e discenda al livello de' bruti.

Però, siccome del tutto non è possibile postergarne i precetti, degli uomini molti perdono variamente la vita, mentre si sforzano di farsene seguaci:

Purtroppo sono questi i più,

poichè le passioni e i vizi imperano nel mondo senza ritegno,

> Sed revocare gradum superasque evadere ad auras
> Hoc opus, hic labor est &c (1).

ecce quo mens ceca ruat animumque * * * * voluptatibus inclina-
tum. vindicte stimulis ad nefas compellimur, in horum fragilium

6. *Di fianco a queste parole il copista notò in margine:* Senecae locus ex epistola prima. 10. *Dopo* seduc. *il copista ommise certo un aggettivo, com' a dire* inquieti, mobiles 11. *Cod.* toti - eiusci 13. *Cod.* elabit 14. enim cum] *Cod.* cum cum 17. *Cod.* pertulisse 18. *Cod.* tua 19. *Cod.* indigeo 20. *Cod* omes 21. *Cod.* externis 24. *Cod.* ferimus 27. *Dopo* labor *il cod. soggiunge* pauci, *parola con cui continua il testo vergiliano, ma omette* est *che precede.* 28. *Cod.* aurumque, *dopo la qual parola segna lacuna.*

(1) Verg. *Aen.* VI, 128-29.

e tutta l'umanità ne geme prigioniera.

amissione quassamur; et quid infelicius?, itaque licet totius humanitatis flere dispendia. sed huius querele forte aliud tempus erit.

Pochi soltanto sanno scampare all'universale naufragio,

nunc vero gratulandum censeo de tam publico et communi naufragio paucissimos enatare; nam seu hoc natura ab ipso initio hominibus inviderit seu sic ratio velit, etiam purior vetustas ad beatam vitam paucos admisit. hoc Veritas: multi vocati, pauci vero electi (1); hoc Maro:

pauci lete arva tenemus (2);

e tra essi il Petrarca ed il Nelli a buon dritto primeggiano; essi, che, sprezzate le terrene lusinghe,

usque adeo arcta est via huiusce vite beate. inter tot itaque naufragos Petracchum teque solos salubres portus attigisse conspicio, et merito licet amborum miscere laudes, postquam mundo relicto eterna sectantes vosmet ipsos reciproca passione cognoscitis et meliori parte confisi, quod perpetuum, quod immortale est sic corporis carcere retinetis, quod nescit peregrinationem, sed absens

pensano soltanto al glorioso acquisto del cielo.

veram patriam contemplans primevo vigore nunquam destitutum ad celestes orbes liberum est recto tramite reversurum. in terrena quantum exigit natura descenditis nec, desperantes celorum arduam viam, longum iter horrescitis, sed anime viribus nisi, laboribus fractis, iam dictam vitam solida ratione captatis, nonnisi omnium virtutum tramite certi illuc posse conscendere. quid

Entrambi sono dunque da predicare felici; ed alla lor felicità concorre l'avere richiamato in onore i poetici studi, abbandonati e negletti fin'allora,

igitur obstat, ut tuo verbo utar, quominus vos predicemus felices, postquam virtutibus atque philosophia prediti, mortui mundo, eternitati vivitis? sunt qui laudibus inserunt expolitum eloquium; hinc prose liberum equor, hinc regulatam carminum synphoniam; adicientes Meonidas (3), longo situ, etatis nostre vitio, et vetustate obductas, iuvenescere ad cantus amenitatem et melos; et iandiu desiccatum Pegasicum hippofontem scaturire novas undas Cyrreosque lacus abundare liquoribus, letasque sorores hedera redimitas et olea ad vestrum concentum ducere choream. hinc

10. *Cod. dopo* salubres *segna lacuna, ch'io ho tolta, come il senso suggeriva.* 11. *Cod.* misere 12. *Cod.* nosmet 24. *Cod.* reglatam 25. *Cod. omette* et 27-28. *Cod.* circeosque

(1) S. MATTH. XXII, 14.

(2) VERG. *Aen.* VI, 747; ma il testo: « laeta ».

(3) Abbiamo qui una reminiscenza ovidiana. Il testo delle *Metam.*, quale correva ai dì del S., recava a v. 268 del lib. V non già « Mnemonidas », come da gran tempo si legge per felice emendazione del Heinsio, bensì « Maeonidas ».

grammatice concurrere rectum eloquium, hinc rethorice flores, hinc loyce arguta sophismata, hinc scientiam astrifere regionis. sed he loquaces scientie, quanquam aliquid decoris annectant, beatitudine tamen affectionem minime promerentur. has igitur omittendas 5 duxi, tum quia in eis vos precellere cunctis patet, tum quia vere philosophie collatione illas quid infimum quis non dicat? habet itaque hecce nostra etas quo non modicum glorietur nec parvo favore vestris insignita luminibus transibit in posteros. mirabuntur illi vos viros egregios tam felici sidere in nostra tempora prove- 10 nisse. atqui scio, carissime, ut ad te solum revertar, nil fictum ex tuo ore depromi, nil assentatione circunlitum. ex quo, cum de intime veritatis vena prodivisse coniectem illud elegantissimum verbum: persuade te me in his et omnibus, quibus amicorum lex vigeat, tuis affectibus pariturum; me non parum arbitror esse 15 felicem, quem sic secundo celo natale solum produxit, quod tuam amiciciam me ignotum acquisivisse conspicio (1). ex quo, ut verso cardine caritas equaliter trutinetur, unum hoc ipsemet ego deposco, ut, amicicie servata lege, omne profecto honestum occursuro libenter iniungas. vale. Empoli, quartodecimo kalend. septembris.

20 Colucius tuus.

le grammaticali discipline, tutte le scienze insomma del trivio e del quadrivio.

L'età presente ha dunque grande ragione di trarre gloria di loro.

Lo ringrazia per ultimo delle sue amichevoli profferte,

e le ricambia di cuore.

II.

A maestr' Ugolino da Montecatini (2).

[Cod. Vatic. lat. 751, c. 142 b.]

Egregio artium medicineque doctori magistro Ugolino de Montecatino, fratri meo karissimo. 25

Mitto tibi versiculos quos petivisti. et vere, ne per multa discurram, quibus tuus ac meus renovetur dolor, memoria

Firenze?, 137..? Gli invia i versi di cui gli aveva fatto richiesta;

1. *Cod. innanzi a* reth. *dà* hic 2. *Cod.* hec 3. *Cod. dopo* scientie *presenta il pronome* que, *che ho soppresso.* *Cod.* batitudine 7. *Cod.* itque hecci 8. vestris] *Cod.* nostris 9. vos] *Cod.* nos 9-10. *Cod.* quenisse 10. *Cod.* fletum 13. *Cod. omette* te

(1) Queste parole ci indurrebbero a credere che le relazioni tra il Nelli ed il S. fossero appena incominciate, quando la presente fu scritta.

(2) Sui rapporti corsi tra il S. ed il suo conterraneo maestr' Ugolino Caccini, ci siamo già largamente intrattenuti nel commento all' ep. XVII

e l'esorta a curare che siano correttamente riprodotti dal lapicida sul marmo sepolcrale.

dignus est[1]. tu fac, nil addito vel mutato, sculpantur, ita quod orthographia non ledatur[2]. vale.

Tuus Colucius Pierius.

1. *Cod. dà* vel addito vel mutato; *per ristabilire il senso ho cangiato il primo* vel *in* nil 2. *Cod.* ortografia 3. *Cod.* Coluccius

del lib. XI (III, 392 sg.), a cui rimandiamo dunque i lettori.

Niun indizio ci soccorre atto a determinare la data di cotesto viglietto, il quale non ha altro intento da quello in fuori di accompagnare ad Ugolino un epitafio in versi, ch' egli aveva pregato Coluccio di comporre per un amico comune spentosi immaturamente. Ad attribuirlo però alla giovinezza del Nostro c' induce il fatto seguente. Coluccio vi si sottoscrive pur sempre col patronimico « Pierius », che, come dichiara egli stesso nell'ep. XXI del lib. XIV (p. 149 di questo volume), amò portare fin che fu giovane (« quod iuvenis usurpabam »), ma depose come troppo pretensioso negli anni maturi. Anche i versi, di fattura men che mediocre, ci confermano nell' opinione che quando il S. li scrisse fosse ancora ai primordî della sua carriera letteraria. Naturalmente sono questi argomenti di scarso valore; e chi ne dubita? Ma noi li mettiam innanzi solo perchè non ci è concesso addurne de' migliori. Ogni questione sarebbe sciolta se sapessimo qualcosa del Pelati; ma questo cognome non è fra quelli che si rinvengono portati da casate di Valdinievole.

Ed ora vadano qui alquanti cenni intorno al codice dove il viglietto si legge. È desso un ms. membranaceo di carte cenquarantadue, esemplato a due colonne con molta diligenza da una nitida mano del secolo XIV. Misura mm. 343 × 230, essendo stato un po' smarginato dal rilegatore. Abbonda in paragrafi, rubriche marginali, richiami; le iniziali vi sono miniate in rosso ed azzurro. La legatura spetta alla fine del Settecento, e reca le armi di papa Braschi. A c. 1 A si ha questo titolo: *Incipiunt additiones tertie partis venerabilis sancti Thome de Aquino ord. fratr. predicat. et primo de partibus penitentie in speciali: et primo de contritione: questio prima.* Le *Additiones* terminano a c. 138 A, col. 1; ed a c. 2 hanno principio le *Rubrice additionum*, le quali giungono fino a c. 141 A, col. 1. La c. 141 B è bianca; ma le ultime due, anch'esse originariamente bianche, appaiono oggi riempite da una mano del Trecento; in cui a me è sembrato riconoscere quella appunto di maestro Ugolino; di note e conti concernenti la gestione d'un fondo ed altri privati interessi. Vi si fa « ragione dell'olio « messo ne la pilla di Nanni » (certo il lavoratore del podere); e d' altre consimili faccende campagnole. Chè se lo scrittore di queste note non fosse il Caccini, e' dovrebbe essere in tutti i modi un compaesano suo, giacchè, più innanzi, ricorda come da una monna Francesca ricevesse alquanti fiorini, « quando andai ad Pescia ». Ma veniamo al viglietto. A c. 142 B in alto erano già state inscritte alcune partite, quando esso giunse alle mani del possessore del codice, che non esitò a raschiar le proprie note per registrarlo. Ed anche da ciò può dedursi una prova per sostenere che il possessore del ms. ed il destinatario del viglietto siano stati una sola e medesima persona.

(1) Cioè il Pelati.

(2) È questa la più antica traccia

Egregius legum doctor, stirps clara Pelati,
Prudens, magnanimus, clarus et eloquio,
Nomine Franciscus, iuvenem quem perdidit orbis,
Flebilis, heu!, patrie clauditur hoc tumulo.

Epitafio di Franc. Pelati.

5

III.

A Filippo di Bartoletto di Valle di Querciola (1).

[P¹, c. 73 b.]

Philippo de Valle.

Firenze, 27 febbraio 1391. Si scusa d'avere, a cagione delle sue straordinarie occupazioni, tardato a rispondergli;

Vir insignis, frater optime, amice karissime. occupatissimum,
10 plus quam in officio, cui presum immeritus, fieri queat et soleat, due tue epistole et breviculus unus, pleni dulcedinis et

che rinveniamo nell' epistolario Colucciano della preoccupazione per l'ortografia, divenuta poi tanto in lui imperiosa. Prima d'ora un accenno a queste sue diligenze in fatto di scrittura appariva per la prima volta nel viglietto a Filippo Villani, da noi assegnato al 1381 circa; ved. lib. V, ep. vii; II, 48.

(1) Sol per effetto di talune circostanze, ch' ora torna inutile rammentare, quest' importantissima epistola del Nostro, che in P¹ si rinviene commista, non sappiamo per quale capriccio del caso, a lettere spettanti tutte ad un tempo molto posteriore, non ha potuto trovar luogo tra quelle del 1391; anno, a cui senza verun dubbio appartiene. L' abbiamo qualificata con termine piuttosto insolito in bocca nostra: « importantissima »; e non crediamo che alcuno possa muoverci di ciò rimprovero. Essa porgesi difatti documento non men irrefragabile che luminoso dell'efficacia singolarissima esercitata in Italia dall'eloquenza colucciana sopra quanti erano in grado di apprezzarla, sia che ne applaudissero gli effetti, sia che li lamentassero. Che Gian Galeazzo Visconti fosse stato - come scrisse Pio II in un passo divenuto notissimo della sua *Storia d' Europa* - « crebro auditus... dicere, non tam « sibi mille Florentinorum equites « quam Colucii scripta nocere » (Aen. Sylvii Piccolominei *Opera*, Basileae, mdli, c. 454) era voce divulgatissima tra i contemporanei; tanto che se ne faceva eco, subito dopo la morte del Nostro, P. P. Vergerio, tessendo le lodi di lui in una lettera allo Zabarella (*Epist.* ed. Combi, n. cxiv, p. 171, « Roma, 8 ott. 1406 »); e la consecravano negli epigrammi loro, diretti a celebrare Coluccio, Leonardo Aretino (« Hostes me patrie « multis pro millibus equant Armatis, tantum potuit facundia pugnax »; cod. Magliab. VII, 1183, c. 28 a), Cristofano Landino (« Cuius Bebriacas « percussit epistola mentes Quantum « equitum turmae non potuere decem »; cod. Magliab. VII, 1125, c 51 a), Ugolino Verino &c. Ma si poteva trattare d'un asserto infondato, d' una invenzione ingegnosa, che rappresentasse sì, in sostanza, un fatto

si rallegra di saperlo in buona salute.

amoris, in quibus sum ultra quam dici valeat consolatus, me invenerunt. gavisus etenim sum te valere, teque cum illo ma-

1-2. *Cod. omette* me invenerunt, *parole aggiunte da me per compiere la proposizione rimasta forse in tronco per sbadataggine del copista.*

vero e concreto, ma lo rivestisse di apparenze fallaci. L'epistola a Filippo ci dà invece la prova che al potentissimo signore di Milano l'infiammata eloquenza del cancellier fiorentino recò davvero tale molestia da indurlo a concepire il disegno, spiegabilissimo in lui, di toglier di mezzo, ammazzandolo, Antonio novello, il redivivo Cicerone. Chè se ferocemente bassa s'appalesa in questo pensiero la natura del « tiranno » lombardo, tutta la nobiltà e la fermezza d'un animo fortemente temprato traspaiono dalla risposta che il segretario fiorentino dà all'amico, il quale l'aveva trepidando avvertito de' tenebrosi intrighi che s'ordivano in Pavia ai danni suoi. Giacchè questo, rivelatoci dal cancelliere de' Boiardi, non fu il solo tentativo fatto dal Visconti per sbarazzarsi di Coluccio. D'un'altra insidia ch'ei gli tese, serba memoria certo zibaldone fiorentino di facezie e di motti, messo insieme a mezzo il Quattrocento, cui non vedrei motivo di negar fede: « Il conte « di Virtù soleva dire che messer Co- « luccio, cancelliere (*) della Signoria « di Firenze, gli faceva più guerra « colle suo lettere, che i capitani de' « Fiorentini colla loro lancia. Onde « per varie vie tentò di farlo capitare « male. Tra le altre fece fare una « lettera contraffatta alla mano di mes- « ser Coluccio, nella quale erano « scripte più cose contro allo stato « de Fiorentini. Et factala dare alla « Signoria di Firenze, fu mostra a « messer Coluccio, et dimandato se « era di suo mano, rispose: Questa è « di mie mano, ma non la scrissi mai »; *Facezie e motti dei sec. XV e XVI*, Bologna, 1874, n. 216, p. 121 (*Scelta di curios.* disp. CXXXVIII). L'aneddoto, infarcito di ciance inconcludenti, è stato ripetuto poscia da Marcantonio Nicoletti, notaio cividalese del sec. XVI, nella breve biografia del S. inserita nell'opera *Vite de scrittori illustri volgari, libri sette*, di cui si conservano l'autografo in casa da Manzano ed una cattiva copia nella Civica biblioteca d'Udine (cf. Crescini, *Notizie di una ign. biogr. di A. Daniello* in *Giorn. stor. della lett. ital.* 1883, I, 446, e cf. anche *Riv. crit. della lett. ital.* 1884, I, 188 sgg.). Ch'esso abbia un fondo di verità risulta, a creder mio, anche dal fatto che l'espediente, cui il Visconti sarebbesi appigliato allo scopo di rovinare la reputazione di Coluccio, era a que' tempi assai comune. Se ne giovò difatti per vendicarsi di Giangaleazzo medesimo, mettendogli in mala vista il suo fidatissimo ministro e cancelliere, Pasquino de' Cappelli, con esito troppo avventurato, il marchese di Mantova. Cf. *La giov. di C. S.* p. 88 sgg. ed i *Corrispondenti del S.* n. V.

(*) L'edizione con ridicolo svario dà « cavaliere ».

Rispetto alla data della presente non è, come si notava, possibile dubitarne. Poichè il S. vi afferma d'avere raggiunto l'anno sessagesimo di sua vita, essa deve giudicarsi scritta il 27 febbraio del 1391. Coluccio aveva toccato la sessantina da soli dodici giorni. Cf., del resto, l'ep. IV del lib. VII; II, 265.

Per quanto spetta poi al personaggio cui il S. si dirige, notiamo com'esso sia in P[1] designato semplice-

gnifico domino meo domino Salvatico de Boiardis, domino castri Hirberie, cuius famam veneror atque colo, exhibitione servitii

passato ai servigi di Selvatico Boiardi, signor di Rubbiera;

2. *Cod.* Hiberie – fama

mente col cognome « de Valle »; indicazione un po' troppo laconica, che non ci darebbe davvero molt'aiuto a rintracciarne notizie, se d'altra parte non ci venissero soccorsi. Filippo difatti trovasi altrove qualificato come « de Valle Hastae » (nell' intitolazione cioè di cert' epistola direttagli da Giovanni Manzini, che unitamente ad altri scritti di costui leggevasi nel cod., oggi smarrito, del Collegio Romano, analizzato dal padre LAZZERI, *Miscell. ex mss. libr. bibl. Coll. Rom.*, Romae, MDCCLIV, I, 133); e quest'unica aggiunta è bastevole a rivelarcelo emiliano, anzi reggiano, Asta essendo una terricciuola che esiste tuttora in provincia di Reggio. Filippo stesso però in un documento, di cui or ora discorreremo, smentisce in qualche parte il Manzini, additando come suo luogo nativo Querciola, quel castello, cioè, che papa Innocenzo IV, violando i diritti due volte secolari de' vescovi di Reggio, aveva circa il 1251 infeudato a Guido II de' Fogliani, e che, solo, dopo la quasi totale ruina di quella possente famiglia, continuò ad appartenerle fino al secolo XVIII. Ved. G. B. VENTURI, *Storia di Scandiano*, Modena, MDCCCXXII, cap. III, p. 28 sgg.

Della vita di Filippo assai poco ci è noto. Sebbene non fosse notaio, ma avesse, com' io stimo probabile, studiato in arti all'università di Bologna, ei dovette fin da giovine acconciarsi a servire da cancelliere e segretario ai signorotti del paese natale. La sua presenza a Rubbiera, terra de' Boiardi, nel 1383 ci è attestata dall' *explicit*, ch' egli appose ad un codice tutto scritto di suo pugno, il quale, dopo avere appartenuto alla celebre libreria del monastero di S. Giustina di Padova (ved. il catalogo di essa compilato da D. Francesconi correndo l'anno 1806, nel cod. della Nazionale di Brera AG, IX, 49, c. 11 A); è passato nel 1825 per acquisto alla biblioteca Ambrosiana. Questo codice, cartaceo, di fogli anticamente numerati centrentuno, che misura mm. 210 × 295, rozzamente rilegato in cartone, segnato I, 242 inf., contiene le « ricollette » delle lezioni pronunziate da Benvenuto da Imola nello Studio bolognese sopra Valerio Massimo; la sottoscrizione di Filippo, già varie volte stampata, ma sempre con errori più o meno lievi di trascrizione, è la seguente: « Expliciunt Recolecte super « opere Valerii Maximi ystoriographi « facte Bononie sub excelentissimo (*sic*) « viro magistro Benvenuto de Ymola « scripte per me Philippum de Vale « natum quondam Bartholeti de Vale « de Querzola in castro Heriberie sub « annis Domini in .M° CCC° LXXXIII°. « Indicionis sexte. Amen ». Cf. BENEVENUTI DE RAMBALDIS de Imola *Com. sup. D. A. Comoed.* ed. Lacaita, I, pp. XXXVI e XL; L. ROSSI-CASÈ, *Di maestro Benv. da Imola*, Pergola, 1889, p. 146. I dubbî che quest'ultimo muove sull' esattezza della data del cod. Ambros., non hanno alcun fondamento.

Abbandonata Rubbiera, dove certo serviva i Boiardi, il Di Valle, come apprendiamo dalle parole del Nostro, dovette accostarsi ai Fogliani, che poi lasciò per tornar nuovamente agli stipendî de' primi padroni. Ma non vi durò a lungo. Perennemente scontento, io credo, del suo stato (era questa sorte comune a tutti i letterati e cancellieri d' allora); bramoso

quantunque gli spiaccia un poco che siasi licenziato da Carlo Fogliani; di cui spera però che abbia conservato la grazia.

dedicatum [1], quanvis parunper molestum sit te dominum Karolum de Fogliano, sicut indicas, reliquisse [2]. puto tamen te conservasse

di far esperienza delle proprie forze su più vasto teatro, egli nel 1392 si licenziava dai Fogliani per ridursi, munito d'una commendatizia del Nostro, a Milano (cf. lib. VIII, ep. VII; II, 393). Ma qual fortuna l'attendesse alla corte Viscontea, non c'è riuscito scoprire.

(1) Intorno alla nobile famiglia de' Boiardi, la quale per un secolo quasi (1362-1421) esercitò il suo dominio sulla terra fortificata, posta in riva alla Secchia, a mezza via tra Modena e Reggio, che anticamente chiamossi « Herberia, Hirberia, Herbaria », ed or si dice Rubbiera; sono da vedere G. TIRABOSCHI, *Dizion. topograf.-stor. degli Stati Estensi*, Modena, 1824, I, 371 sgg., e VENTURI, op. cit. cap. V, p. 74 sgg. Selvatico, figlio di Gherardo di Bonifacio, fu uomo prudente e valoroso. Insieme a Feltrino, cugino suo e consorte nella giurisdizione, tolse del 1354 ai Gonzaga, che allora tenevano Reggio, la rocca di Rubbiera per darla ai Visconti, i quali lo ricompensarono non solo con annua provvisione, ma gli confidarono la custodia del castello. Passato poscia agli stipendî degli Estensi e della Chiesa, il Boiardi n'ebbe pure un assegno mensile ed il mero e misto impero ne' luoghi che occupava; e tra questi fu pur compresa Rubbiera. Sempre fedele a casa d'Este, nel 1371 prese parte all'impresa di Reggio (ved. *Chron. Est.* in MURATORI, *Rer. It. Script.* XV, 495); e cinque anni appresso, seguita la ruina di Bichino da Marano, lo vediamo occuparne il luogo, e nella spedizione di Faenza far da capitano generale dell'esercito estense. Se anch'egli nel 1395 abbia avuto parte all'ardita e felice campagna contro il signore di Sassuolo, che fe' cadere nelle mani de' suoi figli la rocca di Fiorano, non sappiamo con certezza: il TIRABOSCHI, op. cit. p. 381, e il VENTURI, op. cit. p. 76, paiono stare per il sì; onde sarebbe caduto in errore IACOPO DE DELAYTO, *Ann. Estens.* in MURATORI, *Rer. It. Script.* XVIII, 918, che lo dice già morto. Allegan essi un diploma di Niccolò III, spedito l'anno 1396, in cui si tessono sommi elogî a lui ed ai suoi figliuoli per lo zelo spiegato nella guerra di Sassuolo, e di Selvatico si parla come di persona ancor viva. Comunque sia di ciò, egli non dovette vivere più in là del 1397: cf. VENTURI, op. cit. p. 109 (Albero dei Boiardi). I suoi figli ed eredi, cresciuti sempre più in grazia presso il marchese, cedettero nel 1421 a costui Rubbiera, e n'ebbero tra altri beni in contraccambio il feudo di Scandiano.

(2) Carlo, figlio di Guido Savina II da Fogliano, « si può dire » (adoperiamo le parole, di cui si serve F. SANSOVINO, *Della orig. et de' fatti delle fam. ill. d' Italia*, Venezia, MDLXXXII, p. 356) « che fosse il fine della riputatione et « della grandezza del suo sangue », perchè l'inimicizia che professò sempre contro la casa d'Este condusse alla rovina lui ed i suoi numerosi congiunti. Sarebbe impresa non men ardua che inopportuna ricostruire qui la biografia di quest' uomo senza fede e senza cuore, sanguinario e feroce, « l'ultimo de' Fogliani, ai quali », come scrive il LITTA, *Fam. cel. ital.* to. V, Fogliani di Reggio, tav. V, « fosse « permessa la violazione di tutte le « leggi dell'umanità ». Alleato fedele di Bernabò Visconti, di cui anzi aveva menato in moglie una figliuola naturale, Isotta, che dopo avergli partorito tre figli, divorziò da lui nel 1382; Carlo

gratiam et benivolentiam suam, tibique, sicut fert mundanarum rerum condicio, consuluisse; utcunque sit, si in honorem et in rem tuam fuerit, gratum est sensibus meis, sed longe gratissimum quod vales, quod mei memor es quodque de me tam amicabiliter
5 curam geris. scias autem me valere cum decem filiis, quos, cum te primum aspexi cumque dignatus es in domunculam tuam divertere, vidisti.(1) veruntamen audivi fidedigno relatu comitem Virtutum non solum populo florentino tanteque reipublice bellum indixisse, sed etiam in meam cedem sollicitum et accensum. uti-
10 nam, si quid boni est hosti patrie exoptandum, maiore non detineretur cura! utinam, si verum est, magnificentius cogitet quam percussores in unum homunculum destinare! (2) et quid

Opina che ciò facendo abbia consultato il vantaggio suo.

Egli pure sta bene e con lui tutta la famiglia.

Ha appreso con stupore come il conte di Virtù macchini la sua rovina.

Non è degno di così gran principe insidiar la vita d'un umile privato.

2. *Cod.* utrumque

si strinse molto più tardi intimamente con Ottobono Terzi, di cui fece il proprio genero, seguì le sorti, condivise la breve prosperità e la repentina caduta. Sbarazzatosi del Terzi e conquistato Reggio, Niccolò III, risoluto a farla una buona volta finita con un avversario irreconciliabile, rivolse tutte le sue forze ai danni del Fogliani. Fu questo il principio della totale rovina di costui, giacchè in breve tutte le giurisdizioni ch' egli aveva in pianura, o per forza o per spontanea dedizione degli abitanti, passarono in poter dell' Estense. Abbandonato dai suoi stessi congiunti, che temevano d'esser travolti nel turbine, Carlo dovè provvedere a' casi suoi e far atto di sommessione. Gli rimasero a cose finite le castella della montagna, dov' egli si ritrasse a vivere, non facendo più parlar molto di sè. La sua morte, della quale il Venturi, op. cit. p. 60 sgg., non aveva saputo fissare la data esatta, seguì, come c' insegna un fonte sincrono ed autentico, ne' primi giorni d'ottobre del 1423. Ved. Rin. degli Albizzi, *Commiss. per il com. di Firenze*, ed. Guasti, Firenze, 1867, I, 567.

(1) L' espressa menzione fatta qui dal S. de' suoi dieci figliuoli ci obbliga a ripudiare l' ipotesi emessa già da noi nelle note all' ep. xiiii del lib. VII (II, 185, nota 3), che i due ultimi figli del S. fossero venuti al mondo « circa il 1392 ». Essi avevan invece veduta la luce, a mal agguagliare, un paio d' anni prima.

(2) Non per giustificare, chè sarebbe del tutto superfluo, la condotta di Giangaleazzo, bensì per ricordare semplicemente che i metodi suoi venivano allora da tutti senza soverchi scrupoli applicati, ci sia lecito accennar qui come dinanzi ai priori radunati a consiglio segreto addì 20 maggio 1401, Niccolò di Iacopo Guasconi sorgesse a proporre: « quod diligen« ter veneno et ferro persecutio « fiat contra querentes destructionem « civitatis »; e che a lui faceva eco messer Rinaldo Gianfigliazzi: « Et pro« videatur ita, quod persecutio fiat « contra tentantes et cum ferro et « cum veneno ». Ed il più curioso si è che l'obbligo di registrare siffatte neroniane proposte ne' volumi delle Consulte, toccava proprio, per ragione d' ufficio, a Coluccio ! Cf.

Che se egli ha dovuto scriver cose, onde il Visconti ha tratto motivo di sdegno, il dover suo glielo imponeva.

E Fiorentino, e contro il nemico della patria combatterà sempre colla penna, come pugnerebbe, ove il potesse, colla spada.

est comparatus sue potentie Colucius de Stignano? qui si de ipso, sicut incumbit officio, vel meo vel patrie nomine scripserim quod ipsum et moveat et offendat, meminerit se hostem patrie, recordeturque se tot viris capitalem inimicum quot sumus; nec se decipiat; Florentini, et donec in amiciciam cum republica redeat, 5 se dictis et factis ab aliquo Florentini nominis nichil speret nisi hostile et inimicabile recepturum. et quid? putatne me temperaturum calamo qui, si daretur facultas, gladium non continerem? iniquus est qui publici hostis insidias aut impetum ad iniuriam ducit; equant bella pugnantes; unde cum h o s t i r e prisca 10 lingua e q u a r e sit, inimici h o s t e s dicti sunt[1]. denique in quem ius est ferrum stringere, quis reputet nefas calamum in-

Se le accuse di Coluccio sono giuste, si emendi; se false, le respinga cogli scritti; non se ne vendichi col pugnale.

Egli, del resto, benchè sessantenne, non si lascerà trucidare senza resistenza.

tentare? si vera sunt que scripsimus, secum et suis erroribus irascatur; si falsa, refellat litteris, et quod palam in eius displicentiam scriptum est, insidiosus et latitans non ulciscatur. adhuc 15 tantum animi tantumque virium, licet sexagesimum attigerim annum[2], michi superest, quod palam irruenti non cedam, sed salutem meam manu tuebor manuque, qua potero, propulsabo. unum velim sciat, quod cum in me, etiam si sibi pareat orbis,

Ad ogni modo si affida interamente alla divina provvidenza.

plus posse nequeat quam eterna Dei providentia, cuncta disponens 20 ante tempora, decreverit in temporeque permittet, si incolumem me futurum previdit Deus, quicquid concipiat aut moliatur inaniter effluet. sin autem ab eadem Dei providentia suis in manibus datus sum, certus esto me nullis cautionibus evasurum. in Dei itaque custodia me reponens, scio quod de me non plus 25

Niuna mutazione introdurrà nel suo tenore di vita; se il Visconti effettuerà l'insano proposito, darà a lui insieme colla morte fama eterna, e

permittet consiliis hominum quam ab eterno decreverit. ego nichil de consuetudinis mee modulo commutabo; saltemque hanc spem ad immortalia regna deferam, quod si conceptum hoc perfecerit, me temporali privabit vita sed perpetua consecrabit fama;

12. quem ius] *Cod.* quem uis quis] *Cod.* non 14. *Cod.* quo[d] 16. *Cod.* tanti animi

R. Arch. di Stato in Firenze, *Consulte e Pratiche*, n. 36, 1399-1401, c. 185 A.

(1) PAPIAS, *Lex.* s. v.: « Hostis « dicitur ab h o s t i r e, id est a e- « q u a r e, quia iusta et aequa re init « bellum ». Altre più o meno capricciose esplicazioni del vocabolo dà il BALBI, *Catholic.* De litt. H ante O, s. v.

(2) Cf. la nota 1 di quest'epistola, p. 248.

se vero, cum vel ulcisci vel fugere queret infamiam, ingenti gloria, si qua paretur, eximet, et eterno dedecori, ni fallor, involvet. hec hactenus. nunc autem gratias ago caritati tue; si me tuebitur Dei manus, ut sit vita comes, non solum egero, sed 5 referam; michique perpetuo tua dilectio ante mentis oculos agetur meos.

sè stesso consacrerà a perpetua infamia.

Gli è grato che l'abbia di ciò avvertito.

Velles autem scire, ut ad quesita tua veniam, quid intelligi debeat per illam tunicam Nesseo cruore perfusam, qua poete fingunt Herculem occidisse. sed hoc longius est quam putes. 10 michi tamen est in manibus Hercules, opus quidem ingens, de quo, sicut concepi, Deo duce, quatuor absolvam libros [1]; quorum ultimus hoc quod requiris, quantum Deus concesserit, explicabit [2]; donec id perfecero, quia quotidie variantur cogitationes hominum, rogo mecum patientiam habeas. nolo quidem inten- 15 tionem meam, ante quam in illa parte scripsero, publicare. interim tamen scito, quod secundum veraces hystorias, ut refert Eusebius [3], Herculem in morbum incidit pestilentem et immanitate dolorum se vivum coniecit in flammas, paucis annis ante quam Helena per Paridem raperetur.

Rispetto alla sua richiesta sul significato allegorico della camicia di Nesso, che condusse Ercole a morte, lo consiglia ad attendere la pubblicazione del proprio trattato su quel semidio.

20 Illa autem Declamationis verba clara sunt, cum inquit Lucretia: egritudinem animi motusque nedum mollit tempus, sed extinguit [4]. animi quidem egritudo tristicia est, quam constat, licet acerrima sit, minui et extingui temporis lapsu.

Gli dichiara poi un passo della sua *Declamatio Lucretiae*.

2. *Cod.* glorie 23. *Cod.* lapsum

(1) Cf. le note all'ep. x del lib. XIV, p. 76 di questo volume.

(2) La mancanza degli ultimi capitoli dell'opera *Allegoriarum libri IV super fabulis Herculis* (ved. p. 77 di questo volume) ci vieta di sapere che cosa pensasse il S. sulla questione.

(3) Cf. Eusebii Caesar. *Chronic.* s. Hieronymo interpr., ed. Roncali, Patavii, 1787, I, 209-210.

(4) Son queste parole tolte dalla risposta che nella *Declamatio Lucretiae* del Nostro dà l'eroina al padre ed al marito, che tentano dissuaderla dal proposito d'uccidersi: « Nichil mu« liere mobilius: egritudinem animi« que motus nedum mollit sed extin« guit tempus. si distulero, forsan « incipient michi flagitiosa placere » &c. Il testo di questa retorica scrittura, composta dal Nostro negli anni giovanili; e destinata a conseguire una celebrità non meno straordinaria che poco meritata (noi ne conosciamo una quarantina d'esemplari e ne esistono certamente molti più), impresso una prima volta come la ccccxxvii tra le Aeneae Sylvii *Epistolae*, edite in

E quindi tocca dell'etimologia probabile di « Ligustus ».

Ligustus autem nescio quid sit, nisi forsan inusitatius velimus a ligus ligustus adiectivum inflectere. forte tamen debuit dici ligusticus a Liguria; unde, teste Derivationum magistro Uguicione, tale vocabulum derivatur (1).

Gli promette di cercargli certa opera boccaccesca assai rara da lui desiderata, e di mandargli copia d'alquante sue epistole; e l'incarica dei suoi saluti a Selvatico Boiardo ed a Carlo e Giberto Fogliani.

Librum illum Boccacii non facile contingit reperire. si in 5 manus venerit meas, postquam ubinam degas scio, te conscium faciam. res autem et epistolas meas miror quod tanti facias; procurabo tamen quod aliquarum copiam habeas. vale et me domino Salvatico, domino Karolo et Giberto (2) recommenda, cum potes. non erat hic Bonifacius meus et ideo non respondet (3). 10 Florentie, tertio kal. martii.

1-2. *Cod. om.* velimus, *aggiunto in margine d'altra penna.*

Milano da U. Scinzenzeler, l'anno 1496, è stato, alcuni anni or sono, riprodotto da H. Müller ne' *Blätter für das bayer. Gymn. u. Realschulw.* XIV, 371. Cf. VOIGT, *Ueber die Lucretia-Fabel u. ihre literarisch. Verwandten* in *Berichte ueb. die Verhandlung. der kön. sächs. Gesellsch. der Wissenschaft.* Phil., Hist. Cl. 1883, XXXV, 25; A. EUSSNER, *Zu den Lucretiasreden des Salutato* in *Blätter* cit. XVI, 9 sgg. e XXIV, 74 sgg.

(1) Cf. HUGUCIO, *Verbor. derivat.*, cod. Laur. S. Croce pl. XXVII, sin., 1, c. 239 B, s. v. lego; e ved. lib. VI, ep. 1, nota 2; II, 137.

(2) In codesto Giberto, a cui il S. si raccomanda, sarà probabilmente da riconoscere quel figlio di Francesco Giberto de' Fogliani, nipote di Guido Savina II, che, privato da costui di Scandiano insieme al fratel suo Pietro Anglico, dopo la morte del padre, assassinato nel 1378, seppe due anni appresso col favore di Niccolò III d'Este penetrarvi di nuovo, snidarne il malvagio congiunto, e dopo varie vicende ritornarne legittimo padrone nel 1386, mantenendovisi sino all'anno 1417. Ved. VENTURI, op. cit. pp. 62 sg., 73. Per verità, contemporaneo di costui fu un altro Giberto de' Fogliani, figlio di quel Niccolò, che teneva il castello di Rondinara (VENTURI, op. cit. p. 63); ma siccome quest' ultimo fu sempre avverso agli Estensi, così mi pare credibile che del primo si tratti qui, giacchè Coluccio, qual cancelliere d' uno Stato alleato del marchese d' Este, doveva piuttosto conoscerne gli amici che non gli avversari.

(3) Che il Nostro alluda qui al terzogenito suo Bonifazio, non oseremmo asserire; giacchè, se i calcoli nostri non vanno errati (cf. lib. XI, ep. XX; III, 404), quest' ultimo doveva aver nel '91 raggiunto appena i quindici anni, e mal s' intende come potesse mantener corrispondenza con un uomo maturo, quale era certo il Di Valle. Vero è, d' altro canto, che questi, mosso a simpatia dall' ingegno promettente del giovine, potrebbe avergli scritto un' esortatoria allo studio o qualche cosa di simile.

IIII.

A Bonifazio IX [1].

[Cod. Vat. Capp. 147, c. 51 b; S. Merkle, op. cit. p. 564, n. 4; autografa.]

Pape.

Firenze, 30 dicembre 1392-11 febbraio 1393. Gli esprime la propria gratitudine

5 Sanctissime atque gloriosissime in Christo pater et domine, unice viventium successor Petri vereque vicarie Ihesu Christi. scio meę parvitatis non esse dignas agere gratias pro tot et tantis

6. viventium *è aggiunto in interlinea.* 7. *Invece d'* agere *Coluccio aveva scritto* referre, *che cancellò poi, sostituendo in margine la nuova lezione.*

(1) Sebbene possa considerarsi come cosa certa che l'epistola presente, incominciata il 30 dicembre 1392, il dì stesso cioè in cui fu scritta l'altra che le tien subito dietro a Bartolomeo Franchi, non sia stata compiuta e spedita dal S. se non quarantadue giorni più tardi, vale a dire l'11 febbraio 1393, pure io stimo opportuno collocarla qui, perchè, contenendo essa un'ampia e chiara esposizione dei fatti, a cui si riferiscono le tre lettere seguenti (v, vi, vii), mi riesce più agevole porgere di essi una esatta illustrazione. Come ho già per vero dimostrato altrove a proposito della pubblicazione di S. Merkle (cf. *Rivista Abruzzese di scienze, lettere ed arti*, 1895, X, 79 sgg.; e ved. vol. III, p. 661), tanto le tre epistole a Bonifacio IX ed al Franchi, quanto quella al cardinale Monopolitano si riconnettono in strettissima guisa alle missive dirette ai personaggi medesimi, già da noi pubblicate ed illustrate sotto i numeri xiii e xiv del lib. VIII di quest' *Epistolario* (II, 432, 434); poichè riguardano tutte il litigio agitatosi durante il biennio 1392-1393 in corte di Roma tra un messer Dino de' Torsiglieri di Pistoia e Iacopo Dreucci, pur pistoiese, per il possesso dell' ospedale di S. Bartolomeo in Alpi, che il papa aveva tolto al primo per investirne invece il secondo. Controversia in sè stessa poco importante; ma che però può apparir degna d'un certo interesse, ove si consideri quale episodio della deplorevole decadenza, in cui sullo scorcio del secolo xiv, e più particolarmente poi ai giorni di papa Tomacelli, fervidissimo apostolo di simonia, giacevano i luoghi pii, i monasteri, gli ospedali, lasciati in preda alle ingorde voglie di chierici avari e di laici senza scrupoli, che ne facevano oggetto di traffico. Contro questo sfacciato mercimonio più volte la repubblica di Firenze fece udire la propria voce; e le sue querele erano tanto più vivaci, quanto più gli abusi la toccavano davvicino. Così, a proposito dell'usurpazione, che nel corso del 1401 il cardinale di Bari aveva fatta della chiesa di S. Iacopo tra le Fosse, manuale della badia di S. Salvi, scrivevano per mano del S. al pontefice i Signori: « Inter alia... que singulariter « populum nostrum turbant, sunt col« lationes, que crebrius quam oporteat « fiunt, quibusque non providetur ec« clesiis sed personis; qualia sunt quo« tiens ecclesie regimen alicui persone « committitur, que vel semper sit vel « maiori parte temporis abfutura, vel « quando dantur ecclesie prelatis maxi« mis, ut vulgaribus exprimamus vo-

per aver concesso l'aspettazione ad Andrea suo figlio; ed il titolo di rettore dell'ospedale di S. Bartolomeo di Prato del Vescovo al suo nipote Iacopo Dreucci, privandone l'indegno che prima lo possedeva.

beneficiis quę michi sive meis pro me tam affluenter tantaque cum munificentia contulistis. et ut alia omittam, quę infinita sunt, vos in secundogeniti filii mei expectationibus me benigne veluti peculiarem filium exaudistis (1): vos Iacobum nepotem meum hospitali Sancti Bartholomei de Prato Episcopi prefecistis, quo non ut re propria, sed ad proprium dominus Dinus, quondam eiusdem hospitalis non director, sed diremptor, non pater, sed exclusor pauperum utebatur, imo, ut convenientiori loquar vocabulo, rapaciter abutebatur (2). in qua quidem re, licet pro

3. me *è aggiunto in interlinea* *Dopo* benigne *cod. reca* null *cassato.* 4. *Cod.* Iacopum *corretto in* Iacobum 5. *Cod. dà* prefec. *in interlinea; invece di* quo *Coluccio aveva poi scritto* quod, *di cui cancellò la lettera finale.* 6. *Cod.* rē propriā*: ma i segni d'abbreviazione cassati.* Dinus, *omesso da Merkle, è aggiunto in interlinea.* 7 *Dopo il primo* non *Coluccio aveva posto* rector, *che cancellò per sostituirvi in interlinea* director 8. *Merkle* conventiori 8-9. *Dopo* loquar *Coluccio aveva dapprima scritto* verbo rap. abut. *Cancellò poscia il tutto; e riscrisse* rapaciter*; quindi aggiunse un* prefeci... *che cassò di nuovo; poscia* abuteb.

« cabulis quod intendimus, in commendam. hac enim provisione « deseruntur ecclesie, minus accurate « quam deceat divinum ministratur of« ficium, veprescunt agri, senescunt, « neglecta reparatione, domus; quod« que magis deflendum est, ecclesia« rum ornamenta deficiunt et edes « sacre miserabilem decidunt in rui« nam. ponderet sapientie vestre su« blimitas quales sunt omnium super « hac re cum indignatione conque« stus: quid patroni, quid parochiani, « quidve tota nostra respublica lamen« tetur et clamet, videntibus cunctis « que liberalitate maiorum fuerunt in « honorem eterni numinis dedicata, « non assignari, sicut decet, in divi« num cultum, sed in provisionem « hominis atque lucrum »; R. Arch. di Stato in Firenze, *Miss.* reg. 24, c. 63 A, « Pape », 17 ottobre 1401.

(1) Si tratta certo d'Andrea, nato nel 1375, che, al pari del primogenito Piero, il padre aveva destinato alla carriera ecclesiastica. Cf. su di lui lib. III, ep. XX; I, 206; lib. IX, ep. XIX, lib. XI, ep. XXI; III, 138, 406.

(2) Le cc. 49 A-51 B del cod. Vatic. costituirono anticamente un fascicoletto isolato, in cui una mano contemporanea ma diversa da quella del S. trascrisse una bolla pontificia del 27 novembre 1392, la quale giustifica la remozione del Torsiglieri dal rettorato dell'ospedale di S. Bartolomeo e la sostituzione in suo luogo di Iacopo Dreucci. Trattandosi di documento inedito, e per l'illustrazione delle presenti lettere assai importante, ne riferiamo qui taluni brani:

Bonifatius episcopus servus servorum Dey. Venerabili fratri .. episcopo Florentino salutem et apostolicam benedictionem. Gerentes in desideriis cordis nostri quod hospitalia et alia pia loca sub bono et felici regimine augeantur, illa talibus personis libenter commicti volumus, per quas possessiones et bona ipsorum manuteneri valeant ipsaque hospitalia atque loca salubriter ac feliciter gubernari. dudum siquidem per nos accepto quod in civitate ac diocesi Pistoriensi erant quamplures priores et plebani ac rectores secularium parrocchialiumque ecclesiarum (*) presbiteri et clerici perpetui benefitiati in illis ac nonnulli ex canonicis et perpetuis capellanis maiorum Pi-

(*) *Cod.* ecc. (*sic*).

loco, potius quam persone provisum sit, habeo tamen gratias agere, habeo et pauca pro informatione vestre beatitudinis explicare. ago igitur gratias ex toto corde, ex tota anima mea et ex omnibus viribus meis (1) pro hoc et omnibus que michi, 5 nullis precedentibus meritis, prebuistis.

Per tutto ciò vivo sarà sempre il suo obbligo.

Nunc autem audio, quod idem dominus Dinus, sacrorum canonum, quorum doctoratum profitetur, immemor; tanta est impudentia; ausus est apostolicę sanctitati suggerere quod falsa fuerit

Ora però apprende che Dino de' Torsiglieri, già rettore dell' ospedale,

1. *Dopo* loco *Coluccio scrisse* non personis, *che cancellò; e dopo* persone *cominciò a scrivere la parola* 9l (consultum) *che cassò pure.* 4. *Merkle omette* ex *dinanzi a* omnib. 6. *Dopo* Dinus *cod. dà* qui *cassato.*

storiensium ecclesiarum discoli et minus honestam vitam ducentes... et quod in predictis civitate et diocesi erant quamplura monasteria diversorum ordinum que minus debite et honeste regebantur, et nonnulla hospitalia pauperum, in quibus aut nulla aut modica hospitalitas observabatur, et multa reformatione indigere noscebantur: Nos dilecto filio Bernardo abbati monasterii de Podiobonizi Florent. dioc. per nostras litteras mandavimus, quatinus ad predictam civitatem et diocesim se personaliter conferens et habens pre oculis solum Deum, predictam maiorem tam in capite quam in membris et alias ecclesias et monasteria huiusmodi virorum et mulierum, non exempta dumtaxat, ac prefata hospitalia vice [et] auctoritate nostra visitaret et omnia que in eis reformationis et correctionis offitio inveniret indigiere (*sic*) corrigieret (*sic*) et reformaret &c.

Et subsequenter ad audientiam nostram deducto quod prefatus abbas ad huiusmodi visitationem faciendam procedens, inter cetera reppererat, quod dilectus filius Dinus ser Nicchole de Torsilleriis, civis Pistoriensis, rector tunc hospitalis pauperum Sancti Bartolomei de Prato Episcopi, dicte Pistoriensis diocesis, dictum hospitale iam pluribus annis male ac pessime rexerat et gubernaverat, debitam in eo hospitalitatem non tenendo et ipsius hospitalis fructus et proventus in proprios usus convertendo et dilapidando ac pauperes pessime tractando; nos prefato abbati per alias nostras litteras mandavimus, ut vocatis dicto Dino et aliis qui essent vocandi si per huiusmodi visitationem per ipsum abbatem tunc factam vel iterum faciendam inveniret ipsum Dinum circa regimen et administrationem dicti hospitalis talia commisisse propter que de iure merito privari posset vel deberet huiusmodi regimine et administratione; ipsum auctoritate nostra hospitali ac regimine et administratione predictis sententialiter privaret; et nihilhominus si eundem Dinum huiusmodi hospitali et eius regimine et administratione per ipsum abbatem privari contingeret, predictum hospitale, quod aliquando per clericos, aliquando per laicos regi consueverat, dilecto filio Iacobo Dreuccii clerico Pistoriensi iuxta formam constitutionis felicis recordationis Clementis pape V predecessoris nostri in concilio Viennensi super hec edite, eadem auctoritate commicteret, prout in predictis litteris plenius continetur &c.

S' aggiunge poscia che coteste seconde lettere non pervennero in tempo utile all'abbate di Poggibonsi, già partito da Pistoia; ma che egli però prima di lasciar quella città, in forza delle prime lettere apostoliche aveva già denunziato al pontefice la riprovevole condotta del Torsiglieri, che, impadronitosi tanto delle rendite quanto delle suppellettili dell' ospedale, l' aveva chiuso, godendone i proventi, così come troviamo asserito dal Nostro nell' epistola sua. Il pontefice conchiude dichiarando d'aver dunque rimosso Dino dall'ufficio di rettore, ed incarica il vescovo di Firenze di porre in sua vece il Dreucci; la chiusa della bolla è tale:

Nos enim ex nunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit actentari. dat. Perusii .v. kal. decembris, pontificatus nostri anno quarto. P. de Esculo.

(1) Cf. s. Luc. X, 27.

in pugna con la f[illegible] [illegible] e menzognera l'inchiesta in seguito a cui fu destituito.
Ma le sue colpe son ben maggiori di quanto il commissario apostolico abbia nella relazione sua denunziato.

visitatoris relatio, cuius pretextu fuit ab eiusdem hospitalis cura rationabiliter absolutus. falsam fateor, sanctissime pater, non in his que visitator retulit, sed omisit. omisit autem, ut arbitror, quia magnitudine rerum impeditus aut non potuit cuncta percipere aut positis quę satis erant, voluit pudori prefati domini Dini per quandam verecundiam indulgere. sed notorium est ipsum, cum ferme

Menata in moglie una fanciulla di nobile stirpe,

de patrimonio nichil habeat, in ambitiosum uxoris cultum, quam nobili genere procreatam, postquam hospitalarius extitit, desponsavit, et in usum familię panem pauperum transtulisse. omnia siquidem quę debent hospitalarii non negligens sed omittens, hospi-

egli chiuse l'ospizio, diede mano ad edificare per se una casa sontuosa; soppresse la settimanale elargizione di pane ai poveri;

tale clausit et domum sumptuosissimam ędificans, collabi domos pauperum exemplo turpissimo patiebatur. antiquissimę consuetudinis fuit singulis hebdomadibus, sabbato scilicet, cunctis pauperibus, quotquot confluxissent, unius panis pro quolibet elemosinam exhi-

lasciò, per la sua riluttanza a compiere i propri obblighi, che il comune di Bologna sequestrasse tutti i redditi che sul territorio bolognese aveva l'ospedale;

bere; hunc morem nedum sustulit sed extinxit; tantamque avariciam in omnibus exercebat, quod, cum in territorio Bononiensi conservationem unius pontis pertinaciter facere recusaret, commune Bononie redditus omnes hospitalis, qui in finibus ipsorum sunt, huius rei occasione autoritate decreti publici, cunctis laudantibus,

e dopo di ciò osa chiamar ingiusta la propria deposizione!

occupavit. et tamen audet ante conspectum vestre beatitudinis asserere seque per iniusticiam depositum conqueri, quem notum est

Voglia il pontefice impedire che tale sfacciata querela sia accolta.

longe gravissima promereri! velit igitur apostolica sanctitas ipsum ab audientia vestra repellere vel tali sub condicione recipere suam querelam, quod non possit subornatis testibus aut occulere veritatem aut mendacium quasi rem verissimam ostentare. nec sine causa loquor. iam enim incepit aliquos in testes requirere, qui noluerunt sue turpitudini consentire.

Lo ringrazia per i benefici concessi a Pietro suo primogenito,

Ceterum credo quod circa gratiam Petri filii mei egregius legum doctor dominus Laurentius de Ridolfis vestre beatitudini fuit

2. *Dopo* pater *cod. dà* si f *cancellato.* 7. ambitios. *è aggiunto in interlinea.* 8. *In luogo di* nob. gen. *Coluccio aveva prima scritto* nobilem progenie*: quindi mutò* nobilem *in* nobili, *e cassò* progenie 9. in *aggiunto in interlinea.* 15. *Dopo* nedum *era scritto* in cunctis, *poi cancellato e dopo* tantamque *erasi scritto* suis, *pure cassato.* 17. facere *aggiunto in interlinea.* 18. *Merkle* reditus 20. *Dopo* vestre *Coluccio scrisse* sanctitatis, *a cui sostituì quindi* beatitudinis 22. *Dopo avere scritto* vestra sanctit., *Coluccio cancellò* vestra, *sostituendo in interlinea* apl̄ica 22-23. ipsum - vel *aggiunto in margine.* 23-24. *Coluccio aveva scritto* querel. suam admittere*; poi cassò il verbo e prepose* recip. *a* suam quer.

locutus (1) et venerabilis pater meus dominus Bartholomeus Francisci vobis cuncta referet viva voce (2). in quibus omnibus ut gratia sit efficax, dignetur humilitatem meam benignitate solita vestra sanctitas exaudire. conservet omnipotens Deus, qui vices 5 suas vobis commisit in terris, sanctitatem vestram * * * (3).

e affida a Bartolomeo Franchi la cura di trattar quest'affare a viva voce.

V.

A Bartolomeo di Francesco di Meo Franchi (4).

[Cod. Vat. Capp. 147, c. 51 A; autografa; S. Merkle, op. cit. p. 562, n. 2.]

Domino Bartholomeo Francisci.

Firenze, 30 dicembre 1392.

Lo sollecita ad interporsi perchè vadano a vuoto i maneggi del Torsiglieri.

10 Reverende in Christo pater et domine mi. quod negocia Iacobi mei fuerint tam feliciter tamque celeriter expedita, scio vestri fuisse consilii vestrique favoris. nunc autem videtis bonum illum dominum Dynum adhuc negocium refricare et ob id opus est michi opera vestra (5). defendenda nostra iusticia est, deter- 15 renda illius hominis improbitas et eius avaricia turpitudoque ad eius ignominiam detegenda. quod si unquam aliquid toto conatu totisque viribus suscepistis, hanc velim causam in vestris humeris assumatis. mitto autem vobis procuratorium; scripsi et Andree Nerii de Vectoribus (6) quod, sicut precipietis, solvat tam

Ha scritto ad Andrea Vettori, perchè provveda

3. *Dopo* meam *cod. dà* ur *cancellato.* 4. *Cod.* santitas *corretto in* sanctit. 5. *Nel cod. seguiva la data, portata via dal ferro del rilegatore.* 14. nostra] *Merkle* vestra

(1) Messer Lorenzo de' Ridolfi erasi probabilmente recato in Perugia presso il pontefice insieme ad Andrea di Neri Vettori per incarico della Signoria: vedasi la nota 6 all' epistola che segue.

(2) Cf. l' epistola seguente.

(3) I fogli del cod. Vatic. sono stati così barbaramente smarginati dal ferro d'un ignorante rilegatore, che la data di quest' epistola è stata portata via di netto. Ma se si riflette ch'essa è scritta a tergo della carta, sul *recto* della quale Coluccio copiò l'epistola a Bartolomeo di Francesco, ch'or verremo a leggere, parmi naturale conchiudere, come ho già accennato, che entrambe siano uscite almeno parzialmente nello stesso giorno dalla penna del Nostro.

(4) Di codest' importante personaggio abbiamo già a lungo trattato, pubblicando l'epistola xviii del lib. XIII (III, 664), a lui diretta dal Nostro.

(5) Cf. l'epistola precedente, p. 257.

(6) Andrea di Neri de' Vettori, nato circa il 1335 da nobile casata fiorentina, è uno degli uomini che presero più attiva parte al maneggio della pubblica cosa in Firenze sullo scorcio del Trecento. Gli uffici da lui sostenuti, le legazioni intraprese non si

[illegible] come per le bolle concesse a suo figlio Piero.

pro hac causa quam pro bullis filii mei, quas dixit michi dominus Laurentius (1) dominum nostrum cum oportunis clausulis sibi verbo; spero autem et favore vestro et benignitate sua ipsum facto, sicut sibi protulit; indulturum (2). velitis igitur bullas expediri facere, et hunc laborem pro me meaque familia, quos vestros reputare debetis, cum patientia supportare. nam tametsi vices ad mensuram non possimus rependere, semper tamen erimus parati pro vobis et vestris, sicut necessitas ingruet, operari. valete feliciter. Florentie, tertio kalend. ianuarii.

Si scusa di abusare della sua benevolenza e si offre ai suoi servigi.

VI.

A Francesco Carbone cardinal Monopolitano (3).

[Cod. Vat. Capp. 147, c. 54 a; autografa; S. Merkle, op. cit. p. 563, n. 3.]

Monopolitano.

Firenze, 31 dicembre 1392. Lo ringrazia di aver efficacemente protetto suo nipote Dreucci

Reverendissime in Christo pater et domine et singularissime domine mi. quam efficaces fuerint supplicationes humilitatis mee penes excellentiam vestram, Iacobus Dreuccii de Pistorio, nepos meus atque vestro munere rector hospitalis Sancti Bartholomei de Prato Episcopi, diocesis Pistoriensis, cum

1. *Dopo* hac *Coluccio avea scritto un* quod *che cancellò.* 3. favorē *il cod.; ma Coluccio cassò poi il segno d'abbreviazione.* 5. *Dopo aver scritto due volte la parola* familia, *Coluccio la soppresse dove ricorreva primamente.* 15. *Cod. dà dopo* suppl. *un* excellentię me *cancellato.* 16. *Merkle* Dreuctij

contano: tre volte almeno fu dei Dieci di balía (1385, 1389, 1395); ed acquistossi colla prudenza addimostrata in gravi contingenze una riputazione che sciupò già vecchio, quando, contro sua voglia, fu mandato, in qualità di capitano di tutte le genti da cavallo e da pie' della repubblica, all'acquisto di Pisa. La perdita della cittadella, seguíta il 6 settembre 1405, fu per costargli la testa; lo salvò soltanto la vigorosa assistenza d' un suo antico e capitale avversario: Gino Capponi; cf. O. Corazzini, *L' assedio di Pisa* (*1405-1406*), Firenze, 1885, p. xxxvii. In quest' andata a papa Bonifazio in Perugia egli, ch' era allora uno degli ufficiali e riformatori dello Studio, impetrò larghi privilegî a favore di esso: ved. Gherardi, op. cit. par. I, n. lxxiv, p. 173.

(1) Allude al Ridolfi, di cui già si fe' cenno nell' epistola precedente.

(2) Ved. lib VIII, ep. xiiii; II, 434, nota 1.

(3) Anche intorno al cardinale Monopolitano, che sui primi del 1392 i Fiorentini avevano eletto in loro ufficial protettore presso la curia, abbiamo già date bastevoli notizie nelle note all' ep. viii del lib. XIII, che gli è diretta (III, 432).

admiratione retulit, sed effectus et ipsa rerum evidentia longe clarius indicavit [1]. prius enim idem Iacobus, ut ita loquar, quam introductus fuerit, extitit expeditus. pro quibus referre gratias non est parvitatis mee; sed, quod affectus est, quanta reverentia possum 5 grates ago, promptaque mente me promptum offero non debita, quod meum non est, sed quanta potero gratitudinis vicissitudine responsurum. nunc autem cum magnum fuerit ipsum facere, tum maximum est quod feceritis conservare. perit equidem quod factum est nisi conservationis beneficio defendatur; frustratorium 10 equidem et inane foret aliquid producere, si mox ut constiterit, evanesceret. et cum omnia creando Deus manifestaverit bonitatem suam, sine dubitatione plus indicat conservando.

e l'esorta ad interporre la sua autorità, perchè non perda ciò che gli è stato concesso.

Sensi quidem quod dominus Dinus, olim dicti hospitalis non rector sed abusor, ausus est apostolice sanctitati suggerere quod 15 ex informationibus falsis fuerit depositus, et iniuste, si consideretur veritas, sit privatus. in quibus equidem, quod tam attritę frontis sit adeoque inverecundi propositi, satis mecum ipse non possum, sua gesta recogitans, admirari. sed aut facti proprii, quod credibile non est, aut iuris, quod ex facto oritur, est oblitus: et 20 in qua sacrorum canonum institutione compertum habet quod de honestate clericali sit, quod pręfectus bonis pauperum, qui nichil habeat quod sit suum, puellam etate puberem et sanguine nobilem in future prolis studium ambitiosissime sibi copulet in uxorem, quam nec ornare nec nutrire possit nisi pane rapto de 25 manibus mendicantum? mittat apostolica sanctitas Pistorium qui rem inquirat. inveniet in manibus suis extinctam hospitalitatem, distracta que fuerant ibidem divinis officiis dedicata, deductas

Richiama alla sua memoria le infondate pretese del Torsiglieri,

e ne torna ad enumerare le colpe.

2. *Merkle* indicant *Dopo* ind. *nel cod. si legge* qui *cancellato;* enim *è aggiunto in interlinea, e le parole* idem Iac. *in margine.* 4. *Tra* est *e* parv. *cod. dà* meum *cancellato.* 6. vicissitud. *è aggiunto in interlinea.* 10. *Cod.* consisterit 11. manifestaverit] *Merkle* manifestaturus 12. *Cod.* dubitaōē℥ *(sic). Merkle* iudicat 18. *Cod.* sed ad fatti *(sic) cancellato;* aut *aggiunto in margine e così* facti 19. *Merkle* incredibile 20. *Dopo* iustit. *Coluccio avea scritto* repperit, *che quindi tolse via.* 21. *Dopo* sit *aveva scritto* prefectum, *che poi cassò sostituendo in margine* prefectus; *Merkle* praelectus 22. *Cod.* uxorem *cancellato per sostituirvi* puell. 25. *Merkle* mendicantium *Dopo* Pist. *Coluccio avea scritto* inueīet *che poi cancellò.*

(1) Cf. la nota 2 all'ep. IV, p. 256.

È necessario che tanta arrogante malvagità non rimanga impunita; ci ripone quindi ogni fiducia nel suo valido appoggio.

domos per negligentiam ad ruinam et de bonis pauperum domum sumptuosissimam, in qua cum uxore splendide moraretur, ferme ad exitum iam constructam. inveniet etiam, quod abominabilius est, ebdomadariam elemosinam, quam cuncti predecessores sui non reliquerunt, nedum omissam in suis manibus sed extinctam. quid plura? inveniet ipsum, avaricia sua, iura dicti hospitalis, que magna sunt, in Bononiensium finibus perdidisse (1). quam ob rem, reverendissime domine, suggerite summo pontifici veritatem, deterrete maliciam, imo audaciam hominis impudentissimi; quęve tam iuste facta sunt protegite, et Iacobum, creaturam vestram, quem invenietis verum patrem pauperum, conservate. est in hoc iusticię defensio, protectio pauperum et honoris vestre dignationis, que cunctorum autor extitit, incrementum. michi vero tanquam servo vestro dignemini, si quid placet, iniungere. instar etenim maximę gratię michi fiet posse pro vobis et vestris quantum affectionis in bene placitis vestris habeam demonstrare. Florentie, pridie kal. ianuarii (2).

2. *Dopo* sumptuos. *Coluccio avea cominciato a scrivere* ub *(*ubi*) che cancellò.* 8. *Dopo* rem *un* pater *cassato.* 9. *Ad* audac. *seguiva* eius et, *poi cassato;* hom. impud. *è aggiunto in margine.* quęve] *Merkle* queque*: il* ve *è nel cod. aggiunto in interlinea da Coluccio.* 13. *Merkle* auctor michi *nel cod. pare correzione da* me

(1) Tutte queste accuse contro il Torsiglieri rinvengonsi minutamente enumerate nell'ep. IV a Bonifazio IX: v. ivi, p. 258.

(2) Come il Merkle ha già rilevato (op. cit. p. 564), nel codice a quest' epistola segue una seconda coll' indirizzo: « Pisano » (cioè a dire il cardinale Francesco Moricotti, vescovo Prenestino, vicecancelliere della S. Romana Chiesa (1378-1394): cf. EUBEL, *Hierarch. cathol. medii aevi*, p. 22), identica in tutto alla presente, tranne nel cappello, che è di questo tenore: « Reverendissime in Christo pater et « domine, singularissime domine mi. « retulit michi Iacobus Dreuccii nepos « meus vestroque munere rector ho« spitalis Sancti Bartholomei de Prato « Episcopi quam gratiose quamque ef« ficaciter contemplatione mea (*) fue« ritis sua negocia prosecutus. retulit « ille quidem, sed effectus et ipsa re« rum evidentia longe clarius indica« vit (**). prius enim &c. ».

(*) mea *è aggiunto sopra.*

(**) *Il Merkle che nella precedente ep. stampò* indicant, *qui stampa* indicarunt

VII.

A Bonifazio IX (1).

[Cod. Vat. Capp. 147, c. 54 b; autografa; S. Merkle, op. cit. p. 565, n. 5. Anepigrafa.]

Firenze, 12 febbraio 1393.

Torna a raccomandare al pontefice la causa del Dreucci, contro cui il suo predecessore ha ottenuto dalla Curia certe lettere di sequestro, e lo scongiura a farle revocare.

5 Sanctissime in Christo pater et domine vereque vicarie Ihesu Christi. scripsi pridie sanctitati vestre super facto Iacobi mei nepotis, quem dignata fuit vestra sublimitas ad rectoriam hospitalis Sancti Bartholomei de Prato Episcopi, diocesis Pistoriensis, elevare, explicando sincerissimam veritatem. nunc autem cum, 10 omnium cum admiratione, imo stupore, dominus Dynus predecessor suus litteras de sequestrando dictum beneficium dicatur obtinuisse, mitto dictum Iacobum ad sanctitatis vestre conspectum, supplicans quanto devotius et cordialius possum, quatenus hanc sequestrationis molestiam, que nec de vestro mandato nec reverendi 15 patris et domini mei Monopolitani creditur processisse, dignemini, quoniam multi preiudicii est, facere revocari et hanc vestram creaturam cum favore suscipere commendatam. ceterum

9. elevare *manca nel cod.; nè fu aggiunto, sebbene richiesto dal senso, da Merkle. Cod. omette* cum 14. *Il primo* nec *è aggiunto in interlinea.* 15. *Dopo* Monop. *cod. e Merkle dànno* non 17. *Dopo* ceter. *Coluccio aveva scritto* negocia fid, *che cancellò.*

(1) Nel pubblicare la presente, dimentico, per quanto sembra, che Firenze, a partire dal sec. x per venire fino al 1749, fu solita datare l'anno dal 25 marzo, posticipandone così il principio di tre mesi meno sette giorni, il Merkle l'ascrisse senza esitazione al 1392, scompigliando per tal guisa del tutto l'ordine cronologico del gruppo di lettere a cui appartiene. Eppure sarebbe bastato osservare l'indizione per avvertire l'errore. Essa è qui detta prima; e nel febbraio del 1392 correva l'undicesima! La prima non era cominciata che col settembre di quell'anno.

Che il « pridie » adoperato dal S. ci obblighi poi a ritenere spedita soltanto l'11 febbraio, cioè a dire un giorno prima che il S. scrivesse la presente, l'epistola da noi testè illustrata, sotto la data del 30 dic. 1392, già s'ebbe occasione di dire (cf. p. 255 di questo volume). Ora staremo paghi ad aggiungere che codesto ritardo e l'alterazione di data che di necessità ne scaturisce, non possono eccitare veruna meraviglia in noi, cui sono venuti sott'occhi tanti esempi di lettere scritte dal S. in un dato momento, rimaste poi giacenti per mesi e mesi nel suo cassetto, e finalmente spedite con l'aggiunta di poscritte rese inevitabili da nuovi fatti sopravvenuti, quando ebbe a presentarsi l'occasione propizia.

Gli raccomanda poi la supplica di suo figlio Piero, destinato ad essere il sostegno dei suoi dieci fratelli.

supplicationem filii vestri Pieri, quem secundum carnem genui, futurum columen decem fratrum, quos habet, dignetur vestra sanctitas exaudire, ut studio, sicut optat, insudans, sperare possit a benignitate vestra maiora [1], et ego videar continuis laboribus et inconcussa fide nonnichil in vestre beatitudinis oculis meruisse. 5
Florentie, die duodecima februarii, prima indictione, .MCCCLXXXXII.

VIII.

A Benedetto XIII [2].

[Cod. Vat. Capp. 147, c. 8 B; autografa?; S. Merkle, op. cit. p. 562, n. 1. Anepigrafa.] 10

Firenze, 20 gennaio 1395.

La sua viva speranza di ricevere il catalogo dei libri posseduti dal pontefice

Expectabam, reverendissime in Christo pater et domine, singularissime domine mi, maxima cum aviditate suspensus, tuorum

5. *A* fide *segue nel cod.* in *cancellato.* 10. *Il cod. non reca titolo veruno in testa all'epistola. Una mano del sec.* XV *ha di fianco all'epistola posta in margine la rubrica:* Littera pro libro transmittendo ac etiam habendo et recommendat in ultimo alium *Il Merkle di suo capo vi prepose il titolo del tutto erroneo:* Monopolitano (Francisco Carbonio S. R. E. C.) 11-12. *Merkle prepone ad* expectab. *le parole* Reverend. - mi *che nel cod. gli susseguono.*

(1) Cf. l'ep. XIIII del lib. VIII; II, 434, in cui il S. esprime al papa la sua gratitudine per averne ottenuto quanto qui domandava.

(2) Secondochè s'avvertì già nelle Giunte al vol. III, p. 676, è questa la seconda delle lettere indirizzate nel medesimo giorno, il 20 gennaio 1395, da Coluccio a Benedetto XIII; o, più esattamente parlando, è quasi un poscritto all'epistola precedente, in cui, tutt' occupato a trattar faccenda così grave, qual'era quella dello scisma, il S. non ha potuto nè voluto inserir menzione de' suoi negozi privati. Ed ora invece a questi soltanto accenna: sollecita il papa avignonese a fargli pervenire le sospirate *Vite* di Plutarco; gli spedisce l' *Odissea*, che già avevagli offerta, e torna a raccomandargli Roberto de' Bonciani.

L' epistola, di cui soltanto un riassunto avevano serbato il Mehus ed il Salvini (cf. lib. IX, ep. V; III, 57, nota 1), fu pubblicata integralmente per la prima volta dal Merkle nella rivista sopra citata; ma lo studioso tedesco, ben lungi dal riconoscere papa Benedetto XIII nel corrispondente del S. (e sì che l'espressa menzione di Avignone fatta nella poscritta avrebbe dovuto bastare a disserrargli gli occhi!), vide in lui il cardinale Monopolitano; equivoco bizzarro, di cui ci riesce inesplicabile la causa, giacchè il sospetto da noi manifestato nel render conto della pubblicazione del Merkle (*Riv. Abr.* X, 80, nota 3) che l'epistola fosse stata lasciata anepigrafa nel cod. da Coluccio stesso; ciò che gli « avviene altre volte, e « non a caso, quando si rivolge allo « pseudo-pontefice avignonese o ad « altri suoi aderenti »; è stato tramutato in certezza dall' ispezione del ms. Il Merkle, del resto, destinato a non

librorum repertorium(1); expectabam et illud gratissimum munus Plutarchi nostri, quod tam liberaliter contulisti(2). sed primum arripuit michi taciturnitas tua, secundum incuria debentis librum illum transmittere, quem nescio si miserit. scio autem quod cui
5 tradiderit quove ille liber appulerit nec suis nec alienis litteris michi notum est; et si compertum haberem quis debuit esse transmissor, iam ipsum tot litteris fatigassem, quod aliquod super hoc meritus fuissem habere responsum. utcunque tamen de illo libro successerit, mitto tibi homericam Odysseam, quam et
10 tenere et remittere poteris, sicut voles(3). deprecor autem quod sublimitati tue grave non sit me de hystoricis, de quibus alias tibi scripsi, quantocius informare(4). arsi quidem semper librorum desiderio nec incendium hoc nisi cumulata morte remittam(5), ut facile cogitare possis quanta me sitis teneat aliquando videre
15 si penes te sit aliquid quod apud me non sit. hec hactenus.

e insieme con esso le *Vite* di Plutarco, è stata sin qui delusa.

Ad ogni modo, gli manda l' *Odissea* e lo torna a pregare di fargli noto quali storici antichi possegga.

Nunc autem Robertus de Boncianis, indolis optime iuvenis, michique filius et dilectus, Avinionem venit tibique tradet Odysseam(6). recommendatum velim ipsum habeas. multa quidem pro ecclesia sancta Dei tam ipse quam alii sui maiores passi
20 sunt, ut vel ex hoc solo favorem omnium et patrocinium mereatur. in quo digneris ostendere quanti me facias, et si inveni, sicuti firmiter teneo, gratiam in oculis tuis(7). vale felix, pater

In fine gli raccomanda Roberto de' Bonciani che si reca ad Avignone e gli consegnerà l'*Odissea*.

3. *Dopo* secund. *lo scrittore aveva cominciato a scriver* negli *(*negligentia*), ma si corresse e sostituì* incuria 4. *Merkle* scis 16. *Merkle* Roncianis *Dopo* optime *il cod. dà* filius *cancellato.* 17. *Merkle* tradit

azzeccarne una, ha errato anche nel fissare la data dell'epistola, che attribuisce al '94, mentre invece appartiene all' anno seguente.

(1) Cf. lib. IX, ep. v; III, 57, nota 1.

(2) Cf. per quanto concerne la ricerca delle *Vite* di Plutarco, le note all' ep. xi del lib. VII; II, 301 sg.

(3) Quest' esemplare dell' *Odissea* Coluccio destinava in origine a Juan Fernandez de Heredia, in compenso della versione di Plutarco; cf. ep. cit. p. 302.

(4) S' alude ad un' epistola che evidentemente è andata smarrita. Del suo grande desiderio di possedere opere storiche rare o addirittura ignorate, egli aveva intrattenuto a lungo il castellano d' Amposta nell' ep. cit. p. 298 sgg.

(5) Cf. Verg. *Aen.* IV, 436.

(6) Cf. sul Bonciani la nota 1 a p. 56 del III volume.

(7) È questa un' espressione comunissima nelle sacre scritture; cf. *Gen.* XVIII, 3; XXXIII, 10 &c.

optime, et si qua possum tue magnitudini grata, memento: tuum est precipere, meum est fideliter obedire. Florentie, die vigesimo ianuarii .MCCCLXXXXIIII.

VIIII.

A Michele da Rabatta (1). 5

[Cod. della Marciana di Venezia Lat. cl. XIV, 102, c. 67 A; originale.]

Magnificentissimo militi domino Michaeli de Rabatta honorabili maiori meo.

Firenze, 12 agosto 1395. Si rallegra di udir sovente buone novelle di lui;

Magnificentissime miles, amice karissime. gaudeo quod sepius audiam feliciter esse tibi. feliciter quidem non allu- 10 sione fortune, sed virtutibus et probitate. peragrasti quidem

7-8. *Quest' indirizzo si legge a tergo dell'epistola, dove, alquanto più sotto, e di mano diversa, è apposta l'avvertenza:* El Sig.r Cancelliere di Fiorenza al s.r Micelle *(sic)* da Rabatta.

Heu michi! quo rapior, satago dum scribere vultus
10 Angelicos et sacra dee moresque supernos?

che non saprebbe descrivere,

Quid faciant visus, animum dum terret imago,
Discite, nam gelidus circunfluit intima sanguis (1),
Dum meditor sanctam calamo depingere formam.

giacchè il suo spirito si perde ove le ripensi.

Semper apud cerebrum resplendet imagine lampas
15 Luminibus tam clara suis, ut vincere flammas
Trinacrias hominum parilis concordia signet.
Hac, miser, incendor; miser, hac oblivia mentis
Experior; miser hac homo sum, non conscius ipse
Ullius, sed primo mei. quid protulis, amens?

Sempre ha fitta nella mente quell' immagine seducente, che gli toglie la cognizione di sè stesso.

20 Nonne faces nosco? non sunt mea pectora telis
Tradita continuis? non est michi nota pharetra,
Stulte, sonans? cordas non et tua cornua novi?
Novi equidem quantum tua sit mortalis arundo,
Lumina cum rotitat radiis pungentia mundum
25 Parthenopea nurus; superis quam forma deabus
Pretulit et cuius mortalia pectora candor
Admovet et cuius splendet fulgoribus ether.

Ma ben riconosce gli effetti d'amore.

Ah, quotiens, dilecte pater, dum sacra frequentat,
Vel loca belligeri pugnam simulantia Martis,
30 Hec dea frementis populi compescuit alta
Murmura; quam subito fugiunt spectacula mentes,
Quam cito percelebres vertunt mirantia vultus
Ora virûm; quantus maculat spectantia pallor!

Ovunque essa vada, sia che presenzi le sacre cerimonie o i ludi guerreschi,

la sua donna attira l' ammirazione di tutti:

3. *Cod.* superate 19. *Cod.* protulit 24. *Cod.* rotitat*, che non trovo ne' lessici (forse frequent. di* rotare*?), ma che non so considerare come erroneo* - piagentia 30. *Cod.* populis

(1) Cf. VERG. *Aen.* III, 30.

che farà egli dunque?

Ipse ego non ausim celestis, candida, frontis
Ferre oculos, adeo ludescit machina forme.

Coluccio gli dia un salutare consiglio,

Quid faciam, que vita michi quidve, optime patrum,
Consulitis? moriar, nec vos miserebit amici,
Quem rogus exagitat, nunquam superabilis unda? 5

giacchè niun rimedio saprebbe estinguere l'ardore che l'infiamma,

Nam mea si gelidus circunsonet ulcera Rhenus,
Sive Padus pregnans, vel si tumidissimus Hyster,
Vel Rodanus vel Sorga nitens vel quicquid in orbe
Contulit humiditas, nil demitur ustile flammis.
Semper anhelus ero, semper celebrabo corrusca 10
Ora dee, semper sua me meditatio punget,
Semper inoblita verear sua lumina mente,
Que me tam crebris singultibus ora rigantem,
Pellere non fugiunt et viscera tradere morti.

ove egli non sappia apprestarglielo.

Vos autem, quem sanctus amor pietate paterna 15
Sollicitat, vestro succurrite, namque potestis
Demere ligna rogis miserumque iuvare ruentem:
Vos vates, vos antra sacri celeberrima Phebi
Incolitis, mentesque hominum vos volvere nostis
Quo libet. omnipotens, que sibilat, extat avena. 20

VI.

Ser Pellegrino Zambeccari allo stesso (1).

[Cod. Magliab. II, 1, 64, c. 79 b; *Epist.* lib. VI, ep. xx; II, 214.]

Litera directa per ser Peregrinum de Zambecariis ser Colutio Pieri cancellario florentino. 25

Bologna, 14 novembre 1389.

Farà quanto starà in lui per favorire ser Francesco di ser Ugolino poichè così piace

Ser Franciscum ser Ugolini, pater optime, vestro interventu quantum potero et mea se precamina cum amicis extendere poterunt, ad officium pro quo scribitis suscipiam commendatum et ipsius promotionem cum omni diligentia procurabo (2). optavi namque semper aliquid pro

12. *Cod.* vereor 13. *Cod.* rigare 24-25. *Così in calce all'epistola; in margine ma di un'altra mano* Responsio ad d. Colucium

(1) Per quanto concerne allo Zambeccari ved. *I corrispondenti del Salutati*, VI.

(2) Intorno a ser Francesco d'Ugolino Grifoni cf. *Epist.* lib. X, ep. iii; III, 192.

vobis agere posse per quod paternitati vestre devotionem mee mentis ostendam. et, ut breviloquio utar, et in hoc et in omnibus vobis placitis filii optimi mores agam.

a Coluccio, che rispetta come padre.

Verum quia series vestrarum litterarum me monebat, quod signum dilectionis maxime evidentissimum est, ut ser Iuliano deferam(1), eundem maiorem meum, fratrem honorabilem et venerandum, eius meritis et vestris monitis, qui michi precepta paterna sunt, palam et publice venerabor et mea semper, quanquam inflorida et indocta, oratione laudabo. quis enim virum hunc, nisi virtutibus foret hostis, non laudaret? sibi enim, ut sciatis, in socium eius intercessibus sum adiunctus: ipse promotor et membrorum meorum caput erit, illaque reget et pro libito voluntatis gubernabit. exequar etiam in alio vestros monitus, quia didici iandiu Christum humiles exaltasse(2); et quia, iuxta illam tragici Senece nostri sententiam,

Mostrerà altresì ogni deferenza a ser Giuliano Zonarini,

di cui fa le lodi, tanto più volontieri in quanto che deve a lui il suo ufficio;

e memore di ciò, non peccherà mai di superbia.

Sequitur superbos victor a tergo Deus (3),

semper per humilitatis tramitem ambulabo. reddo denique me certum quod ex omnibus meis promocionibus vestra fraternitas gloriatur, quia honores nati ad genitorem penitus revertuntur. datum Bononie, die .XIIII. mensis novembris, indictione .XII.

Crede sarà lieto di così buone novelle.

VII.

Lo stesso allo stesso.

[Cod. Magliab. II, I, 64, c. 82 B; cf. *Epist.* lib. VI, ep. XXI; II, 215.]

Responsio facta ad litteram suprascriptam ser Colutii cancellarii florentini per Peregrinum.

Pater optime. precaris me, volentem ut imperes, pro promotione magnifici militis domini Vannis de Castellanis(4), quem ex virtute commendas, qua raro vel nunquam mortalium aliquis decoratur, cuiusque

Bologna, 22 novembre 1389.

Impiegherà ogni mezzo per facilitare la chiamata di messer Vanni Castellani a Bologna,

5. *Cod.* deferem̃ 12. exequar - quia *aggiunto in margine.* 13. *Cod. dà in interlineo* et quia *e poi* illud

(1) Si tratta di ser Giuliano Zonarini, cancelliere del comune di Bologna, su cui ved. le note all' ep. XIIII del lib. IV; I, 294.

(2) Ved. s. Luc. I, 52.

(3) Sen. *Trag.*, Hercul. fur. act. II, v. 385; ma il testo « ultor ».

(4) Su di lui ved. la nota all' ep. sopra citata, II, 216.

sia per favorire un uomo di così rari meriti,

meritis iam subicior, quia auri scit extinguere famem (1), omnium communiter nunc animos maculantem, et inconcessis pecunie cupiditatibus dominari. pro quo vere quicquid potero cum amicis et me faciam. nil enim impressius menti gero, licet effectus non semper cum voluntate iungantur, quam ea exequi, que in tuę possint gratiam paternitatis 5 adduci.

sia per far cosa grata a Coluccio.

Al quale raccomanda di mandargli le scritture sue man mano che le viene pubblicando.

Vale semper, et me quandoque ex fructibus Aonii nemoris, ex quibus capellas per orbem multas educas, eorum dulcedinem non noscentes, famelicum imple. video namque illos per manus quorundam, ad suum escam gustum habentium, sepe non debita veneratione revolvi, quos tuis 10 dignari laboribus voluisti (2). Bononie, .XXII. novembris .MCCCLXXXVIIII.

Per filium tuum Peregrinum de Zambecariis cancellarium bononiensem.

VIII.

Lo stesso allo stesso. 15

[R³, c. 43 B; Magliab. c. 104 A; N², c. 76 A; cod. dell'Imperiale di Vienna 3121, c. 72 A; Rigacci, par. I, ep. LXVI, p. 155, da R³; cf. *Epist.* lib. VI, ep. XXIII: II, 221.]

Unico sponso musarum ser Colutio cancellario florentino patri meo.

Bologna, luglio (?) 1390.

Dacchè la peste infierisce a Firenze ed egli non vuol partirsene, gli mandi almeno tre tra i suoi figliuoli, i più teneri d'età.

Mestus audivi Florentie multos, optime pater, ex peste cadere teque vario et irrationabili innixum esse proposito ad evitandam pestem 20 aeris mutationem non conferre. quod saltem si illud haud es ex te mutaturus, pro salute liberorum tuorum mobilis esto, et tres ex parvulis destina michi. magnos non postulo, quia comitivam eis neque propter officii occupationes meas solamen aliquod exhibere valerem. rogarem

18. *Quest' indirizzo trovasi in R³ V aggiunto in calce all'epistola coll'indicazione:* A tergo; *e quivi l'ha riprodotto R, che però ommette* florentino *R³ in fronte alla lettera dà poi:* Pelegrinus de Zambechariis bononiensis Colucio Florentino; *Mgl* Lictera missiva ser Peregrini de Zambecchariis cancellarii Bononiensis ad ser Colucium Pieri de Salutatis cancellarium Florentinum. Et uterque oriundus fuit Civitatis cuius incumbuit *(sic)* servitiis; *N² V non hanno epigrafe.* 20. *R* et et *Mgl.* non forte rationab. *N² V* non ration. *omesso* forte; *R³ R Mgl N²* innexum *V dà* innixum *per correzione.* *N² V* propositum, *ma N² aggiunge:* aliter proposito 21. *N²* mutaciones *V dà* illud *cassato.* *R³* haud es se *(sic)* mut. *R* haud ex te *Mgl V* pro te 22. *R* per salutem 23. *Mgl* prostulo *cancellato e corretto in* postulo *V* qtinua *corretto sopra in* comitivam *N²* nec 24. *Mgl* occupationem

(1) Cf. Verg. *Aen.* III, 37.

(2) Quest'allusione ci riesce oscura. Che lo Zambeccari intenda parlare dello Zonarini?

ut omnes mitteres, sed omnium edem non habeo nisi in devotione capacem. tres autem cum uxore mea gratissime educabuntur et per annos leta fronte suscipiet. si custos lubricarum divitiarum, que; tot sunt casus rerum humanarum; etiam nequeunt ab armata custodia defensari, melior 5 quam fuerim extitissem, totam familiam tuam aperto ex hilaritate animo ad casam meam, que tua est, convitarem. non servavi nisi pro tribus, quos illis iubeas uti et quam citius potes in gressus inmitte. nam, iuxta Petrarce sententiam,

Sua moglie ne avrà cura.

Tutti li chiederebbe se le sue facoltà il concedessero;

ma pur troppo esse sono scarse al bisogno.

Pastorem pastor, pecudem pecus inficit egra (1).

10 Super premissis ser Thomas lator presentium tuam paternitatem latius alloquetur.

Ser Tommaso gli parlerà più ad agio di ciò.

Datum Bononiae &c., per tuum filium Peregrinum de Zambeccariis cancellarium bononiensem.

VIIII, 1 (2).

15 ### Lo stesso allo stesso.

[Mgl. c. 105 B; cod. del seminario di Foligno, non catalogato, c. 1 A; cf. *Epist.* lib. VI, ep. XXIIII; II, 228.]

Celeberrimo viro ser Colutio cancellario florentino dignissimo, patri meo carissimo &c.

20 Dum cenitarem, pater optime, in labores solicite reversurus et inter quendam tibi affectione devotum dominum Hostesanum de Hoste-

Bologna, 13 agosto 1390.

Mentre cenava col collega Ostesano degli Ostesani,

3. N^2 *omette* tot 4. N^2 *V omettono* rerum R^3 *N* nam *in luogo di* etiam *Mgl omette* custodia 5. *R dopo* extit. *aggiunge* et *V* tuam fam. N^2 ex caritate *R* exhilariretur *(sic)* 6. R^3 *in margine postilla:* melius domum; *e quest' inetta emendazione trovò accoglienza in R* 7. *Mgl* iub. illis uti quam totius *V* quantocius N^2 quanto citius R^3 *R* ingressus immictes *R* iusta 10-11. N^2 *V* R^3 *R omettono la poscritta.* 12-13. *Della data Mgl serba la sola prima parola:* Datum &c. R^3 *R l'omettono del tutto.* *V* filium tuum 18-19. *Così F; Mgl dà invece:* Replicatio ser Peregrini ad ser Colucium super eadem materia 21. *F* deuo .... - Hostens. de Hostens.

(1) Petrarchae *Eclog. IX*, Querulus, v. 68 in *F. P. poem. min.* I, 168.

(2) Oltrechè dal Magliabechiano, quest' epistola ci è stata conservata anche da un codicetto della biblioteca del seminario di Foligno, ch' io potei, molt' anni or sono, studiare a mio agio mercè l'amichevole cortesia di mons. M. Faloci-Pulignani. Il ms. folignate è un miscellaneo membranaceo di carte cinquantasei, che mis. mm. 180 × 250, legato con un rozzo cartoncino bianco, tutto sciupato e macchiato dall'umidità e rosicchiato dai topi. Niun indizio può oggi permetterci di stabilire dove e da chi il

gli giunge la sua lettera:

entrambi ne furono si lieti che per leggerla smisero di cenare.

Non sa come rispondere a tant' eloquenza ed a tanta dottrina.

Certo egli mal custodì il proprio avere;

sanis[(1)] et me de factis tuis sermo commendabilis teneretur, supervenit tue littere lator, qui meis eam in manibus consignavit; quam si magna exultatione recepi, haud postulandum est. tanta namque me et socium legendi oppressit aviditas, quod quicquid erat ex cena et dape reiecimus, bisque epistolam tuam frequenti lectione revolvimus, oratio cuius 5 hucusque ad assumptionem calami me trepidum fecit inhibuitque infestatum a nuncio pro responsione sumere stilum. quis enim tanto vati rescribere non stupesceret aut tecum posset oratione certare? multa namque tangis, laudanda quidem, sed magis sensibus imprimenda, inter que me prudentissime hortaris ac abunde commendas si non fui bonus 10 pecuniarum custos, dummodo in honestos usus effuderim[(2)]. scio tamen, docente Tullio, qualiter expendi debeant atque dicente: nichil est tam angusti tamque stricti animi quam amare divitias, nichil hone-

2. *F dà* et *in luogo di* qui *e ad* eam *sostituisce* carta*; omette* in *e poi invece di* si *dà* sibi 6. *F* adssumptionem 7. *F* nutio 8. *F pone un* non *dinanzi a* rescribere *e poi dà* ratione 10. *F dopo* hortaris *dà* admones*, che è forse una glossa insinuatasi nel testo.* 11. *F* vusus 13. *Mgl dà* ac *in luogo di* tamque

ms. fu esemplato; ma l'indole delle scritture ch'esso contiene, lettere pubbliche di Coluccio Salutati e d'altri cancellieri del tempo, formule di atti notarili, istrumenti &c., a cui son mescolate scritture morali e filosofiche, classiche e medievali, c' induce a ritenere come certo che il compilatore sia stato un notaio, umbro, anzi forse folignate, vissuto sullo scorcio del Trecento. Non rinvengo difatti, o io m' inganno, tra i documenti storici da lui raccolti veruno che oltrepassi per data le ultime decadi del sec. XIV.

(1) Il nome di questo notaio dabbene ricorre spesso nei documenti concernenti alla Società de' notai conservati presso il R. Archivio di Stato in Bologna. Nato da « Laigonus Dini « Laygoni Hostexani », ch' era stato ei pure creato notaio nel 1351, e di cui nel grosso volume intitolato: *Matricole e sentenze dei notai di Bologna dal 1300 al 1385*, si hanno a c. 219 A varî atti spettanti al 1357; fu ancor egli ascritto al collegio il 22 dicembre 1382, dietro l'approvazione di Gregorio da Samminiato, dottor di leggi, giudice e vicario dell' allor podestà Brizagone dei conti di Plagnano (cod. cit. c. 289 A). Beneviso dai colleghi, ebbe ser Ostesano nel 1390 per i mesi di luglio-settembre l'officio di correttore di collegio; e correttore ordinario divenne poi l'anno seguente; e di collegio nuovamente nel primo trimestre del 1396, come nell'ultimo del 1403 (cf. *Matricole dell' Arte de' notai*, sub annis). Nel 1401, secondochè rilevasi da un altro documento, una matricola del 1401, fu nel secondo semestre dell' anno uno dei consoli del collegio. La sua morte seguì certamente prima del 1410, giacchè nella nuova matricola, compilata in quell'anno, che racchiude i « nomina hominum et per« sonarum personaliter viventium », non si fa più menzione di lui.

(2) Cf. la cit. ep. XXIII di Coluccio, p. 222.

stius, nichil magnificentius quam contemnere si non habeas, sed si habeas, ad liberalitatem munificentiamque conferre (1). si feci, non bene rememoro; fluctuationes iuventutis liberalitatis terminum semper excedunt; tantaque est difficultas medium retinendi, quod pro maiori parte ad
5 extrema transitur. hoc tantum novi, quod de impensa non possum inhonesta redargui. licet iustum iudicium de se nemo ferat, attamen, si mentem bene collibro, potui diebus meis mage in partem prodigalitatis humane mea quam in aliquod turpe vitium expendisse. sed sit quicquid velit, a te didici quid sit in talibus amodo faciendum. monitiones tue
10 michi valde iuvabunt, sed non in tantum, ut postulatos et expetitos liberos tuos iterum summa animi aviditate non repetam. video te omnes tuis orationibus superare sicque michi linguam comprimis, quod vix labia presumit attingere. habes michi grates ex eo quod non suscepisti nec sumere vis, ne, cum casum exegerit, in tuam paternam edem cum fide
15 subintrem. alia ratio subesse non potest. teneo enim te et in divitiis et ad multa potentem; verum tres liberos tuos ex gratia et munere flagitabam, ut venires in experientiam si submoti ab aere infecto melius quam degentes in eo in sospitate solida servarentur; tuncque quod sermonibus colluctamur, experientia veram sententiam protulisset.

ma di ciò non gli si può dar biasimo;

egli cercò d'essere liberale, non prodigo:

in ogni modo non dedicò i denari ad appagar vizio alcuno.

Lo ringrazia dei suoi consigli, ma sebbene non osi contraddirlo, torna a pregarlo di mandare a Bologna i tre minori suoi figli.

20 Possumus enim mala custodia et adverso regimine diem nobis prefixum breviare, si liberi arbitrii, ut tenendum est, nobis a primordio evi est concessa potestas. euntes in prelia cum salute rarissime revertuntur. que dementia est fulgura non vitare, et ab ira Dei, quando nocentem populum pestifera cede persequetur, se haud festinis gressibus elongare?
25 in igne stabo ut non ardeam, et in putredine ut totum corpus meum infectione non vastem? ad naturalia tendo, divina approbans, que cognitionem tantam nedum hominibus, sed insensatis animalibus prebue-

Certo noi possiamo abbreviare la nostra vita, se vogliamo.

Ma il far ciò è cosa saggia?

È insito in noi da natura il bisogno di fuggire ciò che ci riesce dannoso.

1. *F Mgl* contendere; *ma in Mgl la parola fu cancellata e in suo luogo fu scritto* contemnere 1-2. *F pone* non *innanzi a* habeas *e dà* libertate *corretto in* liberalit. 2. magnificenciam 3. *F* literalit. 5. *F* impesa 8. *F omette* sed *e Mgl* sit 10. michi *non si legge in F dove una macchia copre qui e più sotto varie parole. F dà* expetitos *eraso in parte.* 11. *In F di* summa *non si legge che la prima sillăba.* 11-12. *F* te cum tuis omnes *(sic)* rationib. 12. sicque *non si legge in F* 15-16. *F pone* te *dopo il secondo* et 17. *F* vut-experimentum 18. *F omette* in eo *e pone un* et *prima d'* in *F* qui *(?)* 21. *F* est evi 22. *F omette* cum salute 25. *F* et *in luogo del primo* ut *ed omette* meum 26. *F* tende-adprobaris

(1) Cic. *De offic.* I, xx, 68. La citazione è talmente infedele al testo, che dev' essere stata fatta a memoria dallo Zambeccari.

E tentar Dio, persistere a dimorare in luoghi ove il morbo fa strage.

runt, ut se ab infestis omnibus tueantur. est tentare Deum in luctibus, si in iocundidate possumus, commorari. non unam mortem, sed mille faciunt in peste manentes; et iuxta Ovidium,

> Aspiceres flentes alios terreque iacentes
> Lassaque versantes supremo lumina motu (1);

et infra:

> Qui lacriment, desunt indefleteque vagantur
> Natorum virumque anime, iuvenumque senumque,
> Nec locus in tumulo est (2).

Se Coluccio ha veduto sei pestilenze succedersi, ciò è ben doloroso.

E sebbene egli adduca a sua tutela gli scritti dei Padri, pure oserà muovergli alcune obbiezioni.

Non per contraddirlo, ma per erudirsi discorrendo seco lui,

il più celebre tra gli scrittori che vivono:

quis cadavera videns, laceros matrum crines cum veste soluta, non sibimet immoritur et sub alto ploratu et vociferatione non deficit? acerbum malum expertus es, si te sex pestes suis presentem operibus habuerunt (3). pium iudico atque sanctum te opus exercuisse, visitasse egros et eos tua ornata in Deum facundia confovisse; sed nati tui, qui tanti non sunt, ad hoc non sunt officium relinquendi; pueri sunt, quos leviter lues cum sua malignitate prosterneret. preprudens es et disertissime dicta doctorum Ecclesie allegasti ad michi sermonem incidendum; contra dicta quorum non sum eloquio nec imaginatione venturus. dicam tamen et inseram quedam gratia collationis, que a tuo te forte proposito aliqualiter submovebunt; que, iuxta Titum Livium in oratione Locrensium (4), cum bona venia, queso, audias; temerarium quippe me censeo tuis maturis allegationibus contraire; sed quia narrando erudior, meque tuo dulcisono sermone subimbuo, verba laxare studebo, quanquam tibi, multorum malleorum incudi, pauca danda sint. deberet deesse pugillaribus atramentum et papirus in evo, habendo tot tua Alcidea dextera desulcare; deberet inesse tibi fortius pectus Athlantico habere omnibus mundi scriptionibus respondere. que regio, quive locus est qui tuas literas non

1. *F* infestibus *corretto in* infestis 4. *F* flente - terraq. 5. *Mgl* morsu 7. *F* lacrimant 10. *F* crine 10-11. *F* sibi inecte 11. *F* uolatu 15. *F* leui *Mgl* lenis 18. *F* non eloq. nec sum immag. *(sic)* 19. *F* collectionis 19-20. *F* aliqual. proposit. 20-21. *F omette* iuxta *aggiunto in margine e scrive* Titulivium - Lucrensium 23. *F dava* dulcissimo *cassato e corretto; poi* subimbo *Mgl* laxa *F* studeo 24. *F* malorum incui *(sic)* - desse 25. *F* in///co - alcida dextra 26. *F* atalantice hen 27. *F* qui loc.

(1) Ovid. *Metam.* VII, 578-79.

(2) Ovid. op. e loc. cit. vv. 611-13; ma con molte varianti.

(3) Cf. l'ep. di Coluccio cit. p. 226.

(4) Cf. Tit. Liv. *Hist.* lib. XXIX, cap. XVII.

cognoscat teque ad scribendum continue non infestet? indocti solum te quiescere sinunt tueque facunde virtutis expertes. sed ad quid trahis ad te omnes, ut Orpheus Manes et Thebanos Amphion? ad rem venio.

noto a quanti sono dotti nel mondo

Fecisti me certum medicine volumen perscrutari, ut scirem unde 5 pestes iste causantur; et Avicennam invenio in capitulo nono Doctrine secunde Fen secunde summa prima testari, quod pestilentia est putrefactio que accidit aeri, similis putrefactioni torpentis aque fetide (1); et idem prima quarti tractatu quarto capitulo primo: pestilentiales vero fiunt ex aere turbido et humido (2); et infra dicit: et quando aer fit secundum 10 hunc modum, venit ad cor; quare corrumpit complexionem spiritus, qui est in ipso et putrescit quod circundat ipsum de caliditate et accidit caliditas egressa a natura et spargitur in corpore et tunc est propter causam suam febris pestilentialis (3). si igitur scientia medicine lege est approbata divina, iniungitque ut locum pestis fugiamus, cur eius preceptis non pa- 15 remus? tuque obedire recusas et ad predestinatum fatum te convertis, de quo nescio si est bene catholici hanc partem retinere, licet ad textum dicta doctorum Ecclesie, tuis inserta literis, ad partem tuam omnimode reflectantur? unum est de quo a te cupio summissime edoceri et ad hoc argumentum, precor, tuam gravitatem extende. fateor Numinis 20 divini minime previdentiam falli; sed, queso, pro decreto quod dicis aut Deus ex necessitate tali tunc mortem michi, ponamus, ordinavit aut contingenter. si secundum habetur propositum, quid potest oppositum evenire? relinquitur igitur pars prima, videlicet Deus ex necessitate mortem tali tunc michi imposuit: consequens michi videtur absurdum ac here- 25 ticum. quod sic tali probatur exemplo. sim igitur pro morte contra

Egli ha consultato Avicenna per conoscere donde venga la peste.

Se questa deriva dalla corruzione dell'aria, come il saggio arabo afferma,

perchè non si dovranno fuggire i luoghi infetti?

A questo proposito gli sottopone n dubbio teologico,

1. *F* infestat *Mgl F omettono* te 2. *Mgl omette* quid 4. *F* perscutari 5. *F omette* et 6. *Mgl F omettono* secunde *dopo* doctrine 7. torpentis] *F Mgl* remolentis 11. *F omette* in 13. *F omette* lege 17. *F* omimode 20. *F* provid. 21. *Mgl omette* michi *F omette* ponamus 22. *F Mgl* quod 23-24. *F* tali mortem 25. *Mgl* si *per* sim

(1) AVICENNAE *Liber canonis* &c., Venetiis, ap. Iuntas, MDLV, lib. I, Fen II, Doct. II, cap. IX, p. 34 D, De impressionibus aerear. mutationis &c. Il testo a stampa dice: « et « est putrefactio quae accidit aeri, si- « milis putrefactioni aquae stagnantis « foetidae ».

(2) AVICENNAE op. cit. lib. IV, Fen I, tract. IV, cap. I, p. 434 A, De febrib. pestilentialib. et quae sunt eis homogenea &c.

(3) Id. op. e loc. cit. Però la stampa offre « humiditate », dove il Nostro legge « caliditate » e reca in altra forma la chiusa: « spargitur in cor- « pore causa fluxibilitatis suae et fit « febris pestilentialis ».

tyramnum coniuratus, propalatus sim et in tyramni potentia destinatus ad mortem. aut tyramnus de necessitate me occidet, aut non. si dices: si Deus michi talem mortem imposuit, tyramnus iste me de necessitate conficiet; sed contra tyramnus iste potest non velle me occidere; ergo non de necessitate me perimet, quia aliter sequeretur quod tyramnus 5 iste non haberet libertatem arbitrii. consequens est hereticum, quia unicuique liberi arbitrii est data potestas; quare falsum est. ex quo sequitur: bene, sicut dixi, opinor cum hoc stare previdentiam Dei non falli, sed qualiter, hoc arbitror longum esset me declarare. durum est michi in hac disputatione morari, potissime sacre pagine professoribus termi- 10 nanda; nec intendo me multum in istis involvere. stultum est enim per me indoctum de rebus divinis altercari; terrena nondum michi bene cognita sunt. vellem tamen ad divina penetrare, si validum ingenium obtinerem, quia, secundum Senecam, contempta res est homo, nisi supra humana surrexerit(1); et quantum possibile esset, ut verus catholicus, di- 15 vina cognoscere. ne vero preteream sensum tue auctoritatis allegate, Gregorii videlicet(2), michi apparet, quod argumentum tuum cum omni humillima reverentia tibi nullatenus innitatur. vult namque Gregorius quod cuiuslibet sit prefixa periodus; non tamen dicit quod necessario tunc peribit; ex hoc enim quod sic evenire disposuit nec in se nec in 20 nobis necessitatem imposuit, cum omnis divina providentia respectu hominum sit contingens, ut meum argumentum concludit. ergo non repugnat Deum sic ordinasse et posse oppositum evenire, cum ordinatio illa nullam necessitatem imponat, salva semper immutabilitate divina, quanquam in nobis tota mutabilitas arguatur. vale, tui enim, dum mei, 25 memor ero. Bononie, die tertiodecimo augusti .MCCCLXXXX.

sebbene egli si conosca troppo ignorante in siffatte materie per disputare con lui.

Ben lo vorrebbe, se ne avesse potere.

Discute il passo di san Gregorio allegato da Coluccio,

e nega ch' esso debba intendersi com'egli ha affermato.

1. *F* sim prop. 4. sed] *F* si 8. *F* oppino - provident. 9. me] *F* michi 10. *F* ista disputtat. 11. *F omette* me 12. *F omette* indoctum *Mgl om.* bene 14. *F* contenta - super 17. *Mgl omette* videlicet 26. *Mgl omette l'intera data, a cui sostituisce* Datum &c. *F reca in più le parole* Cancellarium Bononiensem, *avanzo della sottoscrizione originaria che dovè suonare:* Scripta per Peregrinum *etc.*

(1) SEN. *Nat. quaest.* I, prolog. 5.

(2) Allude al passo di SAN GREG. *Moral.* lib. XII, cap. XIV, allegato da Coluccio nell'epistola cit. p. 225.

VIIII, 2.

Messer Giovanni Innamorati da Ascoli allo stesso[1].

[Magliab. c. 110 a; cf. *Epist.* lib. VI, ep. xxv; II, 238.]

Littera missiva domini Iohannis Namorati de Esculo iuris utriusque do-
5 ctoris eximii et militis egregii ad ser Colucium cancellarium flo-
rentinum tenentis cum ser Peregrino contra prelibatum ser Co-
lucium.

Florem huius evi et patrie tue decus te singuli predicant, vir egregie, florem huius evi et patrie tue decus; sed quia declamas cum Peregrino 10 tuo causam tuam, nec in causa propria advocatum queris, parce si negociis tuis me ingero non vocatus. miratus sum * * * * * * * * * * * * tueri enim filios commune est omnibus animantibus, rationabilibus simul et mutis; sed ante tempus occurrere prudenterque singulos previdere casus ipsaque electio ceterique actus politici hominum sunt hec. 15 scio te non virum ex vulgari acie; scio et me nil tibi scribere nisi quod ante me natum ipse novisti. sed quia syllogizas in navi fluctuosa, ubi reste pariter et ancora opus est? valde hoc novum apparet in homine singulis predicato, imo ceteros predicante. allegas auctoritates sanctorum, que forenses sunt nec inferunt id quod velles. non enim bona ratio 20 auctoritatibus indigeret: ipsa enim veritas se ostendit et veritatem aman-

Bologna, estate 1390.
Gli chiede scusa se, non invitato, entra nella disputa sorta tra lo Zambeccari e lui.
Gli reca stupore la condotta di Coluccio,
uomo di tanto valore.
Egli adduce in suo aiuto sentenze de' Santi Padri, ma la verità non ha bisogno di siffatti aiuti.

10. in] *Cod.* michi 11. *Vi ha qui nel testo una lacuna di non poca gravità.* 17. *Cod.* resta

(1) Alle non molte notizie, raccolte da noi intorno a quest' insigne Ascolano, ben poco possiamo aggiungere qui, quantunque non abbiamo mai interrotte le indagini sul suo conto. Solo ci è dato avvertire che nel 1381 (com' avevam sospettato) egli era ancora a Bologna, dove fungeva da giudice e vicario di Francesco de' conti di Campello, patrizio spoletino, che teneva ivi l' ufficio di potestà. Non altri che lui difatti può essere il « Io- « hannes Nelli de Esculo legum doctor « iudex et vicarius », da cui furono in quell'anno creati più notai. Ved. *Matric. e sent. dei notai* cit. c. 279 a. Un' altro ragguaglio interessante sul suo conto ci è poi stato rivelato dall'esame della raccolta fatta da Carlo Strozzi de' « Nomi, cognomi et armi « degl' ofiziali forestieri della città di « Firenze », che sta nel cod. Strozzi-Uguccioni 4, presso il R. Arch. di Stato di Firenze. Ivi difatti a c. 166 b è registrato: « D. Ioannes de Inamo- « ratis de Esculo iudex appellationum « pro semestre incepto 23 septembr. « 1396 ». Il suo stemma, che nel capo dello scudo ha il lambello di 4 pendenti che divide i gigli di Francia, dà abbassato un leone rampante in campo azzurro.

È certo che come il frequentar cattivi compagni corrompe gli animi,

tibus clara patet. sicut enim conversatio mores, sic et corpora inficit(1). si non me audis, audi regem psalmigraphum sic aientem: cum viro innocente innocens eris et cum perverso perverteris(2). eligendus est locus salubris qui nec putredine aeris nec contagione cohabitantium inficiat coherentes. non enim modicum ad corrumpendos mores potest 5 regio; ad corrumpenda autem corpora multo plura. habet, ut exemplo utar huiusmodi, Picena castrum inter Esculeos confines pulcerrimum, circa Adriaticum litus, secus Idrontum (3) flumen, quod non tot lapides quot ferro cesa humanis ossa corporibus sanguineo bitumine fabricarunt. illic aeris pestilentia semper inest, semper adest infectio(4). nunquid ibi 10 morabimur, contendentes Deum insuper et naturam? an tentabimus Dominum, tanquam prerupta rupe salvare nos possit Omnipotens, sponte propria ruituri? quippe dum, venturus Bononiam, mare petiturus hoc in castro permanserim, dum pranderem cum sociis et equis stabulum prebendasque solitas preberemus, tanta animum meum invasit 15 loci suspitio tantumque aspectus discolor prebuit inibi commorantium cordi meo terroris, ut vix citus exire crediderim et abire, laturus omne maris periculum ipsamque navim libentius quam mansionem huiusmodi subiturus. hic illis diebus proximis pernoctaverat Nellus Viterocchus, nobilis Esculanorum legatus, qui languens inde recessit, relationeque 20 facta magistratibus et decurionibus antianis, lectum petens, post paucos dies mortuus, sepelitus est: grave Esculanorum et intolerabile damnum. inter nobiles enim viros, quos generosos ultra reliquum Picene civitas producit Esculea, ipse magne virtutis et sapientie senex fuit, gentiliumque librorum et christiane theologie moraliumque philosophorum 25 sedulus perscrutator(5).

così l' abitare in luoghi infetti danneggia i corpi.

Ne è prova quel castello piceno di Civita Tomacchiara, dove sempre infierisce il morbo;

sicchè egli, costretto a fermarvisi in viaggio, ne partì a precipizio;

mentre Nello Guiderocchi, per avervi passato una sola notte, vi contrasse i germi di malattia mortale,

con gran danno della sua patria.

5. *Cod.* medicum 7. *Cod. dà* utar *due volte.* 17. *Cod. omette* terroris

(1) Cf. s. PAUL. I *Cor.* XV, 33.

(2) *Psalm.* H, XVII, 26.

(3) Il Tronto. Ma la forma più consueta è la classica: « Truentum », usata anche dal BOCCACCIO, *De montibus, silvis, fontibus* &c.

(4) Si tratta di Civita Tomacchiara o Tomacciara (ora semplicemente Civita), frazione del comune di Colonnella del Tronto (prov. d'Abruzzo Ulteriore I, circ. di Teramo, mand. di Nereto). Essa è collocata sul Tronto, a poca distanza dal porto d'Ascoli. Nei dintorni sorgeva l' antichissima città marittima dei Liburni, « Truentum », distrutta dalle invasioni barbariche.

(5) Giovanni (detto Nello) di Guglielmo de' Viderocchi o Guiderocchi, forse la più insigne famiglia di Ascoli, è ricordato tra i podestà di Macerata da P. COMPAGNONI, *La reggia*

Sed si nec ista quidem exempla tibi sufficiunt, Veritatem ipsam audias iustum Loth taliter alloquentem: omnes qui tui sunt educ de urbe hac; nec stes in omni circa eam regione, sed in montem salvum te fac, ne et tu simul pereas(1). quid ad hec respondebis? an contra 5 Veritatis verba, que non fallitur, aliquam responsionem habebis? reminiscere, precor, quod generi Loth, quibus visus fuit socer ludens loqui, remanentes simul cum aliis perierunt(2).

Ricordi anche il precetto dato da Dio a Loth.

Multis hec auctoritatibus probarentur, quibus non insistendum necessario tecum puto, cum facillime veritas apud sapientis animum cla-10 rescat. non ergo tenta dominum Deum tuum, flos evi nostri; non videatur tibi Peregrinum et Namoratum ludentes loqui; neque te, orbi toti natum, tuosque fortune committe. nam si te, quod absit, amitteret, quem non posset recuperare thesaurum Florentia perderet et ultra Florentiam totus mundus: habes enim a Deo dona que nec dantur 15 omnibus neque semper. sicut enim spiritus ubi vult spirat(3), sic etiam, teste secundo Dialogorum Gregorio, et quando vult(4). satis ergo sapienti inviso, et forsitan invito, locutus sum: que fiducie, non audacie ascribantur, meque tuum accipe inter tuos. neque innitaris hac in re prudentie tue, precor, sed in causa propria advocatum quere. 20 et vale et vive mei memor, felix Pierida, patrie tue decus.

Altre autorità potrebbero allegarsi, ma a qual pro?

Coluccio dunque rinunzi al suo disegno:

accolga i consigli degli amici e conservi in sè stesso a Firenze uno dei suoi maggiori tesori.

Gli chiede perdono se ardi confutarlo.

6. *Cod.* ludes 13. *Cod.* thesauri

Picena o vero de' presidi della Marca &c., Macerata, 1661, par. I, p. 268. Ved. altresì Marcucci, *Saggio delle cose ascolane*, Teramo, 1766, p. 293, n. 139. In quanto alla sua fine, essa è pure raccontata in una cronichetta ascolana del secolo xvi, di cui debbo la notizia al prof. G. Castelli. In questa scrittura, sotto l'anno 1400 così si legge: « Eo« dem anno a dì primo di decembre « Niello Ghidirocchi ammasciatore a « lu re Ladeslau de Neapoli et con« sule de Asculi morse alla Civita « Tomacciara sue castellu et fue for« temente pianto da ciptadini ». Questa nota deve però racchiudere un grave errore cronologico. Non è possibile difatti sospettare che la lettera dell' Innamorati da noi qui pubblicata come spettante all'anno 1390, debba stimarsi posteriore di dieci anni; come verrebb' ad essere chi desse fede alle asserzioni della cronaca; giacchè, come si vede da quanto Giovanni dice più sotto, egli al momento in cui scriveva, non aveva mai « veduto » il S. Ma questo non avrebbe certo potuto asserir più dopo il 1396, anno in cui, a cagione del suo ufficio, dimorò sei mesi a Firenze!

(1) *Gen.* XIX, 12, 17.
(2) *Gen.* XI, 14.
(3) S. Ioann. III, 8.
(4) S. Greg. *Dialog.* lib. IV, cap. xxi.

X.

Giovanni Stella allo stesso (1).

[Cod. della Nazionale di Torino H, VI, 12 (Appendice al Pasini), c. 138 A; cf. *Epist.* lib. VII, ep. xv; II, 312.]

Spectabili et egregio viro eliconio domino Colucio Pieri de Salutatis canzelario florentino &c. 5

Genova, febbraio 1392.

È grande temerità la sua di scriver senza esserne conosciuto ad uomo sì illustre; ma dov' è scienza ivi regna cortesia.

Eloquentissime vir. audax profecto scribentis est animus, dum egregiam circumspectionem vestram, quam nusquam vidi, nec amicitia aut familiaritate notus adhuc, meis nunc sermunculis alloquer. verum ubi virtus sublimior ibi benignitas maior, ibi humanitas grandior, et placida vicissitudo caritatis amore hoc me suadet, quod et Cicero memorat (2), ut quos nunquam viderimus diligamus. hac igitur iam domestice familiaritatis reverenti introductione subfungens, mitto prudentie vestre quosdam meos editos versus de saluberrima pace inter illustrem dominum comitem Virtutum et magnificentissimum comune Florentie et colligatos utrinque celebrata nuper (3); ut dignetur et ipsos versus aspicere et eruditissima eloquentie vestre lima corrigere, meque servitorum benivolentie vestre aggerere numero, quam meritis laudum preconiis nobilissima provinciarum Italia nominat alme poesis pierium eliconia colere, preciosissime virtutis ramos amplecti. o preclarum munus, o celeste donum, quod perraris attingere fas est! quid pulcrius, quid exoptabilius? credite; nec blanda loquor; cuiusvis illustrissimi regis aut presidis non erit tam attemptior aut carior benivolentia cordi meo, quod in quelibet vota pronum offero dispositione sincera, scriptique huius queso responsum quam maxime meis affectibus expectandum. data * * *

Gli manda dunque i versi da lui scritti per celebrar la pace conclusa tra Firenze e il Visconti:

e lo prega a volerlo ascrivere tra i suoi amici,

giacchè nulla può riuscirgli più prezioso e più caro.

Vester Iohannes Stella notarius.

Godano gli Italiani, poichè il nembo scomparve

Itala gens, gaude; cecis miseranda tenebris
Obscurata diu; tibi quas cumulaverat Eurus,

8. *Cod.* amititia 28. *Cod.* Observata

(1) Del cod. Torinese, ond' è tratta la presente, daremo gli opportuni ragguagli nella monografia dedicata allo Stella; ved. *I corrispond. del S.* VIII.

(2) Cic. *De amic.* VIII, 28.

(3) Cf. intorno a questi avvenimenti la nota all'epistola citata di Coluccio, p. 312.

Perfusas Aquilo disiecit ab aere nubes.
Gaudet in excelso celorum cardine sidus
Omne micans, Titan perlucentissimus, imas
Despiciens terras, miro fulgore corruscat.
5 Venit amata dies, populis solamen amicum,
Pax suavis, tranquilla quies, dulcissima rerum,
Pax sancta et terras concordia pulcra per omnes;
Livida Thesiphone terras pudibunda reliquit.
Nuper ab eterni patris demissus ab arce
10 Nuncius indixit, volucresque per aera pacem
Gestantes lete ramos frondentis olive.
Iam quater astriferum Phebus contorserat orbem,
Cum, seva irarum, Discordia, semper alumna,
Italiam invasit mestam cecisque sub armis
15 Subvertens populos in prelia dira coegit.
His intentus eras bellis, ut singula narrem,
Virtutum Galeaz comes inclyte, Mediolani
Maximus et Ligurum princeps, regionis opime,
Mantuaque insignis, Sene et Perusina potentes
20 Fautricesque sibi valles vicinaque rura.
Ac contra mutuis pugne fervoribus instant
Dives opumque viris Florentia (1), Padua fortis,
Doctaque Bononia, Ferraria, nobilis armis,
Cumque sua Mutina celebrisque Ravenna vetusta,
25 Faventina ferax et fertilis Imola glebis.
Hinc atque hinc urbes alie, plurique minaces;
Denique gens diversa locis erat undique complex,
Si non presidio, varie sua vota fatigans.
Anxius hec cernens princeps pius Antoniotus (2),
30 Ianorum noster dux illustrissimus, alto
Evolvensque animo tante sub pondere stragis

e tornò a risplendere il sole.

È giunto il giorno della pace:

la Furia ha lasciato vergognosa la terra: dal cielo venne l'annunzio beato.

Già da quattr'anni ferveva la discordia nella penisola:

stavan armati in campo il Visconti, il Gonzaga, Siena, Perugia da un lato,

dall'altro Firenze, Padova, Bologna, Ferrara, Faenza, Imola, Ravenna;

tutt' Italia parteggiava per quelli o per questi.

Dolente di ciò, il doge di Genova meditò di por fine al dissidio:

13. *Cod.* ceua *corretto in* seua 21. *Cod.* Hac

(1) Cf. Verg. *Aen.* I, 14; II, 22.

(2) Antoniotto Adorno, uomo di gagliardo animo, ma ambiziosissimo, che tra infiniti ostacoli dal 1384 al 1390 e dal 1391 al 1396 resse la sua irrequieta patria e morì il 5 luglio 1398: cf. Georgii Stellae *Annales Genuenses* in L. A. Muratori, *Rer. It. Script.* XVII, 1126, 1130, 1146, 1158 &c.

ridando la pace all'Italia.

Pendere Italiam variasque instare ruinas
Urbibus et populis et quas Discordia tristis
Evertit terras, pax exoptanda peraget,
Crebris exorat scriptis atque admonet illos
Leniter et suadet placidam captare quietem(1). 5

Anche Bonifazio IX era animato dallo stesso sentimento.

Viderat et nonus patrum Bonifacius almus
Papaque romani templi dignissimus, egra
Mente ferens; demum miseratus cladibus ipsis
Compassusque malis, hos arguit; inde benignus

Il papa inviò dunque arbitro a Genova il Caracciolo

Magne Ierosolimi cetus, Rizarde, magister 10
Hospiciique sacri, Christi benefactor egenis(2),

e Raimondo da Capua: aderirono le parti ad accettarli come arbitri.

Et te Dominici fratrum, Raymunde, beati
Religiose pater(3), nostram transmisit ad urbem,
Hortatuque suo parte admittuntur ab omni
Legati, arbitrio subdentes pacta rogantum. 15

Del giudizio resse le vicende il doge.

Hi quoque dum tantos cupiunt sedare tumultus,
Et dux prelatus simulac cum civibus almam
Pacem commendant, hec amenis vocibus orsi:

Egli eccitò i nemici ad accordarsi con calde parole:

Bellorum infaustis vestris alitibus omnes
Italie partes languent. o quanta videmus 20
Excidia et mortes et magna pericula terris
Instare, ulterius belli implacabilis ardor
Si vestras agitat mentes! removete profanis
Exercere animos odiis: dediscite lites
Belligeras, iras iam iam compescite sevas 25
Et ceci Martis sevos cohibete furores.
Rara quidem palma est, nisi saucia; cernite casus

25. *Cod.* ceuas *corretto in* seuas 26. *Cod.* Et cecos martisque ceci *che un correttore modificò in* seci 27. casus *è aggiunto in margine.*

(1) Cf. Verg. *Aen.* V, 5; *Cir.* v. 343.

(2) Riccardo Caracciolo, di nobile famiglia napoletana, priore dell'Ordine Gerosolimitano, che Urbano VI promosse nell'agosto 1383 alla dignità di Gran Maestro, in odio al De Heredia, che però continuò ad esser il vero capo dell'Ordine: cf. l'epistola XI del lib. VII; II, 289.

(3) È questi il celebre frà Raimondo delle Vigne, capuano, che, entrato nell'Ordine di san Domenico, godette della fiducia di santa Caterina, di cui narrò anzi la vita, fu caro a parecchi pontefici, e morì in odore di santità a Norimberga tra il 1399 ed il 1400. Ved. P. F.-H.-M. Cormier, *Le bienh. Reym. de Capoue* &c., Rome, 1899; H. Luchaire, *Un maître génér. des Frères Prêcheurs, R. de C.* &c. in *Revue Hist.* LXXIV, 1901, p. 341 sgg.

Bellorum ancipites clademque ex marte futuram
Credite; sperato melior pax certa triumpho est.
Quam regnis mundique viris sit comoda cunctis,
Non opus est memorare; satis novistis, amici.
5 Dum licet, hanc leti pacem complete salubrem.
Hec ubi finierant, librato examine tandem
Adsensere omnes [1] concordia federa partes;
Fama per Ausoniam successi nuntia tanti
Evolat, omnis ovat supplex et numina laudat.
10 Sed tu, summe Deus, tam grandis muneris auctor,
Qui pius implesti populorum vota precantum,
Sit laus multa tibi; mortales dirige mentes
Errantesque tuo dignare aspergere rore,
Discide terrenas nubes, propelle furores
15 Cordibus insanos, hominum motusque malignos,
Ad sanctos referens et mites tempora mores.

s' unì al doge il prelato, e le preci loro ebbero l' effetto bramato: la pace fu stipulata fra la gioia di tutta l' Italia.

Il poeta chiude lodando Iddio e supplicandolo a render gli animi concordi e pii, amanti di bontà e di quiete.

XI.

Giovanni Conversano allo stesso [2].

[Cod. dell'Accademia di Scienze e d'Arti d'Agram II, C, 61, c. 80 A;
20 Mgl. c. 68 A; cf. *Epist.* lib. VIII, ep. x; II, 404.]

Spectate virtutis et sapientie viro prelustri domino Colutio honorabili prothocancellario communis Florentie, domino carissimo.

Padova, 4 dicembre 1393?

Stupisce il volgo ignorante, che Anfione e Febo

MIRATUR vulgus; vulgus autem tam chlamydatos quam coronatos voco, ut ait Seneca [3], qui indicta virtutibus fuga ventri ac otio se
25 dederunt; miratur, inquam, Amphyona Phebumque saxa habuisse se-

9. *Cod.* lumina 14. *Cod.* Dissite 21-22. *Così Mgl in margine. A dà invece:* Viro illustri Colucio Florentino cancellario provocacio ad amiciciam 24. *A* in dicta 25. *A* dicarunt

(1) Verg. *Aen.* II, 130.

(2) Quando noi pubblicammo le epistole del S. a Giovanni Conversano, non conoscendo di quest'ultimo se non le due lettere racchiuse nel cod. Magliabechiano, e riflettendo da una parte che il Ravennate ricordava come un fatto recentissimo la sua nomina a cancelliere del signor di Padova, e dall'altra che nella primavera del 1392 egli continuava a coprire in Udine l'ufficio di maestro di gramma-

(3) V. nota 1 a p. 306.

al pari d'Orfeo abbiano colla virtù del canto intenerite le rupi e le selve; ma nulla vi ha di strano in ciò chi ripensi l'efficacia della facondia.

Da questa dote che Coluccio possiede in grado eminente, ci venne attratto ad amarlo già son diciotto anni,

sebbene una doverosa modestia gli vietasse di manifestar nè allora nè poi la propria affezione a chi n'era l'oggetto.

quacia et Calliopeum vatem amnes silvasque duxisse, nescii quanta sit maiestas potestasque facundie. ego autem id potuisse non miror, sed vera potius subesse commentis extimo, cum verti sic homines plerumque fando rapique sentiam arte dicendi. olim enim, duodeviginti annis ferme ante, ni fallor, dictata vestra ad Romanum antistitem, quibus animadversio publica in reum maiestatis monachum excusabatur, cum forte legissem (2), vestram mox in dilectionem exarsi, fierique vester optavi. deinde magis ac magis fame splendor in dies flammas auxit, cum non modo vestrum, sed clarissimi quoque illius ac florentissimi nomen populi in extimatione generis humani reddideritis aureis vocibus gloriosum. E c c l e s i a s t i c i scriptura testatur secundum iudicem, sic et ministri eius (3). qua igitur digni admiratione pensandi qui tam eximium vendicant interpretem voluntatum? eatenus ergo vel nescientibus vobis vester eram, idque ipsum dum sciri gliscebam et nescirem qua id fieret ratione, conflictabar diu: nitebatur ardor iste meus quod fervebat ebullire, sed renitebatur proprie conscientia infirmitatis, ita ut quemadmodum lippiens radiorum iubar, eruditique presentiam veretur indoctus,

2. *A omette* autem 3. *A* sit 5. *A* firme 17. *A* reveretur

tica; ci parve lecito concludere che la prima sua lettera a Coluccio, quella cioè che qui ora si stampa, appartenesse agli ultimi di decembre del 1392 o ai primi del 1393 e che tutto il resto della corrispondenza corsa tra il S. e lui dovesse di necessità assegnarsi al 1393. « Non veggo », scrivemmo allora (II, 405), « verun motivo per po« sticipare d'un anno il cominciamento « de' rapporti fra il S. e Giovanni, « assegnando le loro lettere al 1393, « il che del resto si potrebbe anche « fare ».

Quello che allora giudicavamo una semplice possibilità, ci appare invece oggi indispensabile per la scoperta d'un nuovo documento, vale a dire d'una terza lettera di Giovanni al S. che si trova nel cod. d'Agram, di cui da poco tempo possediamo il testo. Questa lettera, che risponde alla ep. XI del lib. VII, e provocò a sua volta Coluccio a scriver la XVI dello stesso libro, rimasta interrotta per le ragioni altrove esposte, reca nel ms. la data; essa appartiene cioè al 18 marzo del 1394. Com'è chiaro, noi ci troviamo, se tal data è esatta, obbligati ad ammettere che Giovanni abbia scritto per la prima volta al S. sul cadere del 1393 e che la polemica ingaggiatasi tra loro siasi svolta tra il dicembre 1393 e l'aprile 1394. Però qui sorge una nuova difficoltà: la epistola presente è dai codd. assegnata al 4 gennaio e la risposta del S. sarebbe del 25 dicembre!

(1) SEN. *Dial.* VII, 11, 2.

(2) Se il Ravennate non s'è ingannato ne' suoi calcoli, la lettera che suscitò in lui tanta ammirazione, dovett'esser scritta dal S. quand'era da poco divenuto cancelliere fiorentino (1375).

(3) *Eccli.* X, 2.

sic vestrum meis lumen adire tenebris abhorrebam. rursum mihi tantum eloquii splendorem ubi non adesset mansuetudo benignitatis comitasque vivendi convenisse posse diffitebar. et sic modo volebam, modo non audebam, et istud modo, ut ait Augustinus, non inveniebat
5 modum (1). mediatorem tamen, cuius autoritas quod mussabam strueret, percontabar. occasionem fortuna paravit; namque nuperrime olim indignum me Carrigeri Senioris vernam, Iunior sceptra qui Patavi divina quadam invicti animi virtute sortitus est, ad cancellariatus parvitati mee ineptum pondus ab otio et libellis, quos inter inglorius ultro de-
10 litescebam, extorsit (2); utque verisimilius Augustini voce deplorem (3), cum essem indignus remo me posuit ad aplustre (4). hoc maiore quidem bone mentis discrimine, quo negligens hactenus insolensque rerum secularium et fugitans, hominum nunc habeo in frequentia versari, cumque mundi illecebris annorum flore minus utiliter assumpto, saltem
15 vite fecem (5) Deo tacitus impendere, procul ab invidie malis, ut Tragicus ait, intenderem (6); publicis compellor negotiis villicare, ad sortis exacerbationem memor illius vere sancteque ad Arsenium vocis: fuge homines et salvaberis (7). verumtamen cum tantummodo libassem hactenus quandam quasi vestre disertitudinis scatebram, crebroque pro
20 munere nunc accepto vestros sermones, ad rerum exigentiam missos, legam, estuans diu mente desiderium ferre non valeo, quin mecum sepe querulentus: quamdiu, inquam, impetum hunc obstrusum tenebo? quamdiu votis meis obstabo et pusillanimem huiusmodi scribendi moram non solvam? donec benesuada ratio cunctas diffidentis animi

Così a lungo rimase silenzioso, combattuto da contrari sentimenti,

finchè, or ora chiamato da Francesco Novello all'ufficio di suo cancelliere,

quantunque tale soma sia troppo grave per le spalle d'un uomo attempato ed alieno dalle mondane faccende,

il desiderio di entrare in relazione personale con Coluccio si fece imperioso così, che non volle oltre resistergli.

1. *A* vestris 2. *A* eloqui *Mgl* esset - benignitas 3. *A* diffidebar *Mgl* diffitebam 5. *A* cui 8. *Mgl* invicta 9. *Mgl* altro 11. *Mgl* amplustre 16. *Mgl* compellebar 24. *Mgl* solitum - bene suadeat

(1) Cf. s. AUR. AUG. *Confessionum* lib. VIII, cap. v: « Sed modo et modo « non habebant modum ».

(2) Sull'elezione di Giovanni a cancelliere di Francesco Novello ved. le note all' ep. cit. di Coluccio, p. 494 sg.

(3) Non siam riusciti a trovare nelle opere di sant'Agostino un passo che corrisponda a cotesta citazione.

(4) Nel Magliabechiano si ha qui la postilla: « Amplustre: navis guberna « culum. Festus: amplustria navium « ornamenta ». La vera lezione è « aplustre » (ἄφλαστον); cf. *Thes. ling. latin.*, Lipsiae, 1901, II, 241.

(5) Cf. SEN. *Epist. ad Lucil.* VI, vi, 33.

(6) SEN. *Trag.* Octavia, act. II, 381.

(7) S. THEODORI STULITAE *Vita Arsenii anachoretae*, cap. I, 4, in *Acta Sanctor.* Iulii IV, 618 A.

L'amore provoca l'amore.

Eccolo dunque a offrirgli l'amicizia sua: degna d'essere accolta solo perchè disinteressata e sincera.

oppositiunculas confutans: age, inquit, quod dudum aves aggredere. sume calamum, propositum explica. amore didicimus vinci feros, ut ait illa (1): quanto magis pios animos et ingenia in quibus abunde adeo sapientia delitias sibi composuit? est itaque factum, sicut cernitis, ut scriberem, pulsarem, orarem, amicus, sed, si nimium id videtur, dici 5 saltem et haberi notus; non fortuna, que ima quidem est, non opibus, que nulle sunt, non ulla denique virtute, que in me fingi magis quam inveniri potest, verum caritate de corde puro, conscientia bona et fide non ficta, ut ait Apostolus (2), asciscendus. atque sat ego, cui mundani favoris nil iam placet, quo michi placeam videor habiturus, si vestra me 10 familiaritate dignabimini. ad quam nimirum impresentiarum haudquaquam accedo quasi tentator irritatorve magnidici oris vestri, suo Marsiam damno certasse, suo Pyerides memorans; sed veluti cultor admiratorque virtutis; quove illaborate quoque dictiuncule huius interventu, icto benivolentie federe, rem me iam diu vestram nossetis, ad quem parabitis usum 15 habituri. valete, virorum electissime. Patavii, pridie nonas Iani (3).

Iohannes de Ravenna vester.

XII, 1.

Lo stesso allo stesso (4).

[Cod. dell'Accad. d'Agram II, C, 61, c. 102; Mgl. c. 69B; 20
cf. *Epist.* lib. VIII, ep. XI; II, 411.]

Summa sapientia et virtute viro prelustri domino Colucio prothocancellario communis Florentie, domino karissimo.

Padova, gennaio-febbraio 1394?
La parola del saggio richiama alla memoria di chi l'ascolta ciò

HABET hoc allocutio sapientis, ut instruat admittenda vel arguat omittenda, auditoremque ipsum scitorum non modo conmemoret, 25 verum etiam que nesciat se nescire faciat agnoscere. id mediusfidius

3. *A* illa ait 6. *Mgl omette* quidem 7. *A* fingi in me 9. *Mgl* abscindendus 12. *Mgl* recitatorve *A* Marsias 15. *Mgl* paratitur 16. *A omette* virorum electiss. *dà* ianuarii *ed omette la sottoscrizione.* 22-23. *Così Mgl; A dà invece:* Ad Colutium quod non est adulationis laudare 24. *Mgl* hec 26. *Mgl dà* id *in rasura.*

(1) Forse Ovid. *Her.* ep. IV, 164?

(2) S. Paul. I *Timot.* I, 5.

(3) Data erronea? « Pridie nonas « decembris » andrebbe bene.

(4) Quest'epistola non reca data di sorta in veruno dei due codd. che l'hanno conservata. Ma dopo quanto abbiamo detto nelle note all'epistola precedente ci par lecito ascriverla senza tema d'errare all'inverno del 1394.

in ipso tue orationis vestibulo contigit mihi, nam et in usuram prisci temporis revocata est, et multa que ignorare mea se ruditas nesciebat, advertit. cum autem adeo imperiosam adeoque vehementem dictionem tuam legerem ac ipsa elegantia diu multumque perlegerem continuo: ex libera, dixi, conscientia mediaque dilectione ista dicendi libertas manat; non quasi nascentem ac tenellam adhuc amicitiam molliuscule palpans, sed velut iam decoctam radicatamve miris verisque argutiis quassans atque aceto mordaci, ut ille ait(1), lavans. nempe cum ad multos pluraliter vox mea delata foret, tu unus, ut hoc loco Venantii dictum usurpem(2), apertos in me oculos habuisti, michi me ostendisti, quam delirus essem denique abunde prodidisti. fateor ex his me quos tam memoriter tamque studiose collegisti, si quos unquam transcurri, singulari esse usos appellatione comperisse: habuit illud etas illa, donec presidentibus loqui taliter, invadente rem publicam Cesare, si Lucano credimus(3), ceptum est; nuspiam licet me Cesarem ipsum nisi singulariter appellatum esse legisse meminerim. quem loquendi morem tametsi forsan pluribus quas unus occupavisset dignitatibus Romanos tribuisse credamus, post virilior tamen dicendi scribendive censura abhorruit, donec paulatim eo vanitatis et ventositatis ventum est, ut propria individualique appellacione contempta, communi atque soli Deo tribuenda repudiataque laudabiliter ab Augusto(4), non magni modo principes, verum tenuis ac vacui etiam municipioli custodes se velint ac iubeant appellari. si igitur Augustinus, si Ieronimus ceterique abs te adducti verba singularia protulerunt, suis morem gessere temporibus, fortassis hac quoque moti ratione, quod facilius commodiusve singulariter exit textura dictionis, quemadmodum sonorius ad cursumque aptius, si pluraliter exprimatur. atqui usus ipse probat, sed nec improbat ratio, ut plura singulariter et unum pluraliter idque sine solecismi infamia referamus. scribitur in

che sa e gli fa avvertir ciò che ignora; così è seguito a lui leggendo l'epistola di Coluccio, tanto peregrina per forma come per concetti franca e sincera: indice di dignitosa e netta coscienza, che l'amico recente rimprovera, non blandisce.

Ben è vero che tutti gli scrittori antichi non usarono il « voi » nè lo pretesero i principi, prima che, come s'afferma, Cesare divenisse arbitro di Roma,

mentr' oggi tutti gli anziani di un qualunque comunello vogliono esser trattati così.

Ad ogni modo non è sgrammaticato cotest' uso che le Sacre Carte

1. *Mgl* etiam *per* in *innanzi ad* ipso *e poi* usura 7. *Mgl dà in rasura l'* ut *di* velut 10. *A* prodisti 13. *In Mgl è riscritta la finale di* habuit 16. *Mgl reca in rasura le ultime lettere di* meminerim 23. abs te] *A* absce 26. *Mgl* quam ad m. *e dà in rasura la finale d'* exprim.

(1) Cf. Pers. *Sat.* V, 86.

(2) Non ho potuto rinvenire nulla di simile negli scritti di Venanzio Fortunato.

(3) Cf. Luc. *Phars.* V, 385-386; e la nota all'ep. cit. di Coluccio, p. 418.

(4) Cf. la nota all'epistola citata di Coluccio, p. 417.

stesse adottano talvolta, che adoperava il pretore in tribunale,

Esodo: fecerunt sibi deos aureos, et rursum: hi sunt tui dii, Israel[1], cum unus tantum esset vitulus quem orarent; nec pretor solecismo pluraliter reum condempnans[(2)]; quo nec pontifex se pluraliter scribens nec

che seguì un pontefice.

beatus Nicolaus ad presulem: sanctitatis vestre servitor Nicolaus vocor, inquiens[(3)], debuit criminari. quod si plures ad unum voces adulationi 5

E neppur è segno d'adulazione, giacchè di tal vizio non può esser accusato san Gregorio Magno, nè infiniti santi nè la repubblica Fiorentina che se ne vale scrivendo al Carrarese.

tribuamus, omnino quid humilitas Gregorii etiam cum inferioribus scribat utentis hoc tenore loquendi; quid plerique sanctorum; quid illa demum ingens communitas, quam gloria fecundas, tam manante dictandi facundia, cum in ea non unus, sed plures, imo quamplures contineantur? hunc num pluraliter alloquens principem mentitur, num 10 adulatur, num verborum fucis utitur et non potius reddit suum honorem dignissimo moremque temporibus? si prestas ut dicam, tam mehercule decere iudicem ut unus qui multos valeat honestetur veneratione multorum, quam indignum non esset quod plurimi qui ne unum quidem valeant titulo perstringantur unius? atqui fieri potest ut 15 quemadmodum ganeones blandis mendaciter alloquantur sermonibus

Chè se egli, rivolgendosi per la prima volta a Coluccio, gli diede del voi,

auditores, vere sic humiliter laudes promantur a bonis. ita nempe tibi pridem scribens, scientie tue et glorie nominis fulgore allectus, trita secutus sum fando vestigia totque dotibus, quas de te audio veriusque inesse

a ciò fu spinto dalla venerazione che sentiva verso di lui,

credo quam audio, haud iniuria pluralem dari notam teque, uti vera 20 teneo sententia, eiuscemodi honore dignissimum, ut in quem non una sed multe imo cuncte essent congeste virtutes, venerabundus opinabar; et licet arguas, neges, refellas, numquam desinam opinari. nequaquam

non certo da bramosia di piaggiarlo.

itaque hasce voces ad te quo ullis blanditiarum tuam benivolentiam lenociniis promerer effudi, vera profecto humilitate honorandique volun- 25 tate prolatus.

L'adulatore vuol raccorre un frutto delle sue lusinghe; ma egli quale utilità ne ritrarrebbe?

porro omnis adulator fructum dicendo venatur; at quem ego abs te? a quo certe nisi disertitudinem tuam, dilectionem, amiciciam, quin, ut vero expediam, non postulo nisi te. heccine premia tam rara

1. *A Mgl* hii, *ma in Mgl il secondo* i *fu eraso.* 10-11. *In Mgl tutti i* num *sono in rasura.* 13. *A* honestet 14. *Mgl dà* quam *e la iniziale di* ind. *in rasura.* 15. *Mgl* atque 16. *Mgl* alloquuntur 17. *Mgl* sit *corretto in* sic 17-18. *Mgl* prid. tibi 18. *Mgl omette* glorie 24. ullis] *Mgl* vel *(?)* 26. *Mgl* prolatas 27. *A* absce *c. s. Mgl dà* abs te *in rasura.* *A* desertitud. *Mgl* disertudinem; *ma l'* i *è in rasura.* 28. *Mgl dà* vero - heccine *in rasura.*

(1) *Exod.* XXXII, 31; ibid. 4.

(2) Cf. la nota all' ep. cit. di Coluccio, p. 415.

(3) Cf. la nota all' ep. cit. di Coluccio, p. 416.

caraque assecutum iri commentis sperem? qui si ad multa alia cecutiam,
hic tamen tantisper cerno quod virtuoso confederari nisi virtute nemi-
nem posse duco. et quid ab ipsa virtutis unione alienius quam mentiri
blandiendo aut mentiendo blandiri? atqui heros iste felicissimus
5 idemque in parentem ante omnes quos norim legerimve piissimus, dum
cari parentis reliquias cogeret undique, me olim simistam patris(1), quasi
postremam domus Carrigere suppellectilem, ascire dignatus est(2). huius
igitur sub umbra gratiaque respiro, non ut abundem sed nec ut egeam
ope forinseca. ergo quam ob spem assentatione te pergerem inescare,
10 quem ut eruditissimum, ita oculatissimum esse ducam, memor in Para-
bolis scriptum: rete iaci frustra ante oculos pennatorum?(3) omnino
autem nullum abs te preter que superius exoptare me protuli, emolu-
mentum queso vel maneo; cui iam, ut ait Apostolus, mori lucrum(4),
interque tot vanitates et insanias falsas tedio vita est; ita ut si etiam pre-
15 senti condicione deficiar, imis assuetus videam ex equo fortunam. scio
namque, ut Apostoli voce me iactem(5), abundare, scio penuriam pati.
quenam igitur me in assentationem impulerit causa? falleris procul-
dubio, falleris, vir egregie, vitam moresque meos haud vero satis iudicio
tenes. qui si didicissem aut potuissem adulari, sorte forsan molliore gau-
20 derem pinguedineque seculi abundarem magis; nunc vero senescenti et
cui permodica sufficiant modicave expetantur quo, ut missis utar verbis,
ingeram tibi prestigia verborum, quibus nimirum si utendum esset, du-
dum cum Seniore, impresentiarum cum isto cui famulor Iuniore, forsan
opere pretium uti esset? ad familiaritatem vero boni viri minime fucis
25 verborum sed vite merito comparandam si huiuscemodi captiunculis

L'amicizia di Coluccio, ei lo sa, non s'acquista così.

Soltanto la virtù può essere per lui avviamento all'amicizia

Giovanni, tornato all'ombra della casa da Carrara, di nulla abbisogna,

non affretta che una sola cosa col desiderio: la morte; qual motivo avrebbe di mentire con Coluccio?

Ei non si piegò giammai a siffatta bassezza, neppur quando ne avrebbe tratti sicuri compensi.

1. *Mgl dà* iri *in rasura.* 3. *Mgl dà* alienius quam *in rasura.* 4. *Mgl* atque 6. *Mgl* ſinuſcã *ed in margine:* dubito hic 10. *Mgl dà* ut *innanzi ad* erudit. *aggiunto in interlinea.* 12. *A* absce *c. s.* *Mgl dà in rasura le tre lettere finali e per* que *legge* quam 13. *Mgl* qua(e)ſo ul ma(a)ueo 15. *A* defitiat 17. *A Mgl* assentionem *A dà poi* cam *(?) invece di* causa 19. *Mgl dà in rasura le parole* qui si did. *e scrive* forte fors. *poi* meliore *corretto da un primitivo* molliore 21. *Mgl* suffitiunt - expetuntur; *ma* untur *in rasura.* 22. *A* prestrigia 24. vero] *Mgl* autem 25. *A* huiusmodi

(1) « Simista » per « symmysta », συμμύστης, parola che Giovanni aveva appresa forse da SAN GEROLAMO (*Ep.* LVIII, 11; LXVI, 9), e di cui si vale altre volte nelle epistole sue.

(2) Cf. l'epistola precedente, p. 307. di questo volume.

(3) Cf. *Prov.* I, 17.

(4) S. PAUL. *Philipp.* I, 21.

(5) S. PAUL. *Philipp* IV, 12.

Fu l'usanza inveterata di trattar tutti così che l'indusse a quanto Coluccio biasima;

nitar, hoc adulator ego derisus iure meritoque sim auditurus. at cum simplicitate consuetudinis mee, talis etiam ad ipsos ime conditionis homines, te adire adortus essem, secus atque intenderim vox mea interpretata est. quin etiam addis: cum loquaris ut prisci, cur etiam non vivis ut prisci? (1) ut facili venia dixerim, si qualis oratio talis est tibi vita, omnes 5 proculdubio mortales vite honore excellis aut exequas, scire velim an ceteris singulariter scribas, multos cur loquendo ac forte indignos plurali honore decores, nisi quia hoc vite stadium cum ceteris percurrentes usui consonamus, ne aut duri nimis aut infroniti censeamur forteque etiam commodis presentibus defraudemur. sane de oratione mea, quia scripsi, 10 de vita autem inexperta presertim censere non vales, de conscientia longe minus, quam novit unus ille, renes scrutans et cor (2), Deus. o si mortales fenestrata, quod Socrates optasse fertur, pectora gestarent, mitius proculdubio meam insipientiam pertulisses! verum ubi vita apud te mea minus apta videtur, ut amice iam tecum tutoque me expli- 15 cem, ea est cuius deliciis invidere quisquam non possit, felicitati non debeat, incommodis debeat misereri. et sicut etate michi voluptatibus corpus, ita Dei munere cupiditatibus mortua voluntas est. ad quos igitur, inquam, nodos assentationes intexam, qui te iam michi dudum eum fore persuasi quem vite sapientia non oris fistula vendicarem? 20

Facil cosa è dire: vivi come gli antichi;

ma conviene pensare che i tempi sono mutati, che gli uomini son fatti diversi.

Ad ogni modo la sua coscienza è pura:

così Coluccio potesse leggergli in cuore!

Ei vedrebbe quale sia la sua vita, quali le aspirazioni sue.

Preterea multos acervas boatu aliene predicationis gloriam aucupantes, a quorum te vanitate alienissimum, ut enuncias, penso, quos quidem et si minus comprobes, oratione tamen Ciceronis haudquaquam improbari videntur (3) et puto seculi hominibus quatenus ad illustria facinora estuosius animentur, laudationes ipsas calcar esse, piis vero et esse 25 curantibus opprobrium hominum et abiectionem plebis pro Christo, fastidium. haud ab re Famam terra satam fingunt, quia nimirum qui nomina sua in terris scripserunt quorumve sepulcra domus sunt in eternum, ut illud Daviticum intonat (4), ad eam sese totos contulere, que tametsi non optanda, non tamen usquequaque aspernanda Christicolis, quia dominus 30 noster Iesus proficiebat sapientia et etate gratus coram Deo et homini-

Coluccio si mostra poi avverso alla brama di gloria che accende tanti petti.

Certo essa deve parer vile ai ferventi seguaci di Cristo,

che sperano conseguire altrove la gloria che altri ricerca in terra.

Però anche la parola divina ci consiglia di acquistar buon nome nel mondo.

1. *A Mgl* hos 4. *Mgl* loquar 8. *Mgl omette* quia 9. *Mgl* condonamus 17. *A omette* debeat incommodis 23. haud] *A Mgl* aut *A* quamquam 24. seculi] *Mgl* sederi

(1) Cf. l'ep. cit. di Coluccio, p. 409.
(2) Cf. *Psalm.* VII, 10; *Apoc.* II, 23.
(3) Cf. Cic. *Tusc.* I, II, 4.
(4) *Psalm.* XLVIII, 12.

bus[1]. rursum iubet Apostolus bona procurari non solum coram Deo, verum etiam coram omnibus hominibus[2]. atqui laudes, verasque presertim, rustico nimis aspernari supercilio, nescio salva ne satis decori rectique illius honorificentia fieri queat. ad laudem namque et gloriam
5 editis nobis; paulisper catholica veritas cedat; cur sua virtus laude fraudetur, cur non delectetur exciteturque preconio, cum equi illi generosi ducantur qui se mox ad classicum erigunt nesciuntque constare? quippe non diligere elucentem in alio virtutem peccatum est, quodque diligendo laudamur, laudando argui ne debemus? si admirans amansque
10 tuam laudavi facundiam, quam certissimis vulgatam indiciis, haud ego solum, sed genus miratur humanum, si virtutem, quam doctissimorum assertio, cui refragari nefas est, asseverat, qui tandem tanto repercussionis argumento dignus invenior? Solonem rogantibus an moriens fleri vellet: ad hoc, inquit, laboravi, ne in funere fletu caream et la-
15 crimis amicorum[3]. ita cuivis in omni vita agendum est, uti id videlicet agere nitatur, quo laude apud ceteros dignus evadat.

Come si può quindi spregiar interamente qualsivoglia segno d'onore?

Perchè la virtù deve andar priva d'ogni premio?

Se egli ammira Coluccio per i meriti suoi e ciò dichiara, come può esser giudicato colpevole?

Solone non diceva forse che voleva morire tra il dolore de' suoi?

Nec obstat illa sententia: si hominibus placerem, servus Christi non essem[4]; quis hanc protulit? qui nempe ait: factus sum omnibus omnia[5]; qui norat gaudere cum gaudentibus et flere cum flentibus[6].
20 enimvero ut boni simus et bene operemur in hoc, Lex et prophete decertant; sed quid est bonum esse quam esse dignum laude? quid est ergo: si hominibus placerem, servus Christi non essem? illud puto humane laudationis pretium bonis operibus non querendum, quandoquidem, sicut laudata virtus crescit interdum[7], sic ambitu laudis arescunt premia
25 virtutis. verum quid rear hac te dicendi ratione captum ire voluisse, quam ut tui animi libertatem detegeres, quam accurate loquendum tecum esset admoneres, quam denique magna debeat esse ars contra artifices loqui, ut ait Cassiodorus[8], aperires, et illud quoque fortasse

E d'altra parte si può essere veri servi di Cristo senza spregiar per questo una lode fondata.

Certo non si deve andarne cupidamente in traccia.

Ma Coluccio ebbe forse colla sua lettera altri intenti:

2. *Mgl* atque 7. *Mgl* erigiũ 10. *Mgl* laud. tuam - uulg. 15. *Mgl dà* cuius in onũ *ed omette* vita 16. *Mgl* uitatur 18. *Mgl* nempe qui *con segno di trasposizione.* 20. vero] *Mgl* non

(1) S. Luc. II, 52.
(2) S. Paul. II *Cor.* VIII, 21.
(3) Cic. *De senect.* XX, 74 ed anche *Tusc.* I, XLIX, 117.
(4) S. Paul. *Galat.* I, 10.
(5) S. Paul. I *Cor.* IX, 22.
(6) S. Paul. *Rom.* XIII, 15.
(7) Ovid. *Ex Ponto*, IV, II, 35-36.
(8) Cf. Aur. Cassiodori *Variar.* lib. II, ep. 6, ed. Mommsen, in *Mon. Germ. hist.*, *Auctor. antiquiss.* to. XII, Berolini, MDCCCXCIV, p. 50.

comunque sia, gli darà del tu

in omaggio ai suoi voleri, lieto di vedersi trattato un poco duramente, dacchè ciò può giovar a renderlo migliore.

meam si iis impatientiam vellicationibus revelares? ego enim, cum pudore licet, te quasi individuum alloquor, minime quia id equum ducam, verum quia ita fieri placet et iubes. quare si quando scripsero semitam quam mihi prescribis asservabo, tua letus proficiensque severitate dicendi, quippe a me si quid in missa tumuisset oratione, detumuit totum remisse abs te commonitionis aculeo. neque tamen uso te huiuscemodi libertate, minus refici cupiam scriptis tuis. Dominicus libentius se Carcassone aiebat quam Tolose versari, cum in hac laudatores, illic impugnantes haberet(1); sic pater ille Cordigerum letus arguenti: talia decet, inquit, filium Bernardonis audire(2). sic ad tua ego scripta nunquam accedo, quin, ut comice dicam, ab hiis doctior abeam(3), quibus quidem preter iocunditatem quam adipiscor ex artificio dictionis, eum reporto fructum quod emendatius loqui discam, et amore, quem benigne adeo ac liberaliter spondes, apud benivolos gloriabor. quod autem novissimo loco elementa ceu que minus fluxa decoraque venissent exculpare dignaris, superabundanti modestia processit(4); haud enim eorum sum de numero qui, ut ait Ieronimus(5), venustos magis codices quam emendatos querunt. recepte ideo litere grate quidem adventavere, quia castigate, quia sobrie, quia postremo tue; illas amo, illas lego, illis fruar, adque pompam in sodalium cetum semper advocabo. vale, vir egregie atque karissime.

Non occorreva che egli si scusasse di mandar una lettera men che nitidamente esemplata.

Deest mihi ea scriptorum otiive commoditas que ad hanc rescribendam, nuntio tuo instante dimitti, sufficeret: quod ut cicatricose venienti digneris indulgere. vale iterum.

Iohannes de Ravenna tuus.

1. *Mgl* mea si is *(sic)* 2-3. *Mgl dava* dicam *espunto e sostituito con* ducam 6. *Mgl* totam – comoracionis 8. *Mgl* arebat 9. *Mgl* haberent 11. *Mgl* habeam 13. *Mgl* cum reperto *(sic)* 18. *A* quamquam 18–19. *Mgl* grate qui deadventav. *(sic) e dopo* sobrie *omette* quia 20. *Mgl* tecum 22. *Mgl* otii ne 22-23. *A* rescribendum 24. *Dopo* indulgere *A Mgl dànno* superadditum est, *che giudico postilla di copista insinuatasi nel testo a dichiarazione del* vale iterum 25. *A omette la sottoscrizione.*

(1) Cf. Frat. Constantini *Legenda beati Dominici* &c. in Quetif-Echard, *Scriptor. ordin. Praedicator.*, Lutetiae Parisior. mdccxix, I, 35.

(2) B. Thomae de Celano *Vita prima sancti Francisci*, ed. Amoni, Romae, mdccclxxx, cap. XIX, p. 90.

(3) Cf. Terent. *Eunuch.* act. IV, sc. viii, v. 790.

(4) Cf. l'ep. cit. di Coluccio, p. 411.

(5) Cf. s. Eus. Hieronymi *Epist. CVII, ad Laetam*, § 12 in *Opera*, I, 682.

XII, 2.

Lo stesso allo stesso (1).

[Cod. dell'Accademia di Agram cit. cc. 88 A - 94 A; cf. *Epist.* lib. VIII, ep. XVI; II, 437.]

Ad Colutium Florentinum cancellarium de moderno usu scribendi.

5 Allata nuper tue dignationis honoratissima et vehemente epistola, letatus sum super eloquia tua, sicut qui invenit spolia multa (2). erantque multa nimirum, nam, si velim hystoriam, hystoria est; theologiam habeo, si requiram; inque plurima sui parte abditissima philosophie ratio non aberit inque omni verbo aderit rara facundia. quid 10 enim? cum te lego, in elementari tuorum arte digitorum quod iuvet et in tua multiplici sapientia quod reficiat, acquiro; quotiens tamen rescribendum est, mussabundus ad calamum venio, quoniam, si torrentem eloquentie scientiamve quorum ex tua utrumque bucca redundat, laudavero, abs te criminer adulationis reus; si coram non laudavero; mente 15 namque reprobare non possum quod, nedum mea, verum eruditorum omnium summa mirandum laudandumque censetur; insolens aut iudicii pertinax aut male sanus ferar ab aliis. quid igitur? silendum tantis potius in angustiis videbatur. sed tamen ille qui te amatum mihi dudum pridemque tibi me littera cognitum amor fecit, convicit ut

Padova, 18 marzo 1394.

S'allegrò per la sua epistola come chi di tesori fa acquisto, chè in essa e storia e filosofia, teologia ed eloquenza s'accordano in sintesi mirabile.

Leggendo egli impara, ma quando deve rispondere, rimane dubbioso ed incerto nel timore d'attirarsi il biasimo dell'amico, ove lo celebri, di parere altrui pertinace o fuori di senno se di lui taccia i pregi.

L'amore alla fine ebbe virtù d'indurlo a metter mano alla penna;

12. *Cod.* quantum? 14. *Cod.* crimine

(1) All'epistola direttagli dal S. in data 24 febbraio 1394 replicò Giovanni colla presente che, non rinvenendosi nel ms. Magliabechiano, dove le precedenti lettere del Ravennate si leggono, ci rimase ignota, quand'attendevamo a curare la stampa del secondo volume di quest' *Epistolario.* Solo più tardi, dopochè il Rački ed il Lehnerdt ebbero fatta conoscere agli studiosi l'esistenza del codice d'Agram, avemmo modo di procurarci una copia dell'epistola stessa, che qui si pubblica ad opportuno complemento di quanti documenti già vennero alla luce risguardanti la polemica ingaggiata tra i due insigni scrittori intorno all'uso della terza persona nello stile epistolare. Tutt'altro che disposto a dichiararsi sconfitto, il S. aveva intrapreso a confutare anche la presente risposta di Giovanni; ma poi un caso, di cui già ci siamo intrattenuti (cf. lib. VIII, ep. XXII; II, 470), lo forzò a deporne il pensiero. Soltanto un breve frammento iniziale della sua replica ci è quindi rimasto, e noi l'abbiamo inserito nel lib. VIII (ep. XVI; II, 437).

(2) *Psalm.* CXVIII, 162.

non già per brama smodata di piacergli, com'ei gli ha rinfacciato, forse troppo aspramente,

scriberem, haudquaquam illo pruritu, illa placendi libidine, quo me dehonestas tuam amicitiam postulasse. nescio tamen si pruritus, si illa placendi libido primum scribenti et amicitiam inire flagranti, sit humaniter satis obiecta. tu videris: hic ego, mee conscius innocentie, nullo pruritu, nulla placendi libidine, extra sincere dilectionis limites, nec ad te nunc senescens nec aliquando alias scribere consuevi. et si hactenus in studii mei, ut ita dicam, infantia calamus excitabatur in pompam, nunquam tamen, Deo affectus moderante, assentationis lubrico irreptare audientis sinu molitus sum; longe nunc minus, quo magis carere unde placeam recognosco frustraque hominibus placendum sperandumve quotidie disco. voluptas olim, nunc me necessitas, tardum senio, ingenii languidum viribus, ad scribendum vocat; tempus, maximeque in hac etatis fece, quod aut lectioni honestius aut orationi foret utilius impendendum, vanitate dictandi profligare, visum michi prorsus amitti. placet morituro vox presulis Augustini: quam suave, inquit, factum est mihi carere suavitatibus nugarum mearum[(1)]. nuge sunt quicquid verborum aut preter necessitatem aut honestatem impenditur. cum igitur ad te, indicem affectus mei, litteram misi, digna satis ratio persuasit; nec adhuc me penitet; in qua quidem primum scribere adortus, ea usus veneratione dicendi sum, qua dignissimum in ea qua te preditum videbam audiebamque virtute fore iudicabam; minime vero quo in dictandi te stadium provocarem. refrixerint, ut dici solet, ferramenta[(2)]: quid, si ferveant?

giacchè nè ora nè mai, neppure quando l'ardore giovanile l'invitava a salir alto collo stile, si piegò ad adulare altrui.

Ed a qual pro, divenuto vecchio e scevro da ogni ambizione, sciuperebbe ora in siffatte vanità il proprio tempo?

Quand'egli scrisse dunque a Coluccio, intese mostrargli la venerazione sua, non provocarlo a disuguale tenzone.

De grege non ausim quicquam deponere tecum (3);

qui excellere michi videris

Quantum lenta solent inter viburna cupressi,

ut Maro ait[(4)]. absit illa dementia illave procacia ut, picarum Marsieque recolens, tibi conferri ulla vel minima suspicione presumam, sed venerabundus tuum nomen audio tuaque dictata suspicio. si quis enim libaverit similam oris tui, quomodo valeat, dempto fastidio, meum fur-

Ben sarebbe pazzo se tanto avesse ardito.

Chi oserà gareggiar con Coluccio in eloquenza?

1-2. *Cod.* do honestas 3. *Cod.* sic 10-11. sperandumve *pare corrotto.* 14. *Cod.* proflagare 15. *Cod.* morito 22. *Cod.* ddī *(sic)* – refrixerit

(1) S. A. Aug. *Conf.* lib. IX, cap. 1, C.
(2) Questo proverbio ci torna nuovo.
(3) Verg. *Buc.* ecl. III, 32.
(4) Verg. *Buc.* ecl. I, 26.

furem degustare? quod dictum Innocentio prefecto Africe Gregorius, Augustinum venerans, humiliter assertavit(1). scio, ut Gedeonis hic vicem mihi tantisper adiiciam, quod melior est racemus Ephraim vindemiis Abieçer(2); quippe Dei munere satis perpendo nedum infirmitatem 5 meam, verum etiam parvitatem; illaque michi Flacciana voce grator:

Di lui si può ripetere ciò che Gregorio Magno scrisse d'Agostino.

Egli, oscuro e dell' oscurità sua contento,

> Dii bene fecerunt, inopis me quodque pusilli
> Finxerunt animi, perraro et pauca loquentis (3).

quin si deorum fotu hominumve id sim assecutus, nuspiam dulcius atque in sequestri, proprie conscius inscitie, mansitarem; procul, ut 10 ille ait(4), ab invidie malis, procul ab occasione peccandi. hinc fit, ut parvitatis mee recognitione voces, quas tamquam ineptias refellis, emittam, et te dignum atque omnes, quos prestare arbitrer, domini; fratris ducam appellatione minores. quidni id ego, cum sanctus ille pauperum patriarcha ipsa quoque irrationabilia huiuscemodi vocatione dignare- 15 tur? (5) agens olim Ragusii, morem gentis, nudo cunctos nomine ac singulari accersentis, probare nunquam valui, sed ceu rurestrem semper, ut quo nulla esset meritorum discretio, pensavi(6). erat sexagenarius physicus, erat archisacerdos, pretor erat urbanus; quotiens erat opus medico, Albertine; sacerdote quotiens, Marine; quotiens pretore, 20 Mathee; his enim nominibus dicebantur; te alloquor, proferebant. eratne quicquam vel sola dicendi facie aut superbe aut rustice, ne dicam barbare, magis nunciatum? profecto ruditati mee; si

conscio della propria bassezza,

si compiace scrivendo onorar ciascuno come è suo debito.

Allorchè reggeva il cancellierato di Ragusa, nulla più in quel barbaro luogo gli riusciva molesto della familiarità villana con cui fin dall'infimo plebeo erano trattati uomini venerabili per età, ufficio e professione.

14. *Cod.* irronnabilia *(sic)* 15. *Cod.* cunctis 20. *Cod.* Marthee 21. *Cod.* ddī *(sic)*

(1) Cf. Gregorii I papae *Registr. epistolarum*, ed. Hartmann, Berolini, MDCCCIC, II, 251 (X, 16) in *Mon. Germ. hist.*, *Epistolarum* to. II; ma nel testo, restituito dal dotto tedesco, Gregorio chiama « siligo » il « pabulum » d'Agostino.

(2) Cf. *Iud.* VIII, 2.

(3) Hor. *Sat.* I, iv, 17-18; ma il testo nel 2° verso dà « raro et per- « pauca ».

(4) Sen. *Trag.* Octavia, act. II, v. 381.

(5) Cf. S. Bonaventurae *Vita sancti Francisci*, ed. Amoni, Roma, 1880, cap. VIII, De pietatis affectu et quomodo ratione carentia videbantur ad ipsum affici, p. 110 sgg.

(6) Sulla dimora di Giovanni a Ragusi, durata tre anni (1384-1387) con suo grandissimo strazio, cf. le copiose notizie date da Fr. Rački, *Prilozi za poviest humanisma i renaissance u Dubrovniku, Dalmaciji i Hrvatskoj, Ivan Ravenjanin učanik Petrarkin* &c. in *Rad-Jugoslavenske Akademije Knjiga*, Zara, 1885, LXXIV, 162 sgg.

Ben preferibile alla rozza semplicità di que' barbari è l'urbanità italiana.

Scrive Coluccio ch'egli abbandonerebbe subito l'uso della terza persona, dettando a nome della repubblica fiorentina, se ciò dipendesse da lui.

Ma sarebbe prudente siffatta innovazione? Tutti sono gelosi dei loro privilegi: Callistene informi.

Egli perciò crede giusto non offendere la suscettibilità dei più, omettendo nello scrivere quelle formule tradizionali di cortesia a cui sono avvezzati.

Non convien mai allontanarsi, per smania di singolarità, dalle usanze radicate nei più.

Si corre rischio di parer temerari, arroganti e di spiacere a coloro di cui vorrebbesi acquistar il favore.

hec tamen ipsa meretur ruditas dici; consonantius uti atque decentius apparet urbanitatis italice disciplina, qua allothetice plura cogimur explicare, minime abhorrentes a consuetudine, cuius tritum callem indeflexo rigore contemnere, aut dementem haberi aut odiosum facit. asseris communi te vestigio huic solo principi similibusque, non quia mereatur, 5 sed quia usus habeat, dictionem pluraliter facere; cumque morem a predecessoribus relictum, ab tuo si arbitrio tanti moderamen officii dependeret, correcturum[1]; si id consulte satis absque ambiguitate non dixerim. siquidem ab radicata consuetudine abscindi auresque honorem solitum deposcentes insipido fandi exasperare tenore, interdum fortasse 10 persuadendi fructum omnem dissiparet. cunctis exemplo esse Callisthenes potest quam non sit fructuosum quamque etiam odiosum auditoribus adimere vices suas[2]. quemadmodum enim adhibita quisque veneratione gestuum pro equitate meritorum adeundus est, grato ita sermone leniendus. dabo igitur temporibus morem; dabo consuetudini 15 locum suum, dabo appellationem solitam audituris, ne aut insolentie aut singularitatis cuiusdam nota eorum, quibuscum versandum est, animi oraque provocentur. clamat Anneus: frons populo nostra conveniat[3]; et rursum: et interdum populus est quem timere debemus[4]. quid Vas electionis? nonne: sit, inquit, sermo vester sale conditus, ut 20 sciatis quomodo oporteat unicuique respondere?[5] si ergo dictando honorari solitum non digner honore, digner insolitum; si rursus cum dolentibus gaudeam, doleam cum gaudentibus[6], nec rependam cui tributum, tributum, cui vectigal, vectigal, cui honorem, honorem[7]; nonne prevaricator apostolici dogmatis, iniurius aut rudissimus habear, inci- 25 damque in illam versiculi salebram:

Displicit imprudens unde placere studet[8];

10. *Cod.* intentum 13. *Cod.* vites? 20. *Cod.* fit 21. *Cod.* quod 22. *Cod.* dignere

(1) Cf. lib. VIII, ep. xi; II, 419.

(2) Notissima è la fine di Callistene, che perì vittima del vendicativo furore d'Alessandro Magno offeso dalla sua renitenza a rendergli onori divini.

(3) L. A. Sen. *Epist.* I, v, 2.

(4) L. A. Sen. *Epist.* II, 11, 7.

(5) S. Paul. *Coloss.* IV, 6.

(6) Cf. s. Paul. *Rom.* XII, 15.

(7) Cf. s. Paul. *Rom.* XIII, 7.

(8) È il secondo verso del distico di chiusa della XVII tra le favole oggi ascritte a Gualtiero l'Inglese (*De asino et catulo*); ved. Hervieux, *Les fabulistes latins dep. le siècle d'Auguste* &c. to. II, *Phèdre et ses anciens imitateurs*, Paris, 1885, p. 392. Cf. anche ibid. p. 431.

nec tenebunt singula queque locum sortita decenter, ut ille ait?(1) ita voluntatis pridem consuetudinisque tue incognita me ratio incautum inmeritumque in reprehensionis tue mucronem impegit; nullatenus, ut tibi placerem, cui quidem non verbis, sed rebus placendum arbitrabar; 5 sed quo more communi debitoque honore honorem cui deberi putarem digna laude prosequerer; nequaquam eorum de numero, qui, ut scriptum est, locuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum(2); haud tamen, iuxta modulum apprehensionis mee, hostiarie, ut tuo dicam verbo(3), illius magne adeo professionis iniuria, 10 quam, non quia primum suapte dignitate meretur honorem, verum necessitate conditionis vetustas inter liberales principem esse voluit. prebita namque mortalibus voce, ut earum esset, que sunt in anima nostra passionum ac mutue voluntatis indicium, quemadmodum maternas ad voces fingimur ab alumnante, sic, maternis deinceps imbuti, ad gram- 15 maticam, veluti secundam infantie alumnam, promovemur, que alteram balbutiem ruditatis humane quibusdam quasi loquendi scribendive normis elimans, congeriem vocum ad altioris meriti scientias doceat ascensuros. atque sic in moderandis tantummodo componendisque vocum modis presidatum sortita, ab consideratione superioris absolvitur; 20 unde quemadmodum elementa littere vocum sunt, ita scientiarum quoddam ceu elementum grammatica. nec idcirco honoratior, sicuti nec materie prime, quam y l e m aliqui vocitant, primus honos, tametsi primus locus ascribitur ab his qui physicam profitentur. verum hoc fortasse princeps dici merito potuit, quod suo quodam modo sine reliquis 25 ipsa, absque hac reliquarum ulla nequit existere, sicuti sensus sine motu progressivo, is tamen sine sensu inveniri non valet; et in his mutabilibus caducisque rebus vegetabile sine sensibili poterit; absque vegetabili autem sensum habens non poterit reperiri. omnino autem nec illud diffitendum uti virtutes ita scientias affines et uno quasi 30 utero genitas, ut qui nactus unam ad integrum fuerit, reliquas habiturus aut verius minime de reliquis sit nesciturus. ceterum eo modo grammaticam sumo, quo inpresentiarum superficietenus non gram-

Se egli dunque usò scrivendo a Coluccio le formule consuete, ciò fece per conformarsi alle consuetudini comuni.

Nè, a suo giudizio, queste offendono le leggi della grammatica, ben a ragione collocata prima tra le arti liberali, in grazia dell'ufficio che le appartiene.

La grammatica infatti, quale seconda nostra nutrice, ci insegna a parlare, offrendoci il modo di salire ad ulteriori gradi di cognizione e di dottrina.

Ma dall'essere prima tra le arti non le deriva dignità alle altre superiore, quantunque ben possa dirsi che senza di lei le rimanenti non potrebbero vivere.

5. *Cod. dopo* debitoque *dà* cui *che ho soppresso.* 9. *Cod.* magna 13. nostra] *Cod.* non 17. *Cod.* numeris 20. *Cod.* litteris

(1) Hor. *Ep.* II, iii, 92.
(2) Cf. *Psalm.* XXVII, 3.
(3) Cf. l'epistola cit. di Coluccio, p. 414.

Alla dignità ed alla preminenza della grammatica in ogni modo niuna offesa reca l'uso del linguaggio figurato; regolato ancor esso da norme fisse. Chè se, sotto il rispetto della forma, la locuzione figurata può dirsi viziosa, non è certo tale per la sostanza, talchè chi la adopera non può essere biasimato come menzognero o adulatore. Questo si può provare con esempi di scrittori sacri e pagani, con quello di Coluccio medesimo.

matica tantummodo sed et cetere delibantur. in hac igitur sua dignitate, in hoc suo principatu, pro figurata locutione, quam vel pueris vulgatum est ferri vitiosam, nullum crimen incurritur maiestatis, quandoquidem ad integritatem preceptionis grammatice, cuius moderamini subest necessitas dictionis humane, constructionis artifex intellectus hasce vias sibi certa quoque sub coercitione grammatice stravit, quatenus quaqua affectus exposceret, valeret instrumento vocis exire: quis nesciat ad immensum humane ratiocinationis pertinere dispendium, si figurata locutio ut precipitium formidetur, rursusque intra ambitum perceptionis grammatice figuralem illam tortitudinem, seu verius commoditatem, includi? cum reges itaque, cum pretores autoresque, cum ego; illi ut summas tum consiliantium tum sequentium eademque sententium sententie sue dent intelligi consonare: ego, ut in uno vi auctoritatis colligerem plurimos; dicimus de individuo pluraliter, menda sono vocis dari, sensui non potest; quam ob rem nec mentiri nec adulari dici potest. mentiri quippe contra mentem est ire; tamen mentimur, cum aliquid, etiam si verum est, ad audientis aures producitur aliter quam sentimus [1]. cum itaque Gregorius ad Eulogium patriarcham: scio, inquit, qui sum, qui estis; loco enim mihi fratres estis, moribus patres [2]; et vates ille:

> hic manus ob patriam bellando vulnera passi [3];

rursumque:

> Yphitus et Pelias mecum divellimur [4];

cum tu quoque, huic scribens heroi: sitis plenissimus observator, quod quanti posset esse periculi, ut providentissimus, cognoscitis et videtis [5];

6. *Cod.* cohertione 13. *Cod. omette* sententie *aggiunto da me per ridar il senso alla frase.* 18. *Cod.* Elogium

(1) Cf. Balbi, *Catholicon*, de littera e ante m: « A mens dicitur « mentior... idest contra mentem ire « et dicere; scilicet aliter dicere quam in « mente existimare, sive verum dicatur « sive falsum, unde et dicendo verum « potest aliquis mentiri et dicendo fal- « sum potest non mentiri ».

(2) *Gregor. Eulogio episc. Alexandr.* in Gregorii I papae *Reg. epist.* cit. II, 31, r. 20 (VIII, 29).

(3) Verg. *Aen.* VI, 660; ma il testo dà « pugnando ».

(4) Verg. *Aen.* II, 434-35; ma il testo dà: « divellimur inde Iphitus et « Pelias mecum... ».

(5) Son queste parole tratte da qualch'epistola inviata in quel torno dalla Signoria di Firenze a Francesco da Carrara: la corrispondenza tra i due Stati fu assai attiva nel 1393-94, come si rileva dal reg. 23 delle *Missive*.

in huiusmodi tum humilitate tum brevitate tum item commoditate loquendi atque observantie dignitate, qua laceratur violentia grammatice plenitudo? simplex et vetus ille huius Patavi ducis memorandus parens referre solebat singulariter de se scribere, quo propria cuncta aucto-
5 ritate, sententia, arbitrio agi edicique viderentur. aliter cernimus reliquos: utra summa laudis prosequio digna sit, non temere diffiniverim.

Qual danno recar può cotest'uso all' integrità della grammatica? Francesco il Vecchio da Carrara preferiva parlare sempre di sè in persona prima: qual metodo sia da preferire rimane quindi incerto.

Quamquam si pluralitas hec usurpata; ceu verum est nec tu quoque diffiteris; ad congregationes, illorum assensionem quibuscum rerum consultatio participatur, referri intelligitur, haud plane video cur minus
10 ventosa haberi non debeat nimirum illa vanitas hasce publicas voces ad privatas quoque necessitates extorquens. vidi plerosque tum seculi tum sacrorum presules; magis sacrorum; ex his, inquam, qui in atriis domus Dei nostri cardines deputantur, quotiens passionibus afficiuntur: stomacum, aiunt, dolemus, sitimus, somnemus; cum interim adstan-
15 tium nullo dolore, nulla siti, nullo quisquam somno impediretur. tamen vocata ad calculum ratione, nec plerumque de se pluraliter proferentibus circumstantium favor obsequitur que oderint conniventium, nec ulla se nominari pluraliter audientibus inde est aliquando nedum autoritas plurium, sed ne meritum quidem individui rationalis, quo ve-
20 neratio honorve debeatur. o si tantummodo meritis tribuantur honores, quot splendent cultu, laudantium colentiumque turba frequentantur, quos inglorios, subsannatos ac solitarios cerneremus! verum mole consuetudinis rapimur, fortune indulgemus, paci favorique modo communibus acti studiis consulimus. quare, mi Coluci, peccatum
25 meum, quod tantopere aggravas, tanta argutiarum acrimonia persequeris, tribui merito tuo, usui quotidiano tribui; ceu tu quoque ad hunc atque alios fortune similis dicens agis; meis insuper moribus tribui.

Ad ogni modo, se borioso è l'uso del plurale, ove si tratti di persone investite di pubbliche dignità, non lo è meno allorchè si vegga da privati adottato nelle più umili circostanze della vita, come sogliono, ad esempio, fare i cardinali di S. Chiesa.

Avviene dunque che profondansi titoli onorifici a chi n' è spesso men degno.

Ma il mondo va così,

ed a torto pertanto Coluccio gli fa colpa di ciò che tutti fanno, lui non escluso.

Quid autem referam quod accurate adeo subtiliterque, me dum unitatis excellentia docendi studium apposuisti, quasi Nicomaci aut
30 Apulegii, quique hos precessisse fertur Pythagore, depleveris venas ingenii?(1) certe ultro ipse tecum, una cum Boetio, Chalcidio atque Macrobio aliisve non paucis, fateor eam esse vim unitatis, ut non tantum

Riguardo all'unità, tanto celebrata da Coluccio, egli non esita a ritenerla fondamento d' ogni bene, anzi della esistenza di tutto quanto è:

3. simplex et] *Cod.* supplex est 4. *Cod.* scriberem 8. *Cod.* ascens. 10. *Cod.* nimium 17. *Cod.* coinuentibus; *ma il luogo è certamente corrotto nè il conciero proposto mi persuade.* 21-22. *Cod.* frequentatur 24. *Cod.* actis

(1) Cf. l'ep. cit. di Coluccio, p. 420 sg.

que bona sunt unum esse conveniat, verum etiam, nisi unum extiterint, esse omnino non possint. in illa namque gloriosissima Trinitate, sicut Patri patrem esse; quoniam qui pater esset, nullus precessit; ita monas proprietati Patris, cum a quo gigneretur abesset et ex sui tamen multiplicatione numerum gignens, propria assertione tribuitur. que quidem tametsi nullus ipso dici actu numerus queat, nihilominus cunctos intra sue virtutis ambitum numeros videtur amplecti. quo fortasse non ab re masculina perfectionis sibi vindicavit imparitas eminentiam; femine proprietatem paritati concessit. iam vero res ipse, in quibus intellectus negotiatur humanus, punctus, linea, superficies, corpus locuntur meritum unitatis: ad quam nimirum punctus referri, veluti ad dualitatem linea, superficies ad ternarium, ad quaternitatem vero soliditas corporis, addita situs ratione, censetur. quid reliquis de rebus arbitrantur unum quodque suapte proprietate, quam vocant formam, esse atque consistere et nequire materiam esse, nisi cum adhibita forma, que materie fluxum determinatione sequestret, ceperit unum fore? propter quod esse existentiam forme in materia dici physici decreverunt. ex quo etiam sequi videtur, quod ad ipsius item veritatis venerationem pertinet, quod ipsum unum haud est tantummodo causa, verum etiam voluntas rebus essendi; nam si ob unum esse rerum esse causatur, expetuntque esse queque sunt, procul dubio exoptare singula unum esse nemo diffiteri compellitur. quid quod, sicut unum est rerum principium, unius felicitatis optande terminus Deus, sempiterne substantie dignitate, unus, trinus, beatissimarum eiusdem substantie consortio personarum, ad quem una vera et mundissima fides, unum baptisma(1), unus mons coagulatus et pinguis(2), sacrosancta Ecclesia, confederat corda fidelium; ita monas hec tua, si fas est ad ineffabilis divine maiestatis collationem ulla ratiocinatione humanam caliginem erigi; item, inquam, habetur primordium numerorum; rursusque numeri omnes in ipsius solitudinem vera conversione solvuntur ac per hoc unitas, ratio, primordium, meta essendi, causa modusque rebus videtur existere. nec dixerim unum hoc ex materiali formalique annexione rebus singulis attributum, creatrici omnium unitati ullatenus convenire. illa quippe fini et permutationi diversita

attributo del Padre celeste;

che abbraccia tutti i numeri

e simboleggia la perfezione.

Il punto, la linea, la superficie, il corpo, tutto esalta i pregi di essa;

e la materia non prende ad esistere, se non quando s'unifichi colla forma.

L'unità non è dunque solo ragione di essere alle cose ma promuove in loro il desiderio d'essere;

or siccome tutte le cose trovano il loro principio in Dio, ed a Dio ritornano,

così tutti i numeri derivano dall'unità e ad essa si riconducono.

Nè quest'unità, propria delle cose, derivante dall'annessione loro materiale e formale, disconviene all'u-

4. *Cod.* gignaretur 7. *Cod.* ampleci 18. *Cod.* vanitatis

(1) Cf. s. Paul. *Ephes.* IV, 5. (2) Cf. *Psalm.* LXVII, 16.

tique obnoxia; ista, omnis finis, omnis mutationis, omnis quoque diversitatis expers, in beatitudine perseverat. quam profecto quisquis contingere sine unitatis integritate contendit, haud sane capit quod illi ministre dictum est: porro unum est necessarium[1]; quemadmodum 5 enim Verbum caro factum[2], Deus et homo unum est; ita per amoris castissimi estum anima defecata suo quodam inenarrabili complexu cum Deo unum efficitur, ubi, liquefacta igne divine dulcedinis, sponse illius vocat affectum: fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo[3]. nec, mehercule, cor valet humanum illius intime beatitudinis 10 nectar nisi repulsis circa involitantibus curis abditum in ipsa desiderii unitate gustare; haud secus ac intellectus noster forinsecis refractus, donec in sese reflexus, unus fiat, medullam contemplande veritatis attingere. quid dicam quod ad Monadis laudem in creatione secunde diei bonitatis attributionem adducis[4] esse postpositam, ea se nonnulli, 15 qua niteris, ratione fulcientes, dualitatem, ut que prima sit ab unitate, que Deus est, abrupta, dignantur infamia? placet aliis eiuscemodi suppressione ruinam civium supernorum, que mox a creatione secessit, intelligi; aliis autem, quoniam in secunda die aque iusse sunt dividi firmamentumque consistere, tertia vero iam secretas, unam in sedem con- 20 venere, tanquam ad perfectum diei precedentis pars hec operis terre adscribenda foret, minus fuisse predicationem illam bonitatis expressam, minime quasi illud opus secunde diei; sive, ut ais cum Augustino s u p e r G e n e s i m a d l i t t e r a m[5], commemoratio potius diei secunde; a bono conditore indignum bonitatis appellatione manaverit, cum, eodem teste 25 Augustino[6], singula condiderit bona simul: erant autem omnia valde bona[7]; nec per hoc ita bonitatis ratio coartanda ob unicum tue monadis privilegium, ut creatis in rebus plura bona uno bono amplius non existant. atqui novem ordines angelorum maius uno singulo ordine bonum sunt; sic octo spere quam una; decem sidera quam unum; 30 decem sancti, decem homines, decem precepta, decem margarite, decem

nità creatrice, sebbene quella sia mutabile, questa immutabile e beata, a cui è impossibile pervenire,

se non quando l'anima umana, purificata dalla fiamma dell'amore di Dio, non siasi con questo confusa.

Per quanto spetta alla dualità, di cui l'inferiorità in confronto alla monade si vorrebbe dichiarata da un luogo della *Genesi*,

del quale varie interpretazioni vennero offerte,

egli è d'avviso che si debba con maggior cautela procedere nè ammettere che più beni siano inferiori ad un bene unico.

8. *Cod.* stipante 11. *Cod.* intellectis 13. *Cod.* monandis 25. *Cod. omette* erant

(1) Cf. s. Luc. X, 42.
(2) Cf. s. Ioann. I, 14.
(3) *Cant. cantic.* II, 5.
(4) Cf. l'ep. cit. di Coluccio, p. 422.
(5) S. Aur. Aug. *De Genes. ad litter.* lib. IV, cap. xviii, § 33 e xxxiv, § 53.
(6) Op. cit. IV, cap. xxxiv, §§ 53-56.
(7) Cf. *Gen.* I, 12, 18, 21, 25.

Il che se è vero, reca come conseguenza che meglio valga un uomo adorno di molte virtù di quelloche molti dediti solo alla vita materiale,

e buoni si possono dentro certi limiti chiamare tutti coloro che pur non raggiungono quella perfezione che darebbe lor diritto ad esser tali considerati.

Ma basti della prima «massima».

De quibus ipsis quid attingendum duxi magis ut quod ipse sentiam agnosceres, ut, si opus fuerit, emendes, quam ut de his disserere tecum cogitem. est porro secunda, ut tute retulisti, disputare de communi 15 conditione vite, quasi hanc cum intellexerimus cumque luminibus obiecta fuerit, eventurum sit, ut ne dolituri simus id evenisse quod futurum esse multo antea nature condicio nos admonuisset. quid hic tu contra? illico: licet enim nulli mortalium vitam quandoque ponere natura non prescripserit, non tamen ob id excluditur vite modus seu hominum vi-20 vendi multa varietas; quia infantia quosdam, plures in pubertate, nonnullos extrema senectute mors depascitur. in hac tanta varietate non irrationabiliter merendum dicis, si quando vita surripitur viro puberi multe virtutis[1]. aut dum seni et cuius omnis cura operam navare ad tutelam reipublice, ad suorum presidia, ad iocunditates amicorum, ad 25 commoda omnium, quid? non dolendum ob talis viri precipitem obitum, non et ingemiscendum aspicientibus alios, quorum vita nullius, ut dicitur, Dei, id est nullius divini operis, in ultimum terminum humane vite diem protendere? num tui sermonis hec mens? fingo quippiam? nec vero minus hoc loco reiicis consolationis genus illud, quo fretus 30 Solon amicum in arcem eductum subiecta edificiorum tecta spectare iussit et: cogita, inquit, quot luctus sub his tectis et olim fuerunt hodieque versentur et in sequentibus seculis sint futuri, ac mitte mortalium incommoda tanquam propria deflere. qua consolatione, ut ait Valerius[2],

La seconda consiste nello stimare inutile il deplorare ciò che sappiamo inevitabile.

A ciò Coluccio replica che la morte può venire in età diverse, in varie circostanze,

sicchè non può non recar dolore la scomparsa repentina di chi sia nel vigore degli anni. Ma e perchè non si dovrà ugualmente lamentare la sparizione d'un vecchio saggio e largamente operoso?

Coluccio respinge anche la formula di consolazione trovata da Solone,

31. *Cod.* cognita

(1) Cf. ep. cit. di Coluccio, p. 418. (2) VAL. MAX. VII, II, ext. 2.

e la giudica ispirata da sentimenti riprovevoli.

monstravit urbes esse humanarum cladium consepta miseranda. tu autem hoc non consolantis esse sed invidentis; qui alieno commodo meret, ita gaudet incommodo. negas igitur; ut a primo exordiamur disputationem de communi condicione vite; negas notionem humane nature aliquid afferre quo minus in morte nostrorum mereamus. multa in te hic; in primis Terentianum illud, quod vulgo ferunt: diem adimere egritudinem hominibus (1). quod si nulla est mulier tam fracto animo, cuius post acceptam calamitatem dolor tempore non sedetur aut certe non multo remittatur, negabis viro forti aliquid mitigationis allaturum tempus, quod longe ante cladem cogitatione anticipasset? putabis nichil opitulari, non fuisse inparatum sub adventum fati, sed prius vidisse ita id fieri posse, ut non raro uti factum mente conspexerit antequam fieret? tum non tibi videtur sapiens frequenti meditatione rerum humanarum in earum eventibus variis quasi, ut ita loquamur, consuescere? quod si dederis; non dare nisi eversa philosophia non licet; et suas erumnas previdisse et in eis ante casum consuesse, si nolis ut afflictationem, cum emergit, prorsus avertat, ut etiam non leniat affirmabis? hoc enim, ut veniam ad solamen quod vir ille sapientissimus spectabat, nichil aliud voluit nisi amicum circunplecti animo casus humanos non tantum qui essent, sed et qui preterierant aut qui futuri essent. ad quid hoc? non ut ceteris invideret, ut tu succenseris (2), vel aliorum doloribus letaretur; at ut rudis non ignoraret, sed intelligeret admonitus ex aliis quod sibi mesti accidisset sue non imputandum adversitati sed nature, non proprie infelicitati sed humanorum, nec suo tantum infortunio sed omnium hominum. at enim hic, frugi homo, iuvenis admodum, ille inutilis, senex, imo decrepitus, moritur. erat quippe hoc quod lamento dignum duceres, quod pene reliqui, properans ad Solonem. istud vero quam inane! dividit natura vel, ut christianius dicam, Deus omnipotens dona singulis et eorum donorum nonnulla Paulus enumerat (3); locum meministi. sic illi iuveni cum etate breviori diuturnio-

A suo avviso, come non si può negare l'azione consolatrice del tempo;

così non riesce lecito dir senza efficacia un'assidua meditazione della vanità e fralezza di quanto è terreno.

Ora a questa riflessione s'ispirò il Greco sapiente,

che de' propri casi luttuosi riconobbe la causa nella sorte riservata a tutti i mortali.

Nè si può dire più deplorevole la morte d'un giovane che quella d'un vecchio,

giacchè Iddio ha

1. *Cod.* claudium 5-6. *Cod.* uite hic an primis *(sic)* 9. *Cod.* ablat. 10. *Cod.* ant *(sic)* 11. *Cod.* inpaͣrtum 14. in earum] *Cod.* mearum 19. *Cod. dopo* nichil *dà* enim 20. *Cod.* preteriant 22. *Cod.* intelligerit 25. enim hic] *Cod.* ēh̃ 27. *Cod.* requi

(1) Cf. Terent. *Com.* Heautontimor. act. III, sc. 1, v. 422.

(2) Cf. ep. di Coluccio cit. p. 419.

(3) S. Paul. I *Cor.* VII, 7.

rem virtutem; huic seni cum virtute minori grandiorem etatem dispensavit. at iuvenis, si fieret potestas ut virtute careret, etate frueretur, eligeretne? an non potius eternitati consulens, secum repeteret illud Flacci:

5 Letus sorte tua vives sapienter (1);

simul et Maroneum illud:

Stat sua cuique dies, breve et irreparabile tempus
Omnibus est vite, sed famam extendere factis,
Hoc virtutis opus (2).

10 his atque aliis in hanc sententiam frequentandis consolaretur; ego iuvenis moriar, ille senex. at ego non totus; ille quid sui relinquet ad posteros? senectutem non intuebor. sed quot senes fame diuturnitate superabo! dulcedo vite surripietur? cuius vite? quam vulgo infernum, quam apud Ciceronem mortem Scipio dicit? (3) et quis novit, 15 si non tam eripior vite quam subtrahor angustie, quam semoveor a suppliciis innumeris, quibus diu viventes sepenumero affliguntur? hunc se talibus in morte consolantem tu demortuum flebis? tu, dico, pater, tu germane, tu amice? quero, cur? si tua causa, infirmi hoc animi suique parum confidentis; si extincti, quid absurdius, ne dicam 20 stultius, quam in illo dolere factum quod futurum ipse non doluit? sed ego quorsum abeo qui spopondi brevitatem? contrahamus igitur, ut ad ultimam maximam proficiscatur.

Que vero illa? summam esse stulticiam frustra merore confici, cum intelligas profici nichil posse (4). Ciceronem tu oppugnas. sicut 25 enim dolor imminuitur spe recuperandi quod amiseris, ablata sic et sublata, non parum incenditur. hoc loco velim memineris negociatorum sermonis, quo uti consuevere passi naufragium. videntes enim illi frustra operam et impensam esse, si e fundo maris satagant eruere submersas opes: de alio cogitemus, inquiunt; prudenter illi quidem. nichil

forse beneficato in pari misura l'uno e l'altro.
Se il giovane muore difatti glorioso,

mentre l'altro, carico d'anni, senza fama veruna, quale de' due sarà stato meglio trattato?

Certo il giovane; e se questi del suo destino si appaga, chi vorrà deplorarlo?

Terza massima di Cicerone è quella che non devesi provar dolore per quanto è senza rimedio. A Coluccio pare invece che, tolta ogni speranza di riacquistare il bene perduto, ne divenga più cocente il rimpianto.

5. *Cod.* uies (ᵘ) 16. *Cod.* viv. non sep. non affl. 20. *Cod.* dolore 21. *Cod.* habeo
24. *Cod.* Cicero 27. *Cod.* sermonum *corretto in* sermonis – consueveri

(1) Hor. *Ep.* I, x, 44.
(2) Verg. *Aen.* X, 467-69.
(3) Cic. *De republ.* VI, 7.
(4) Cic. *Tusc. disp.* III, xxxii, 77.

prius neque melius. consuleres ut, mare spectantes, absumerent tempus inutiliter, ut apud Horatium:

> Rusticus expectat, dum defluat amnis; at ille
> Labitur et labetur in omne volubilis evum? (1)

Eppure qual stoltezza maggiore che piangere i morti?

que ergo inscitia super mortuos incumbere dolori, unde nichil illis proficis et tibi officis? pernimium talibus illa veraciter obiectantur, stultiT

A che giovan la disperazione, le lagrime, le grida, se essi non tornano più?

ciam esse in muros cervicem aut adversus stimulum calces (2). nam quid flent, quid eiulant, quid querunt? ut ne obierit quem dilexerant? at id quam inutiliter, quam dementer! nulla enim potentia fieri posse ut fuisse desinat quod fuerit, apud philosophos, apud theologos, apud ipsum vulgus declamatum est. an ut resurgat? sed hoc optare licet; sperare aut expetere nisi desipientibus non licet. non ob hoc, inquiunt, flemus.

Nè vale il dire che piangendo si dà sfogo al dolore.

quid ergo fletis? ut flendo dolor deferveat. deferveat dicitis? ridiculos homines, qui dolore cumulando sedare dolorem arbitrentur! multa hic desino prosequi, quia nec ita ignota ut monstrari nec ita obscura

L'obbiezione di Coluccio ha valore solo in quanto si tratti d'uomini non dediti alla sapienza.

ut aperiri declararique oporteat. quod autem obicis, spe rehabendi quod perdideris sublata, dolorem augeri; de his relinquitur verum esse qui nichil abhorrent nullo negocio tempus consumere; sed non de illis nos; hi enim desipiunt; at de sapiente seu non insipiente, cui vel minima momenta ociose labi deforme est. hactenus de ultima maxima.

In conclusione gli argomenti addotti da Cicerone conservano un valore incontrastabile.

Quod si harum maximarum singule non parvo sunt adiumento mitigandis doloribus, ut ostensum putamus, quo magis coacte, accumulate, congeste proficient! verum quid ego hec tecum? at existimem te illa sentire que scripseris et non potius que sentire te sapientissime dignum sit? aut, quod satius est, cur non interpretor recte quod scribis?

Ma vi è modo di accordar insieme l'opinione degli Stoici e di Tullio e quella di Coluccio, purchè si usi la dovuta discrezione;

sic enim, ut arbitror, fieri poterit, ut non invicem adversemur; sed te vera et me non falsa conscripsisse facile discernatur. hoc assequemur, si ad quas personas oratio tua ad quasve mea referatur, earum personarum adverterimus discretionem. quam habendam cum in premiis tum in penis multisque aliis et iura sanciunt et moribus in omni gente receptum est. sed si qua ulla in re accommoda est, tum maxime in sermone pernecessaria, ita ut Palladius ei priores dederit (3); an recte, nichil

13. *Cod.* dictis 14. *Cod.* cinulando *(sic)* - arbitrent 22. *Cod.* hoc *corr. in* quo 23. *Cod.* ac 30. *Cod. per* tum *dà di nuovo* cum *ed omette* in 31. *Cod.* iure ac comm.

(1) HOR. *Ep.* I, II, 42-43.
(2) Cf. il noto luogo di TERENT. *Com.* Phormio, act. I, sc. II, v. 77.
(3) Cf. PALLAD. *De re rust.* I, 1.

nostra; posteriores certe nemo tradit. de quibus ergo personis? tu, de sapientibus. de quibus ego eque ac tu. de sapientibus verum aliter atque aliter. ego enim, quemadmodum dictum est, de sapiente ad communem modum; tu de vero sapiente; ipso te, scilicet, cui nichil doloris
5 illa remedia, que maximas appellavi, detraxisse confirmas. nec mirum. habebas profecto alia potiora, quorum instar hec flocci pependisti. que illa? que iam diximus: in Deo nempe tue anchoram spei defixeras, eamque tenacissime, ut nulla ratione dubitares natos tuos aut eo iubente aut ne vetante consumptos. quo utor vocabulo c o n s u m p t o s ? imo
10 consumptibili relicto; factos inconsumptibiles atque ab ipso cunctorum opifice accersitos e tenebris, penis, laboribus ad lucem, ad gaudia, ad requiem e mortalique vita et ad tempus pretereunte ad immortalem et eternam. cum hec putares ac subinde statuisses adducere, veluti et adduxisti, tuum animum, uti non obvius esset ac parens decretis eternis,
15 periculum erat ut te ipsum non posses absque superioribus maximis consolari. eas vero si quis tamen subinculcare tibi laborasset, par hoc futurum erat atque si quis arentem siti aque fonti admotum aut fluvio ad torrentem abducat aut rivulos; quo nichil aut levius aut inanius. ast tu, cum ea litteratura, eis virtutibus, ea; quod salubrius multo est; fidei
20 constantia sis, ut hec maiora sufferas, minora illa tanquam te indigna repudies; non ob id statuendum tibi contemnenda illa et abicienda prorsus fore. quid enim illi facerent quos ante diximus, qui etsi nonnichil sapiant, imo, iudicio meo, sapientes sint, tardiores tamen sunt quam ut hec ardua de animarum immortalitate, de beatitudine longeque
25 minus de providentia divina capere possint? his utique, quia potiora non fuerunt, nichil fiet reliqui nisi ut desperent, si et illa leviora detraxeris. consulant igitur illi, te sinente, Stoicos, adeant Ciceronem, ut utantur illis maximis, quas secundum opem divinam in consolationibus valere ostensum existimo. tu, et utinam tecum ego!, fidei pugi-
30 les, Dei sanctos ac nominatim Patronam humani generis advocemus atque ipsum potius columen fidei Redemptorem nostrum. ei namque firmiter inherentes, nec nostrorum obitus nec adversa queque alia, utcunque duriora, concutient. vale.

Coluccio intende parlar de' veri sapienti; egli di coloro, che pur essendo tali, non raggiungono la perfezione.

A Coluccio i rimedi che la filosofia offriva riuscivano vani ed inutili; innalzandosi fino a Dio, a quel fonte attingeva largo conforto.

Ma se per lui siffatti argomenti riescono privi d'ogni efficacia, non si devon per questo dire spregevoli per tutti.

A coloro, cui mancano le ali per salire tant'alto come Coluccio ha fatto, daranno sempre nelle sventure qualche consolazione.

5. *Cod.* nimirum 6. *Cod.* pendisti 23. iudicio] *Cod.* iuo *(sic)* 24. *Cod.* animara *(sic)* 28. utantur] *Cod.* antire *(sic)* 31. *Cod.* columne ei] *Cod.* et 33. *Segue nel cod.:* Francisci sabarelli epistola explicit feliciter

XVIIII.

Frà Raffaello Bonciani allo stesso.

[Riccard. 872, c. 42 A; Ambros. S, 29, sup. c. 44 A; [Lamius], *Catalog. codd. mss. qui in bibl. Riccard. Flor. asserv.*, Liburni, MDCCLVI, p. 136 sgg., da R; Mittarelli-Costadoni, *Ann. Camald.* VI, 201 sgg., dal Lami; cf. *Epist.* lib. XIII, ep. 1; III, 569.] 5

Firenze, dicembre (?) 1401.

Epistola fratris Raphaelis ad ser Collucium cancellarium florentinum, quando exivit de monasterio Sancte Marie de Angelis pro edificando monasterium novum contra voluntatem sui prioris totiusque conventus.

Gli ritorna il libro avuto a prestito, sebbene non ancor avesse finito di studiarlo,

Reverende pater ac singularis vir. Bartholomeus, lator presentis, a 10 vobis missus, petiit me librum vestrum, quem ego vobis cum gratiarum actione remitto, nondum tamen adimpleto desiderio meo in lectione eiusdem. preterea allocutus est me ex parte vestra dicens quod ego procurarem bona agere et quod essem memor vestri in orationibus meis; simulque scire volebatis quomodo contentarer. et primo quidem 15 de pia admonitione vestra quantum possum regratior vobis; religiosam vero petitionem vestram, quia me fateor debitorem, semper adimplere studuerim. at super paterna ac tenerrima curiositate vestra, fateor, interiora mea commota sunt, quia ex intimis benivolentie vestre visceribus hanc prodire non dubito. sed eadem benivolentia patiatur incon- 20 cinnis rusticisque scriptis pie curiositati tam eloquentissimi viri satisfieri. nostis, mi pater, quod omnis homo, cuiuscunque professionis extiterit, tantum posse de suo profectu gaudere quantum effectus discipline sue professionis assequitur. et cum constet disciplinam monastice professionis obedientia, castimonia pauperieque subsistere, quanto magis per 25 Iesus gratiam huiusmodi professionis homo effectus talium subsistentium participatur, tanto magis interioris hominis gaudium non in se sed in Domino augetur. sed cum in illo venerabili monasterio de Angelis a iuventute mea, quantum Christi gratia concessit, obedientie castimonieque effectus expertus fuerim, tamen cum omnia ibi communia sint 30

e lo ringrazia in pari tempo d'avere con parola benevola chieste sue notizie.

S'affretta dunque a mandargliele.

Ognuno intende al proprio ufficio meglio che può ed ove riesca in ciò si rallegra.

Il monaco quindi trova somma compiacenza nell'osservanza rigorosa de' voti suoi.

Ma nel convento degli Angeli, dove egli fu nudrito, se ebbe modo di mantenersi obbediente e casto,

6-9. *Così R A L MC* 19. *L* benevolentie 20. *L* benevolentia 24. *L* assequatur

nec quisquam proprium aliquid dicere audeat, ut alia taceam, nunquam effectus paupertatis, in quibus Apostolus gloriabatur (1), videlicet in necessitate, in fame et siti, frigore et nuditate, illo in loco expertus sum. et quia, ut ait quidam,

mai non potè della povertà risentire i travagli.

5 Pauper non est, cui rerum suppetit usus (2),

me vero assecutum per gratiam Salvatoris pretensum membrum mee professionis aliasque observantias singulares cognoscens, in necessitatibus penuriaque rerum huius loci gaudendi contentandique materia michi adest. solum, ut verum vobis ad plenum aperiam, paulisper defraudant 10 huiusmodi materiam gaudendi quietisque animi duo, videlicet penuria librorum, in quibus solitus sum magna cum aviditate pabulum mentis exquirere; alterum vero; novit Iesus quod absque assentatione loquor; quia videbatur michi indignationem vestram incurrisse; quod ex eo maxime deprehendi, quia multotiens requisitus prior de Angelis ab amicis 15 nostris de quibusdam nobis necessariis ad divinum cultum, quibus locus ille abundat, volens ea nobis denegare, ne videatur legem caritatis infringere, auctoritatem vestre persone allegans, asserit vos ei consuluisse ne nobiscum in aliquo communicent. nec reprehendo, si ita est, tale consilium vestrum, quia non novi qua intentione id persuaseritis, cum 20 tamen michi contra dicta factaque sanctorum videatur expressum et maxime Salvatoris nostri; quem qui non sequitur, in tenebris ambulat (3); qui a iudaica nequicia in multis offensus semper idem sua beneficia cumulavit. hoc, mi pater, signum michi vestre indignationis fuit. sed si indignationem vestram, ut opinatus sum, mea persona promeruit, ob-25 secro ne fratres mei hic in magna paupertate, simplicitate unitateque degentes tale aliquod patiantur. quid enim reprehensibile in loci mutatione perpetrarint non video, cum sua conscientia asserant non levitate animi vel ambitione vel largioris victus causa id egisse, sed sola unitate ac in servitio Christi maiori pace perseverandi; quod experientia

Nel nuovo asilo invece egli soffre gli effetti dell' indigenza e ne va lieto.

Ma la sua giocondità era scemata da due crucci: la mancanza di libri,

il timore d'aver incorso lo sdegno di Coluccio, secondochè le asserzioni del priore degli Angeli lo forzavano a credere;

cosa che, quando fosse stata vera, avrebbe mostrato nel Salutati minor carità cristiana.

Ma se questo sdegno è meritato, non debbono soffrire le conseguenze delle colpe da lui commesse, i suoi innocenti compagni,

1. *RAL omettono* aliquid 10. *R* gaude *L* gaudii 22. *R* ab; *ma il* b *fu espunto. L però* ab

(1) Cf. s. PAUL. II *Cor.* II, 27.

(2) È questo un rifacimento del verso ben noto del *Graecismus*: « Pauper, cui possessorum non suppetit « usus »; cf. EBERHARDI BETHUNIENSIS *Graecismus*, ed. Wrobel, Uratislaviae, MDCCCLXXXVII, cap. XII, v. 158, p. 137.

(3) Cf. *Psalm.* LXXXI, 5; *Eccli.* II, 14.

che a mutar di sede furono spinti dalla brama di condurre più rigida vita,

claret. nonne hic sunt qui si voluissent ad ecclesiasticas dignitates ascendere et ex pecunia et amicicia parentum suorum absque difficultate potuissent? sed magis elegerunt pauperem vitam sub iugo obedientie ducere pro amore Christi quam divicias ambitionemque prelationis. sed quid in hac familia? nonne, ut minus sapiens loquar, districtiorem reclusionem observat, quia in maiori solitudine consistit, utpote que raro ab adventantibus visitatur; quod reclusis magna relevatio esse solet? ceterum, preter pomerium, quid in hoc loco curiositatis pascit oculos? cum ibi, absque detractione dictum sit, sumptuosa edificia, picture parietum, libri cum litteris initialibus auro diversisque coloribus adornatis; que omnia maximam iocunditatem spectantibus prebent faciuntque reclusionem minus molestam. quid de ieiunio atque psalmodia regulari detractum est? utinam substineatis modicum quid insipientie mee! imo, ne transgressores inveniantur apud internum iudicem, hec apud se auxerunt. rogo, mi pater; cum vetus lex maledicto addicat sterilem que non parit[1], magnum est si centenaria illa mater hoc tempore filiam genuit, cum in nostro pene lapso Camaldulensium ordine a centum annis citra quamplurima monasteria destructa nec fere tria surrexerint?[2] nonne hic canonice habitant, videlicet cum licentia prioris ordinis? si quid vero reprehensibile in fratribus meis videtur, illud forte solum est quod hoc cum maiori pace agere debuissent; sed novit scrutator cordium quod quantum in eis fuit semper procurarunt cum omni pace id actitare. sed indignatio quorundam hoc sufferre non potuit; et de hoc certissimum argumentum est frater Iohannes, famosissimus predicator, cui non credere est abnegare pietatem[3]. voluit ille ut hec filia sue matri subiecta esset, ut omnis indignatio fieret de medio sublata. consensimus. tractavit cum matre; invenit eam non consentientem; quo respectu, nescio; sed videritis ex hoc fratres meos non odisse pacem.

chiudendosi in solitudine maggiore, senza distrazioni esteriori ed in stato più dimesso.

Quale male adunque essi commisero, tentando di far spuntare un nuovo virgulto dal vecchio anzi isterilito tronco camaldolese?

Forse furon precipitosi troppo nel prendere siffatto partito; ma di ciò non mancan loro scuse valevoli,

come frà Giovanni Dominici può attestare, che cercò, inutilmente, col loro consenso, di riamicarli coi confratelli abbandonati.

Sufficiant hec pro excusatione fratrum meorum, ut, si quid purgandum in eis apud vos fuerit, his fiat; vel potius Altissimus faciat, qui vos sua

Basti questo per giustificare i suoi frati.

15. *L* qua 17. *L* Camaldulensis 19. *L* qui 21. *L* qui 23. *L* sufficere 26. *RAL omettono* sublata 28. *L* videretis

(1) Cf. *Exod.* XXIII, 26; *Deut.* VII, 14.

(2) Per la profonda decadenza in cui sugli inizi del sec. XV era venuto l'ordine Camaldolese, ved. una bella pagina di H. COCHIN, *Le bienh. frà Giov. Angelico de Fiesole*, Paris, 1906, p. 174.

(3) Si allude a frà Giovanni Dominici, per cui ved. le note all'ep. XXIV del lib. XIV, in questo volume, p. 205.

gratia conservare dignetur. si habetis librum sancti Augustini De verbis Domini, rogo, mittite; et hoc erit argumentum vestre benivolentie erga nos.

Lo prega a mandargli il libro di sant'Agostino *De verbis Domini*, in segno di perdono e di pace.

XX (1).

5 PIETRO PAOLO VERGERIO ALLO STESSO.

[Cod. Marc. cl. XIV, 7, c. 31 B (Ma); cod. del museo di Padova B P, 1203, I, c. 197, ep. CXLI (Pa); MURATORI, *Rer. It. Script.* XVI, 231 (Mu); [C. A. COMBI,] *Epist. di P. P. Vergerio*, n. XXIX, pp. 40-44 (Co); cf. *Epist.* lib. XIIII, ep. XI; IV, 78.]

Padova, primavera 1405.

Qualunque sia il giudizio che Coluccio reca sopra di lui, vuoi benevolo vuoi severo, egli è pronto ad accoglierlo con la reverenza dovuta all'uomo che tutti supera in dottrina, ove si tratti di letterari argomenti, i contemporanei suoi.

Perciò avrebbe forse insuperbito di troppo vedendo l'opera propria fatta oggetto di tante lodi, se i biasimi susseguenti non avessero giovato a renderlo più modesto.

Ego in utramque partem testimonium tuum magnifacio, celeberrime 10 vir, sive tu mihi laudes tribuis sive quid de me reprehendis, cui et etas et virtus et officium magnam prestant auctoritatem. neque enim scio, ut omittam cetera, quis hominum vivat uspiam qui de his rebus, presertim quas tua epistola complexa est, aut certior sciat iudicare aut gravior iudicium suum adferre. tum vero eam esse in me tuam bene- 15 volentiam certo teneo, ut neque damnare benemeritum velis neque immerentem laudibus vanis inflare. itaque vereor, ne forsitan laudes, quas initio epistole libello a me nuper edito tribuis, arrogantius fuerim existimaturus, nisi subdita protinus castigatio insolenter de se gloriantem refrenasset. ex quo evenit ut intelligerem nec facile posse quempiam, 20 ut queque res parva est, in singulis bene dicere; et licere his qui errata castigaturi sunt, apud eorum auctores, magnificentius quam exigat me-

2-3. *L* benevolentie 8-9. *Ma* Responsio ad Epistolam Colutii pro defensione libri sui *Pa* Collucii Epistolę respondet *Mu* P. P. V. Iustinop. epistola VI sive Responsio ad Epistolam Colutii pro defensione libri sui De ingenuis moribus *Co* Collucio Pierio de Salutatis 9. *Pa Mu* magnifico 10. *Pa reca* sive - tribuis *ripetuto due volte.* *Co* tribuas *Pa* sive quod me repr. *Mu* quod de me *Co* quidem me 11. *Mu* victus *Pa Mu* prestat 12. quis] *Mu* qui 13. *Ma Pa* scit *Ma* indic. 14. *Pa Mu* efficere *Ma om.* tuam 15. *Ma Pa* certe 15-16. *Pa* in moerent. *Co* in merent. 17. *Ma* in initio 17-18. *Ma* fueris estim. 18. *Mu* subita gloriantem] *Mu* gratantem *Pa* gratiam... *(sic) ed omette (r. 19)* refrenasset 20. parva] *Pa* pauca 21. *Pa* magnificantes

(1) Oltrechè nei codd. più sopra rammentati (ved. pag. 78 del presente vol.), quest'epistola si rinviene in altri parecchi de' quali non ci parve necessario raccogliere le varianti. Ricordiamo tra essi il cod. n. 5 della Comunale di Treviso, già da noi utilizzato per la stampa della proposta Colucciana, ed i mss. Canonic. *Misc.* 166 (cf. p. 82 di questo volume) e *Misc.* 317 della Bodlejana d'Oxford, c. 83, n. 10; COXE, *Cat. codd. mss. bibl. Bodlej.* pars III, coll. 538 e 677.

Ad ogni modo gran speranza gli è nata di miglior avvenire, dacchè così pochi errori Coluccio ha rilevato nel primo suo lavoro. Volesse il cielo che nella vita gli succedesse altrettanto!

ritum, bene dicta efferre, non fallendi hominis gratia, sed quo equius ab his correctio suscipiatur. hec cum ita sint, magna tamen est mihi spes in posterum nata, quando duo tantum de libello, qui primus est a me editus, emendanda iudicasti. tam pauca utinam sint que de vita corrigi debeant! nam de orthographia quidem dicam postremo quod sentio.

Ma per venir al primo appunto, fa notare come egli ben sapesse già che il detto di Temistocle in guisa diversa da Cicerone e da Platone è riferito, come può farne fede Carlo Zeno.

Quod autem in primis vitio mihi tribuis, scito non per imprudentiam, sed certo iudicio esse a me positum. noveram enim extare aliter dictum Themistoclis apud Platonem quam penes Ciceronem legeretur (1). cuius rei possum testem fide dignum adferre, illustrem virum Carolum Zeno de Venetiis (2), apud quem, iam prope biennio elapso, hanc dissonantiam aperui, cum ille P o l i t i a m Platonis in latinum translatam haberet (3); ego vero id etiam antea in greco deprehendissem. prudens igitur volensque secutus sum quod apud Ciceronem communiter habetur, Themistoclem Atheniensem Seriphio homini, qui in iurgio ei obiecerat quod non virtute sua sed splendore patrie clarus esset, in hanc sententiam respondisse: neque tu, si Atheniensis esses, nobilis extitisses, neque ego, si Seriphius essem, ignobilis. apta sane, sive viro sive obiecte rei responsio. nam si, quod tu vis (4), Themistocles ita respondisset: non, hercle, si ego Seriphius, nobilis, nec tu, si Atheniensis esses, clarus unquam fuisses; non iam ille quod obiiciebatur negasset, quandoquidem

Egli tuttavia preferì attenersi al racconto ciceroniano,

perchè gli è sembrato più logico di quello di Platone,

1. equius] *Pa Mu* aptius 3. *Co* nota quando] *Pa Mu* quoniam *Ma omette* est 5. *Pa Co* debeantur quod] *Ma Co* quid 7. vitio] *Pa Mu* initio 7-8. *Pa* impudent. 8. *Pa* aliud 9. *Ma* Themistodis *e così sempre.* quam] *Pa* quod 10. virum] *Ma* civem 11. *Pa omette* prope 13. in] *Pa* de 14. *Ma Pa* communis *Pa* habet 18. *Ma pone* de *innanzi ad* obiecte rei 19. non] *Ma Pa Mu* nec 20. *Pa Mu* ignobilis 21. *Pa Mu* obiiciebat *Ma* negasses quandoquid.] *Pa* quam *Mu* quoniam

(1) Cf. lib. XIV, ep. XI, p. 83 di questo volume.

(2) È questi il celebre generale ed ammiraglio veneziano, che fu de' primi tra i nobili suoi concittadini (se non proprio il primo, come affermò esagerando il VOIGT, *Die Wiederbeleb.* II, 416) a proteggere gli studi e gli studiosi. Al pari del Vergerio, il Crisolora ed il Guarino trovarono in sua casa benevole accoglienze; possedette singolare erudizione ed in tardissima età volle imparar il greco. La sua morte, avvenuta nel 1418, fu pianta dal Giustiniani; Iacopo Zeno, suo nipote, ne scrisse la *Vita*, edita in MURATORI, *Rer. It. Script.* XIX, 199 sgg.

(3) Si tratta certo della versione eseguita dal Decembrio sotto la direzione di E. Crisolora, per cui ved. le note all'ep. di Coluccio cit. p. 81.

(4) Cf. ep. di Coluccio cit. p. 83.

desperasset se, si Seriphius esset, clarum unquam fuisse futurum; quod neque virtuti Themistoclis neque fiducie convenit. obsecro enim: Themistocli, tante virtutis viro, fas non erat, si Seriphi natus esset, clarum fieri, cum videamus meliori virtute homines ex agro atque in- 5 fimo loco natos, illustres evadere? non fuisse Seriphium abiectissimum Grecie locum, argumento est quod civem habuerit, qui ausus sit cum Themistocle verbis contendere aut quem ille dignatus sit ut ei in iurgio per contentionem responderet. nec vero dicebat; quod tu illum fecisse asseveras [1]; ut totam suam nobilitatem omnemque splendorem a 10 patria recognosceret, in qua sciebat tot millia hominum esse qui obscuri atque ignobiles viverent. at moderatio forsitan ita illi loqui suadebat. ego vero non sum qui credam eum fuisse veritum digne se laudare; in contentionem presertim, per quam vel modestissimi solent excitari; qui ausus sit dicere nullam sibi vocem meliorem videri posse, quam eius 15 qui suas laudes optime dicturus esset [2]. et tamen superiori dicto moderationem adhibuit. diminutione enim usus est, qui se dixit non futurum fuisse ignobilem, si Seriphius esset. non enim futurum se nobilem aut clarum iactavit. quod vero super omnia me movet, auctoritas est Ciceronis. nam si ratione quis dispiciat in hunc modum, nec 20 preterea alium, Themistoclis responsio Catonis dicto de senectute convenire potest, ita inter se dilucide collatis utriusque sententiis, ut, quemadmodum ille, quisquis is fuit, si Atheniensis esset, nobilis non fuisset; nec Themistocles, si Seriphius, fuisset ignobilis, ita neque senectus, si cum paupertate veniat, sapienti gravis sit, nec, si cum divitiis, esse 25 possit insipienti non gravis. nosti enim cuius generis sit is verborum ornatus, in quo similitudinem afferre voluit, que minime constaret, si secundum te verba ponerentur. atque ut ne unquam ita ponere eum

secondo il quale Temistocle sarebbesi contenuto in guisa che non s'addice nè al suo valore nè all'alta stima ch'ei faceva di sè stesso.

Pur lasciando da parte altre riflessioni,

l'argomento più valido per sostener la propria tesi par a lui risulti dal luogo stesso di Cicerone.

Ove l'aneddoto ivi riferito si dovesse intendere come Coluccio vuole, ne andrebbe distrutto il paragone che Tullio intese istituire.

1. *Ma Pa* nunquam . *Ma* futurum fuisset 3. *Ma om.* si esset] *Pa Mu Co* erat 4. *Ma* mediocri 5. non] *Ma Pa* nam *Co* fecisse *Ma* Seraphiũ 6. *Ma Mu* haberet qui] *Pa* quam 7. *Ma* verbo cont. autem 8. *Ma* pro contentione *Pa* respondere 9. *Ma* assueveras 10. patria] *Ma* natura *Pa* obscure 11. *Pa* forsitam 12. *Pa Mu omettono* eum 13. *Pa Mu* contentione *Pa* presenti-modestissime 13-14. qui] *Pa* quam *e omette* vocem 14. *Ma om.* sibi, *dà* ameniorem *e poi* esse *per* vid. posse *Pa dà* memoriam *per* meliorem 16-18. *Co segna qui in Pa una lacuna che non v'esiste da* futurum *a* clarum 17. *Ma Pa omettono* se 19. *Ma Pa* desp. 20. *Pa* preter ea alia *Mu* alias 21. inter] *Ma Pa* ad 22. *Ma dinanzi ad* ille *pone un* nec *Pa omette* non 24. *Ma omette* sit 25. *Ma Pa Co dànno* hic *per* is 27. *Pa omette* secundum - ponerentur

(1) Cf. ep. di Coluccio cit. p. 84. (2) Cf. Val. Max. VIII, xiv, ext. 1.

Perciò è degno di rimprovero Coluccio che consiglia altrui a correggere per non dire a corrompere il passo Ciceroniano.

Se si dovesse modificare un testo, egli inclinerebbe piuttosto ad emendar il luogo di Platone.

In tutti i casi è preferibile per arguzia il detto quale si legge presso lo scrittor latino.

Egli sta quindi per Cicerone e non intende correggere il proprio libro nel senso indicatogli dall'amico.

Questi invece ha ragione di rimproverargli l'uso d'una parola impropria applicata a Scipione Africano.

voluisse dubitari possit aut alio loco per se positum a quoquam mutari, dicti proprii similitudinem adiecit, cum ad aliud nihil Themistoclis responsum pertineret. in quo tamen parum tutus apud te fuit qui illud de Cicerone tuo correxeris [1], ne verius dicam, corruperis, et ceteris auctor esse studes, ut itidem faciant. multo magis in hoc ipso, nisi credimus Grecorum libros a suis scriptoribus multis iam seculis corrumpi non potuisse, ad Ciceronis exemplar corrigendos illos censerem, de cuius mente ne dubitari quidem potest, quique etiam grecarum litterarum doctissimus fuit. quod si prorsus contendas, nihil apud te de scripture fide dubitari, Platoni magis in ea re standum censens, qui et Atheniensis fuerit et vicinior temporum illorum, ut tamen illud verius, hoc certe venustius est quod apud Ciceronem legitur, qui etiam fortasse speraverit ob venustatem eius dicti Grecorum auctoritati suam in hac parte prevalere posse. et Platoni quidem tribuo quantum Cicero ipse, qui eum longe semper omnibus antetulit. in hoc tamen; si error est, da veniam, Plato; errare cum Cicerone malim. itaque certum est minime tibi concedere, Coluci mi, ut eum locum de libello corrigam.

Alter est locus quo Africanum dixi quod n o n d u m p u b e s patrem, gravi vulnere affectum, ab hostibus ne caperetur tutatus sit. tu enim idoneis testibus puberem fuisse confirmas [2]. ego me opinor nihil eo temere affirmare voluisse, presertim cum et periculosum esset, inconsultis auctoribus historiarum, id asserere et certificari de hoc facile factu fuerit aut, quod et facilius erat, pretermittere. itaque magis opinor a me positum v i x d u m p u b e s, aut certe ita ponere voluisse. nam inquisitionem adhibitam memini; sed manum, ut sepe evenit, ab intentione deviasse [3].

1. *Co* noluisse *Pa* dubitare *Ma* posset *Pa* quoque 2. *Pa* alium 3. tamen] *Ma* tum *Pa omette* tutus, *dà* se *per* te *e* quam *per* qui *Mu* fui 4. *Ma* correxerius ut v. *Pa per* verius *dà* nimis *e in vece di* corruperis *dà* eorum ... *(sic)* *Ma* exteris 5. *Pa* faciat 6. multis] *Ma* tot 6-7. *Ma* corupi 8. ne] *Ma Pa* non quique] *Pa* quamquam 9. *Ma Pa* fuerit apud te] *Ma* apud eos *Pa* aliud 10. *Pa* dubitare *Co* Platonis *Ma Pa* censeo 11. et] *Ma* ut *Pa* vicinus temporibus *Co* speverius *(sic)* 12. *Ma* vetustius etiam] *Pa* et *Ma om.* fortasse 13. *Pa* venustum *Ma* auctoritatem *Co* auctoritate 16. *Mu Co* det 17. *Pa Mu omettono* mi 18-19. *Pa* fratrem 19. *Ma* est 20. opinor] *Pa* aperte 21. *Ma* nil *ed omette* eo 22. *Ma* historia *(sic)* *Pa* afferre 24. *Pa* *dà* -dudum *per* -dum 25. *Ma* nemini - sape

(1) Cf. ep. di Coluccio cit. p. 84.

(2) Cf. ibid. p. 85.

(3) Cf. ibid. p. 84. Come ivi s'è detto, i codd. del *De ing. moribus* recano tutti la lez. « vixdum pubes », confermando così l'attestazione del Vergerio.

Restat postremo de orthographia respondere, secundum quam corrigere me libellum iubes, qui etsi ab alio scriptus est, multa tamen in eo manu mea notata deprehendi possunt [1]. ego vero ad hoc possem, nisi superbius fortasse videretur, itidem dicere quod magnus
5 quidam vir, dum ad clerum oraret, dicere sibi voluit. nam cum a quibusdam, qui verba sola venabantur, mentem vero consequi non poterant, irrideretur; distractus enim profunditate materie, non satis in plerisque congrui sermonis rationem servabat; ad eos inter sermocinandum conversus: aquila, inquit, non capit muscas. sed esto, sint, que
10 tu notas, musce forsitan; ego profecto non sum aquila. itaque non arroganter, ut ille, aspernor, sed magis bona venia peto, ut mihi per te liceat tempus, quo illa de hoc aut aliis libris eraderem, melioribus occupationibus dare. non modo enim ut syllabas emendem sed ne orationes quidem prave scriptas ut corrigam intendere, vel si vellem,
15 possim, dum tamen secundum eam seriem, que subest rationi, intelligi sensus valeat. de his autem, que per me scribo, minore fortassis sim venia dignus. sed neque tamen adduci unquam potui, ut essem in ea re curiosus. placet scire et percontantibus respondere posse, quo pacto singulares dictiones, aut nostre aut quibus pro nostris utimur, conscribi
20 debeant et in quibus rationi et in quibus interea usui stare conveniat; nam ea plerumque ex adverso repugnant; facere vero non sum tam diligens. mihi enim satis est et aliena dicta ratione intelligere posse et meos sensus non absurde dictare. officium vero aut pulchre scribendi aut recte facile aliis linquo. nam quid in eo genere laudis
25 contendam, que sit cum cartis peritura? nemo enim nunc aut Ciceronem aut Virgilium aut ullum prorsus antiquorum de orthographia vel laudat vel reprehendit. iudicium enim illud cum primis tabulis

In quanto alle esortazioni che gli fa di badare all'ortografia, egli si dichiara restío ad accettarle.

Già sono inezie per avviso di molti,

ma, anche quando si giudichi diversamente, egli non può occuparsene nè per conto degli altri nè per proprio conto.

Ben gli piace di conoscere la teoria;

ma della pratica poco si cura,

e lascia ad altri il tenue vanto di scriver bene o correttamente;

pregio che poco dura

e dilegua in un coll'esemplare uscito di mano all'autore.

1. *Pa omette* secundum *Mu* quod 2. *Pa* scriptu 5. *Ma* noluit 6. *Ma* venerabantur mente 7. in] *Mu* ex 8-9. *Pa* sermonizandum 9-10. *Mu omette* tu *ed aggiunge* in meis *dopo* que 12. *Mu* quod illa de cura aut aliis crebris *Pa dà* tribuis *in luogo di* libris *Ma* evaderem 13. sed] *Mu* se 14. orationes] *Pa* omnes *Ma* corrigere intendam - vellim 15. *Pa Mu Co* possum *Pa omette* secundum *Ma* sub est *Ma Pa Co* ratione *Ma* intelligit 17. tamen] *Pa* tum *Mu* tantum *Co* tam 18. *Pa omette* percontant. *e dà* facto 19. *Ma Mu* singulae *Pa Mu in luogo di* nostris *dànno* litteris 20. *Pa* debeat - ratione *Ma om.* et *dopo* rat. *e dà* inter *Pa Mu per* interea *dànno* item 21. *Pa dà* et *per* ea *e poi* repugnat 22. *Ma Pa omettono* tam 24. recte] *Pa* ratione 26. *Ma Mu omettono* aut ullum

(1) Cf. ep. di Coluccio cit. p. 85.

mentre la lode dell'invenzione acuta e della esposizione ornata permane eterna.
Perciò gli consenta Coluccio di continuare a fare quanto ha fatto sin qui.

sepultum est. verum acute inveniendi et ornate explicandi laus eorum perpetua manet.

Itaque, da mihi, obsecro, muneris huius vacationem, nec me iube frumentum hoc, ut tu appellas (1), tam exquisite mundare. neque enim usque adeo candidum ex similagine panem conficere studeo, ut nihil in eo furfuris relictum velim. 5

Così chiude la sua modesta difesa.

Habes de his rebus responsionem meam, qua, etsi non contentiose forsitan aut cupide iurganti, modeste tamen et ad veritatem castiganti satisfactum arbitror. si quid est preterea quod emendandum putes, nihil est ut detinearis id ad me scribere. ego enim te malo ut errores meos arguas, quam quivis alius, vel, si quid a me bene dictum sit, laudibus commendes. 10

Spera che Coluccio non vorrà omettere di segnalargli altri errori, che per caso avesse scoperti nel suo volume,

e lo supplica a scusare la libertà con cui ha risposto; ma tra amici sinceri ben si conviene un franco parlare.

Vale; et hanc meam loquendi libertatem ne moleste feras. aperta enim inter amicos castigatio liberam responsionem exigit. postremo esse me tibi in memoria et certissimum habeo et gratissimum. quod munuscula mea admiseris, magni mihi muneris loco est (2). iterum vale. 15

Tuus P. P. Vergerius.

XXI.

Innocenzo papa VII allo stesso (3).

[Cod. Marc. cl. XI, 59, c. 95 b (M1); cod. Marc. cl. XIV, 210, c. 171 (M2); cod. del museo di Padova B P, 1203, c. 168, ep. cxxi (Pa); Combi, *Epist. di P. P. Vergerio*, n. xciv, pp. 137-140; cf. *Epist.* lib. XIIII, epp. ix, xv; IV, 42, 105 sgg.] 20

Summi pontificis ad ...... epistola a P. P. Vergerio dictata.

Roma, autunno 1405.
Scrivendogli, come ha fatto, Coluccio offrì al pontefice un' ottima

Peropportuna oblata est, fili karissime, ex tuis litteris nobis occasio loquendi de re quam, cum semper ante oculos nostre mentis ha- 25

4. *Ma* frementum - mandare 5. *Ma Co* siligine *Mu* similagine*; una nota marginale in Pa avverte che l'esemplare dava* sillagine 8. *Ma* iurgavi*; Pa* erogasti *Ma Pa Mu omettono* et 9. *Pa Mu omettono* castiganti 10. *Ma Pa* deterrearis 11. *Pa Mu* quis *e omettono* a me 12. *Ma Pa Mu* est *Ma Mu* commendet 13. *Ma Pa Mu Co* apta 14. inter] *Ma* in 15. *Pa Mu* memoriam *Pa* habeas quod] *Ma* quique 17. *La sottoscrizione manca in Ma Pa Mu Co* 23. *Così M2; M1 Pa dànno la lettera anepigrafa. Co* Nomine summi pontificis imperatori 24. *Pa Co* filii

(1) Cf. ep. di Coluccio cit. p. 86; ma il S. usa la parola « fermentum », desunta da un noto testo di san Paolo, I *Cor.* V, 7: ed è o per distrazione o per burla, che il Vergerio ha scambiato « fermentum » con « frumentum ».

(2) Cf. ep. di Coluccio cit. p. 86.

(3) Quel Roberto Pappafava, che nel settembre del 1651 trascrisse in

beamus, nunquam tamen vel cogitare de ea sufficienter pro nostro desiderio possumus vel pro rei dignitate loqui satis. quid est enim maius aut melius quod cogitare in presens debeamus, aut qua de re digniori loqui possumus quam quomodo pestiferum hoc scisma, quod 5 tam diu Ecclesiam Dei dissectam tenet, tollatur tandem e medio, et christiana membra, quorum unum est caput Christus, in unius corporis speciem decoremque redigantur? huc si omnes christiani, quotque ubique sunt terrarum, sua studia divertant, sensus, sermones, cogitatus et vires omnes in fidem conferant, vix tamen quicquid aut pro se aut 10 pro re ipsa dignum fecisse satis videri poterunt. quanto nos igitur magis equum est, qui pro debito muneris nobis iniuncti advigilare pre ceteris debemus, magis decet et tenacius hoc apud nos complecti et studiosius cum aliis pertractare? quod profecto et sedulo et libenter facimus. nihil itaque vereri debuisti, ne de hoc aliquando scribens 15 nos offenderes (1), cum potius omnes homines, si fieri possit, et scribere et loqui et in commune sua queque iudicia ferentes, audire cupiamus. cuius rei gratia ex toto orbe prelatos principesque terrarum in hoc tempus advocavimus; nisi forsitan quod mala dispositio regionis et Italie status inquietus eos a veniendo deterreat; conventurosque, si qua

occasione di parlare di quanto è presente senza posa al suo pensiero:

la ricerca della via da seguire cioè per spegnere lo scisma.

Se tutti i cristiani a tal fine intendessero, non potrebbero proporsi impresa più degna.

Quant'è giusto dunque che egli, il papa, se ne preoccupi prima di tutti!

E di fatti vi attende incessantemente e quindi ringrazia lui di aver preso su di ciò la parola.

Da tempo ha convocato quanti son principi e prelati;

1. *M¹ M²* excogitare 2. *M¹* quid en. est *Pa* quod est etiam 4. quomodo] *M¹ M²* quum *Co* quod 5. *M¹ M²* disertam 6. unum] *M¹ M²* unus 7. speciem] *M¹ M²* spiritum *che ripetono* omnes *e dànno* quotquot 8. *M¹ M²* utique sua] *Pa* seu *M²* dirigant 9. *Per* conferant *secondo Co si leggerebbe in M¹* dirsetant *(?)* *M²* quicquam; *ma una postilla marginale avverte che l'originale leggeva* quicquid 11-12. pre ceteris] *M¹ M²* preteritis 16. *M¹* communia *M²* communi *M¹ M²* cupimus 19. *M¹ M²* detereant

Padova da M¹, concessogli graziosamente in prestito da Gerolamo Vergerio, le epistole di Pietro Paolo, quali ivi occorrevano; giunto a questa lettera appose nella sua copia la seguente postilla: « Epistola haec in co« dice legitur sub finem inferioris im« perfectae orationis estque sine titulo « et nomine scribentis vel eius ad « quem scripta est, forte ad impera« torem Sigismundum missa ». L'ipotesi del trascrittore secentista è assurda a tal segno, che basta scorrere l'epistola per avvedersene; ma il Combi, avvezzo, sembra, a non guardare le cose troppo per il sottile, la fece propria e l'epistola nell'edizione sua venne fuori come diretta da Innocenzo VII a Sigismondo « impera« tore »! Come altrove si è detto (cf. p. 109 di questo volume), essa è invece la risposta che, dopo lunghe tergiversazioni, papa Migliorati s'era deciso, nell'autunno del 1405, a dare alle esortazioni rivoltegli dal S. coll'ep. VIIII del lib. XIV (p. 42 di questo volume), non appena egli era salito al seggio pontificio.

(1) Cf. l'ep. XV del lib. XIV, p. 109 di questo volume.

che se costoro non daranno prova di occuparsi della cosa con l'ardore necessario, non per questo il suo zelo scemerà.
Grazie dunque a lui che, sebbene non richiesto, volle far noto il proprio pensiero e consigliargli la rinunzia alla dignità papale, ove il suo avversario altrettanto si decidesse a fare.

erit in hominibus pietas religionis, consiliaque laturos pro re tanta speramus (1). qui si tamen meticulosiores erunt aut negligentiores in prestandis consiliis ad decernendum aut favoribus ad exequendum, nos certe propositum nostrum constanter tenebimus, studiumque pro hac causa susceptum nequaquam deseremus. diligentiam vero tuam magnopere probamus; quod vel irrequisitus consulere de hac re et nobis initio perrexisti; ac non modo consulere, verum etiam suadere et dignam esse rem pro qua non modo quovis imperio, verum papatu, sed etiam vita carere quis velle debeat, hortari. quod quia audieras alium, qui summum sibi pontificatum ex adverso vendicat, sponte cedere velle papatu, nos quoque, ad tollendum hoc scisma miserum, itidem fecerimus (2).

Ma su questo punto ei non giudica conveniente iniziar per ora alcun dibattito.
L'argomento gravissimo, è di vitale interesse per tutta la Chiesa: giusto è quindi ch'ella sola sia chiamata a pronunziarsi. Però non può tacere che Coluccio

Qua quidem de re nihil in presens parati sumus tecum disputare aut ipsi per nos decernere, in constitutum tempus integra omnia servantes. cum enim causa hec Ecclesie universe communis sit, communi debet consilio decidi; ideoque tametsi possimus, fortasse tamen non debemus singulariter privatoque consilio quicquam in ea statuere. illud vero negligere non possumus, quod, cum compertum habeas, cedere illum quod audieras velle idque nobis ab eius oratoribus delatum, ex huiusmodi fundamento magna vi verborum inveheris, ut

1. *M¹ segna lacuna dopo* tanta 2. *Pa* quod *M¹* sis 3. *Co ha mutato senza ragione* favorib. *in* flacciores 6. *Pa omette* et 6-7. *M¹ M² dànno* protinus *dopo* novis; *quindi M¹* inicio *che M² Co trasformano in* innui 7. *Pa aggiunge* etiam *dopo* dignam 8. *Pa* per quam 10. sibi - vendicat] *M¹ M²* pontificem vendicet *M¹ aggiunge poi* ex adv. *innanzi a* pontif. 14. enim] *Pa* tamen 15. *Pa Co* ideo *M¹ M² Co* possumus 16. *M²* singulari *M¹ M² Co* quicquid 17. quod cum] *Pa* quam qui, *poi* habens 18-19. *M¹ M²* oblatum

(1) L'annunzio della convocazione di questa specie di concilio era stato dato ai Fiorentini dal pontefice stesso con sua lettera in data 1° febbraio 1405: « Regibus, prelatis ac principibus ve« streque et aliorum Christi fidelium « devotioni... tam per litteras quam « nuncios nostros intimare providimus, « exortando, requirentes ut usque ad « festum omnium Sanctorum proxime « secuturum ad presentiam nostram « venirent vel mitterent, ad consu« lendum de ac super viis, modis et « formis honestis, congruentibus atque « iustis circa remotionem huiusmodi « scismatis per nos tenendis ». Dal cod. Lat. 1470 della Naz. di Parigi, c. 71 A, citato in N. Valois, *La France et le grand schisme d'Occident*, Paris, 1901, III, 383 sg.

Poichè il papa parla qui della riunione di cotest'assemblea come di fatto imminente, noi possiamo ritenere con sicurezza che la presente sia stata dettata nell'autunno del 1405.

(2) Cf. sulle proposte degli ambasciatori di Benedetto XIII, incaricati di negoziare prima con Bonifacio IX e poscia col suo successore, quanto scrive il Valois, op. cit. p. 382 sg.

In Dei nomine, amen. Existentibus pro magnifico populo et communi Florentie magnificis et potentibus viris: Tommasio Iacobi dell Accerrito lanifice, Augustino Lutocçii, pro quarterio Sancti Spiritus; Iohanne Iacobi de Giugnis, Tommasio Bondi del Chaccia lanaiuolo, pro quarterio Sancte Crucis; Bardo Guiglelmi de Altovitis, ser Iacobo Ambroxii Meringhi, pro quarterio Sancte Marie Novelle; Ristoro Cionis magistro, Çanobio Corsini cofanario, pro quarterio Sancti Iohannis, prioribus artium, et Galeatto Tommasi Baronci pro quarterio Sancti Iohannis vexillifero iusticie populi et communis Florentie pro tempore et termino duorum mensium feliciter initiatorum die primo mensis maii, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo octuagesimo octavo, inditione undecima, et finiendorum ut sequitur.

Hic est liber sive quaternus in se continens extractiones propositorum, protestationes officialibus factas, licentias, securitates et stantiamenta, electiones officialium et alias plures et diversas scripturas et acta facta et edita tempore officii dictorum dominorum priorum et vexilliferi partim per me Iohannem olim ser Andree, civem et notarium Florentinum, et tunc pro dicto populo et communi notarium et

(1) Pergamena originale, che mis. mm 372 × 277. Sul tergo, di carattere del sec. XIV, si legge: « Electio « ser Coluccii ». Altre mani posteriori aggiunsero le indicazioni: « 1388. « Riformagioni »; « 15 giugno 1388 ».

La copia di questo documento, quale si rinviene sotto il titolo: Elezione di C. S. in cancelliere della repubblica fiorentina nel succitato ms. Marucelliano, è tratta, ma con poca diligenza, dall'originale stesso di cui ci siamo serviti. Ciò prova la nota che segue nel ms. al titolo: « Co« pia estratta da una cartapecora ori« ginale comunicatami dal sig. Giov. « Batt. Dei antiquario di S. Maestà « Imperiale » &c.

Una terza copia, ma assai incompleta, del medesimo documento, è annessa ad un esemplare delle *L. C. S. Epistolae*, ed. Mehus, che sta tra le mie mani. Essa è dovuta al Baldovinetti.

scribam officii dictorum dominorum priorum et vexilliferi pro tempore et termino supradicto, et partim per providos viros ser Laurentium Francisci Andree et ser Riccardum Bernardi Riccardini cives et notarios Florentinos coadiutores meos, sub annis et inditione predictis, diebus 5 vero et mensibus inferius describendis.

Die primo mensis maii. Extractus fuit sorte et fortuna in propositum dicti officii &c.

Die quintodecimo mensis iunii. Antedicti domini priores artium et vexillifer iusticie populi et comunis Florentie una cum officiis 10 gonfaloneriorum societatum populi et duodecim bonorum virorum dicti comunis insimul in dicto loco more solito adunati, actendentes merita probitatis viri insignis et egregii ser Colucii Pierii, eloquentie fontis et splendidissimi oratorum Ciceronis alumni, et naturalium et moralium unici speculi, per cuius virtutem eximiam urbs Florentina 15 suis epistolis in figura gravi et eleganti stilo compactis per totum orbem extitit mirabiliter decorata, et recolentes quod sua electio cancellarie et notariatus extractionum est de proximo finitura, et volentes sibi de nova prevenire, facta primo eis per me notarium infrascriptum debita protestatione et per eos corporali prestito sacramento, 20 ut requiritur per formam statutorum et ordinamentorum comunis Florentie, eorum officii autoritate et vigore omnique modo, via et iure, forma et causa, quibus magis et melius potuerunt, elegerunt, nominaverunt et deputaverunt virum eximium et egregium ser Coluccium Pierii de Stignano in cancellarium et pro cancellario comunis Flo-25 rentie et notarium extractionum dicti comunis et in notarium ad omnia et singula alia faciendum que in electionibus alias de eo factis continentur, pro tempore et termino unius anni initiandi die vigesimasecunda presentis mensis iunii, cum salario florenorum centum quadraginta auri: videlicet centum pro persona dicti ser Colucii et flo-30 renos quadraginta pro persona unius coadiutoris notarii per eum habendi et retinendi, sibi solvendorum per camerarium camere comunis Florentie integros et sine aliqua retentione aut detractione gabelle, oneris vel diricture, et de tribus mensibus in tres menses, prout pro rata tangit, et cum officio, autoritate, arbitrio, salario, emolumentis, modis, 35 formis et tenoribus consuetis et seu in statutis et ordinamentis comunis Florentie de huiusmodi materia disponentibus latius adnotatis.

[S. T.] Ego Laurentius filius Francisci olim Andree de Empoli civis Florentinus, imperiali autoritate iudex ordinarius et notarius publicus et tunc coadiutor providi viri ser Iohannis ser Andree notarii suprascripti, predicta omnia ex actis et libris dictorum dominorum existentibus in palatio populi Florentini penes eundem ser Iohannem sumpsi, 5 scripsi et hic fideliter publicavi, ideoque me subscripsi et signo solito consignavi.

XIV.

(Cf. tav. IV, nota 1).

Provvigioni prese dalla Signoria in favore 10 di ser Bonifazio, ser Antonio e ser Giovanni Salutati.

[R. Arch. di Stato in Firenze, *Consigli Maggiori*, *Provvigioni*, Registri n. 95, 1406, cc. 37 B e 39 B.]

Firenze, 12 maggio 1406.

In nomine Domini, amen. Anno incarnationis domini nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo sexto, inditione quartadecima, die 15 duodecima mensis maii.

Consilio populi civitatis Florentie mandato magnificorum dominorum dominorum priorum artium et vexilliferi iustitie... quorum dominorum priorum nomina ista sunt, videlicet:

Beninus Francisci Benini, Antonius Niccole Lippi Alberti, Antonius domini Luce de Pançano, Iacobus Pieri Bonaventure, Ugolinus Iacobi Maççinghi, Lippoççus Cipriani de Mangionibus, Benintendi Nuccii tavolacciarius et Niccolaus Chiari faber, priores artium, et Roggerius d. Iohannis de Riccis vexillifer iustitie populi et comunis Florentie. 20 25

Ego Vivianus Nerii Viviani notarius scriba reformationum consiliorum populi et comunis Florentie, in presentia, de voluntate et mandato officii dictorum dominorum priorum et vexilliferi, legi et recitavi in ipso consilio et coram consiliariis in eo presentibus vulgariter, distinte et ad intelligentiam infrascriptas petitiones et provisiones et 30 quamlibet earum, deliberatas et factas, prout inferius continebitur. et observatis solemnitatibus observari debitis et requisitis secundum formam et exigentiam ordinamentorum dicti populi et comunis, et modo, forma et ordine infrascriptis, videlicet.....

Pro ser Bonifatio domini Coluccii
et ser Iohanne eius nepote
et ser Antonio domini Coluccii.

Tertio, provisionem infrascriptam super infrascriptis omnibus et sin-
5 gulis deliberatam et factam per dictos dominos priores et vexilliferum,
gonfalonerios societatum populi, duodecim bonos viros comunis Flo-
rentie secundum formam ordinamentorum dicti comunis, que talis est,
videlicet: « Cum diceretur quod ser Bonifatius, filius olim bone me-
« morie domini Coluccii Pieri olim cancellarii comunis Florentie, de
10 « presenti mense defuncti, in anno proxime preterito fuerit electus et
« deputatus in notarium extractionum offitiorum comunis Florentie pro
« tempore unius anni incepti die .xxii. mensis iunii proxime preteriti,
« prout in electione dicitur contineri et in ipsa electione dicuntur in-
« clusa ista, videlicet: offitium extractionum offitiorum dicti comunis
15 « et electiones offitialium forensium et approbationes statutorum co-
« mitatus et districtus, prout secundum ordinamenta pertinebant ad di-
« ctum dominum Coluccium olim cancellarium Florentinum cum ipso-
« rum offitiorum seu membrorum utilitatibus, emolumentis et pertinen-
« tiis suis concessis per et secundum dicta ordinamenta dicti comunis,
20 « magnifici domini domini priores artium et vexillifer iustitie populi et
« comunis Florentie volentes ob celebrem memoriam dicti domini Co-
« luccii ac pro honore et utilitate familie et filiorum qui de ipso re-
« manserunt ac etiam de prudentia dicti ser Bonifatii notarii, unius ex
« ipsis filiis, confidentes, providere et seu quod valeat providere et
25 « super et de autoritate per consilia querere et certa alia, ut infra
« scribetur, ordinare »; habita super his ad invicem deliberatione so-
lemni et demum inter ipsos dominos priores et vexilliferum iustitie et
gonfalonerios societatum populi et duodecim bonos viros dicti comunis
in numero sufficienter invicem congregatos in palatio populi Floren-
30 tini, premisso et celebrato solenni et secreto scructinio et obtento par-
tito ad fabas nigras et albas secundum ordinamenta, providerunt, ordi-
naverunt et deliberaverunt, die .xii. mensis maii anno Domini .mccccvi.,
inditione .xiv., quod dicti domini priores et vexillifer iustitie una cum
offitiis gonfaloneriorum societatum populi et duodecim bonorum viro-
35 rum dicti comunis et seu due partes eorum, aliis etiam absentibus et

inrequisitis, possint eligere et deputare dictum ser Bonifatium, pro tempore unius anni initiandi ut in electione continebitur, in notarium et pro notario ad dictum seu dicta offitia extractionum offitiorum dicti comunis et electionum rectorum seu officialium forensium comunis predicti et approbationes statutorum comunitatis et districtus qua et prout pertinebat hactenus, secundum ordinamenta, ad dictum cancellarium cum utilitatibus, commodis et pertinentiis per ordinamenta ipsi olim cancellario concessis. hoc declarato et proviso quod scripture quecunque et instrumenta que deberent deinceps quandoque tempore fieri aut expediri cum pertinentiis suis pro oblationibus cereorum seu paliorum que offerentur in die festi sancti Iohannis Baptiste de mense iunii quolibet anno, pertineant solummodo ad scribam reformationum dicti comunis et per ipsum vel eius coadiutorem fieri, notari et scribi debeant et non per alium. item, quod dictus ser Bonifatius eligi et deputari possit ut supra cum salario et mercede florenorum octuaginta auri pro singulo anno et ad ratam anni sibi solvendorum de pecunia capse generalis per camerarium camere dicti comunis et sic solutiones fieri possint in duabus pagis quolibet anno sue electionis, videlicet de sex mensibus in sex menses, de pecunia capse generalis sine aliqua retentione vel diminutione aut detractione. pro quo quidem salario dictus ser Bonifatius pro dicto offitio exercendo continuo secum retinere debeat unum et seu duos coadiutores notarios Florentinos suis sumptibus et expensis ad hoc ut dictum offitium melius et honorabilius administrare et exercere possit. item etiam, quod anno quolibet in futurum dictus ser Bonifatius possit etiam pro alio anno immediate tunc post durantem annum futuro eligi et deputari modo predicto et cum dicto salario per dictos priores et vexilliferum iustitie et gonfalonerios societatum populi et duodecim bonos viros dicti comunis et seu duas partes eorum, aliis etiam absentibus et inrequisitis, ad dictum offitium et sic successive, prout pro uno anno eligi vigore presentis legis potest, per dictos dominos priores et vexilliferum et eorum collegia, ut supra scriptum et provisum est, et sic successive quolibet anno pro tunc immediate futuro valeat deputari, ut etiam supra in effectu continetur. item, cum supradictus dominus Coluccius fuisset extractus in notarium ad offitium notariatus dominorum priorum et vexilliferi iustitie pro tempore duorum mensium intratorum die primo

presentis mensis maii[1] et asseritur quod ipse dominus Coluccius ad dictum offitium iam substituerat et loco sui posuerat ser Iohannem Corradi, eius nepotem ex fratre germano, quod dictus ser Iohannes, non obstante morte dicti domini Coluccii, potuerit usque nunc et possit 5 ipsum offitium usque ad finem exercuisse et exercere cum effectu, ita quod iam per ipsum ser Iohannem rogata, scripta et facta, et que rogabuntur, scribentur et fient per ipsum ser Iohannem in ipso offitio valuerint et valeant pleno iure, prout valerent si per ipsum dominum Coluccium, si vixisset, scripta, rogata et facta fuissent, omni oppositione 10 et exceptione remota. item, pro ulteriori subsidio et comodo familie dicti olim domini Coluccii, quod dictus ser Iohannes Corradi et ser Antonius olim filius dicti domini Coluccii, ambo simul vel alter eorum, quotienscumque et quandocunque de cetero contigerit dictum dominum Coluccium seu ser Coluccium vel cedulam sui nominis extrahi ad quod- 15 cumque offitium notariatus dicti comunis de hactenus imbursatis, possint et seu possit quodlibet tale offitium facere et exercere cum effectu et inde salarium et alia comoda percipere et habere cum effectu, prout posset quilibet alius notarius qui per se esset ad tale offitium extractus, et scripture et alia per ipsos duos vel alterum ex eis in talibus offitiis 20 facienda valeant pleno iure prout valerent si per quemcumque alium notarium ad hec extractum facta essent, omni oppositione cessante, non obstantibus aliquibus ordinamentis etiam penalibus vel prohibitoriis dicti comunis aut artis iudicum et notariorum civitatis Florentie. salvo tamen et declarato quod predicta non intelligantur nec locum habeant 25 pro offitio notariatus offitii prioratus artium et vexilliferi iustitie, quod offitium ipsi ser Iohannes et ser Antonius vel alter eorum vigore predictorum nequeant habere vel exercere. et insuper etiam declarato quod predicta non intelligantur nec locum habeant pro officiis artis iudicum et notariorum. non obstantibus &c. qua provisione lecta 30 et recitata ut dictum est... et ipsorum consiliariorum voluntatibus exquisitis ad fabas nigras et albas, ut moris est, repertum fuit .clxxxviii. ex ipsis consiliariis dedisse fabas nigras pro sic, et sic secundum formam provisionis eiusdem obtentum, firmatum et reformatum fuit, non ob-

(1) Cf. *Priorista* Panciatichiano nella Nazionale di Firenze, VI, 6, c. 106 b; I. Salviati, *Cron. di Fir.* in *Delizie* cit. XVIII, 265 &c.

stantibus reliquis .xxxviii. ex ipsis consiliariis repertis dedisse fabas albas in contrarium pro non.

Acta fuerunt predicta Florentie in palatio populi Florentini, presentibus Piero Godentii, Iuliano Simonis &c., civibus Florentinis, testibus ad premissa adhibitis et vocatis. 5

XV.

(Cf. tav. ii, nota 1).

Epistola di Leonardo Bruni a Niccolò Niccoli in morte di Coluccio Salutati [1].

[*L. Bruni Epistolarum libri VIII*, rec. L. Mehus, Florentiae, mdccxli, 10
pars I, p. 21, lib. I, ep. xii; cf. Luiso, *Epistol. di L. B.* n. 16, p. 22.]

Modigliana, 12 maggio 1406.

Heri cum Arimino proficiscens Cesenam versus contenderem, nunciatus est michi obitus Colucii nostri optimi ac sapientissimi viri; quo ego audito, ita mente concidi, ut post longum spacium vix me recipere valuerim. o me infelicem, qui tali parente orbatus sum! 15 atqui ego, cum pontifex me in hanc legationem dimitteret, quamquam iter erat molestum, tamen ea de causa id munus suscepi, quod sperabam, idque cum eo pepigeram, me confecto negocio Florentiam venturum et aliquot dies voluptatis causa apud vos moraturum. nunc, ut video, non ad voluptatem, sed ad luctum venturus sum. nam 20 quomodo siccis oculis plateam illam, quomodo publicas edes et templa Florentie urbis potero intueri, in quibus cum illo prestantissimo viro sum diutissime conversatus? quomodo te ceterosque familiares conspicere, quos non immerito lugere coniecto? sed finem scribendi faciam. impedior enim lacrimis. volo autem ut me Bonifacio ac 25 ceteris filiis itemque Ioanni nepoti totum offeras. cum enim pater illorum michi pro parente fuerit, decens est ut filios ipsos pro fratre colam. vale. quarto idus maii, ex Mutiliana, .mccccvi.

(1) Cedendo alle insistenze di papa Innocenzo VII, il Bruni, sebbene a malincuore, aveva lasciato sul finire d'aprile Roma per recarsi a raccogliere sussidi nelle Marche e nella Romagna ed anche ben più lontano. Cf. *L. B. Epist.* ed. Mehus, lib. I, ep. xi; I, 21; Luiso, op. cit. n. 15, p. 21, che pubblica il salvocondotto pontificio in favore di Leonardo, datato 19 aprile 1406.

XVI.

(Cf. tav. II, nota 1).

Epistola di Poggio Bracciolini allo stesso in morte di Coluccio Salutati.

5 [*a*) Cod. Reichen. 131 della biblioteca di Corte di Karlsruhe, c. 93 A (R); Cod. Laur. pl. LXXXX sup., 65, c. 75 A (L); BANDINI, *Catal. codd. latin. bibl. Medic. Laur.*, Florentiae, MDCCLXXVI, III, 647 (B1); POGGII *Epistolae*, ed. Tonelli, vol. I, Florentiae, MDCCCXXXII, p. XIII (T); *b*) Cod. Laur. Strozz. 104, c. 4 A (S); BANDINI, *Bibl. Leop. Laur.*, Florentiae, MDCCXCII, II, 450 (B2); *c*) Cod. del canonico Sellari di Cor-
10 tona, oggi scomparso (C); MEHUS, *Vita A. T.* c. CCCXVI (Me); L. C. SALUTATI *Invectiva*, ed. Moreni, Florentiae, MDCCCXXVI, pp. XXV-XXVIII (Mo).]

Poggius plur. sal. dicit Nicolao de Niccolis V. C.[1].

GRAVEM ac tristem nuntium accepi, mi Nicolae, et qui maximum mihi vulnus inflixit, mortem scilicet patris nostri Colucii, elo-

Roma, 15 maggio 1406.

12. *Così L B1 R* Poggius pl. sal. d. Nicolao suo. *S B2* Eiusdem [Poggii] Nicolao suo. *C Me Mo* Leonard. Aret. Nic. suo salutem dicit. 13. ac] *S B2* et tristem] *C Me Mo* atrocem *S B2 C Me Mo* acc. nunt. *C Me Mo omettono* mi Nicolae et 13-14. *C Me Mo* mihi magnum 14. *C Me Mo* scilic. mort.

(1) Le curiose vicende di quest'epistola, uno dei documenti più rilevanti per le notizie che reca sul culto di cui gli amici suoi circondarono il Salutati, sono state accennate in parte dal VOIGT, op. cit. ed. Lehnerdt, I, 211, nota 2, e con più diligenza dal LUISO, *L'Epistol. di L. Bruni*, p. 22, nota 3: ma non del tutto chiarite. In realtà il testo originale dell'epistola, quale uscì il 15 maggio dalla penna frettolosa del Bracciolini, non è conservato che da due mss.: il cod. 131 della biblioteca di Corte di Karlsruhe, già di Reichenau (cf. *Epist.* lib. VIII, ep. VIII; II, 394), fin qui sconosciuto; ed il cod. Laurenziano Pl. XC sup., 65, onde la pubblicò il Bandini, da cui più tardi la tolse il Tonelli, senza nemmeno riscontrare il ms. In un momento della sua vita che noi non potremmo precisare, il Bracciolini ritornò però sulla sua lettera, e con intenti puramente artistici la ritoccò qua e là nella forma, e ne risecò tutta la seconda parte, piena di particolari, preziosissimi per noi, ma che a lui sembravano invece superflui e dannosi all'economia del componimento. Così rabberciata ed abbreviata, l'epistola riprese il suo cammino: fu accolta nel ms. Strozz. 104, che le serbò il nome dell'autore, nel codice di scritti di Leonardo della bibl. Comunale d'Arezzo, c. 82 B, e in altro ms. posseduto a mezzo il sec. XVIII dal canonico Sellari di Cortona, in entrambi i quali lo perdette, venendo assegnata al Bruni. Dal cod. Cortonese la trasse il Mehus, seguito più tardi dal Moreni; dallo Strozz. 104 il Bandini, dimentico, a quanto pare, di aver già impresso integro nel 1776 il testo che ridava mutilato alla luce sedici anni dopo. A dir

quentissimi omnium et sapientissimi viri, quem ego multis lacrimis prosecutus sum magna cordis acerbitate. non enim sine magno inexplicabilique dolore luctuque mors viri prestantissimi potest pretermitti, nisi velimus omnino aut cordis ferrei esse aut immemores tot tantorumque beneficiorum que ipse, dum vixit, pro sua clementia atque 5 humanitate in nos contulit; quanquam id quidem est nobis commune cum multis, quos ille partim verbis amplissimis ornavit, partim sublevavit factis munificentissimis. sed aliud quoddam est quod nos omnes qui prosequimur studia hec humanitatis compellit esse summo in merore ac luctu. amisimus enim patrem, quem posthac non facile repe- 10 riemus; amisimus virum studiorum omnium studiosissimum; amisimus hominem nostri pre ceteris amantissimum; amisimus portum ac refugium omnium eruditorum, lumen patrie, Italie decus (1). vidimus multos, multa legimus de quamplurimis clarissimis viris; at uno in homine tot dona nature, tantam vim doctrine, tot denique virtutes 15 congestas nunquam profecto invenire poteris. in quo homine; ut omittam quantum valeret vel sapientia vel eloquentia; in quo homine,

1. *C Me Mo omettono* viri 2. magna] *C Me Mo* ingenti 2-3. *R L B*[1] *T omettono* inexplicab. 3. *R S B*[2] *C Me Mo aggiungono* tam *dopo* viri 4. *R* omn. velim. omnino] *C Me Mo* animi *R C Me Mo* esse ferr. *Mo* immemoris 5. *S B*[2] *C Me Mo* officiorum 6. id] *R S B*[2] *C Me Mo* hoc *Dopo* comm. *S B*[2] *C Me Mo dànno* quum multos quoque iste 7-8. *C Me Mo* ornarit - sublevarit 8. *R* quidam 9. *R S B*[2] *C Me Mo* sequimur hec] *C Me Mo* huiusce *C Me Mo* compellat 11-12. *L B*[1] *omettono* amisimus vir. - amantissimum 13. *S B*[2] *C Me Mo* Hesperiae 16. *S B*[2] *C Me Mo* poteritis *R dopo* quo *aggiunge* enim 17. *R S B*[2] *C Me Mo* quant. iste valuerit *C Me Mo omettono* homine 17-1 *(p. 473)*. *R B*[1] inq. hom.

vero, è strano assai che il Mehus ed il Moreni non s'accorgessero che l'attribuzione di quest' epistola al Bruni non reggeva all' esame più superficiale; costui, dopo aver scritto al Niccoli, addì 12 maggio, la lettera che forma il doc. precedente, perchè mai sarebbesi indotto a dettare, soli tre giorni dopo, una nuova lettera diretta all'amico? Una trascrizione assai scorretta e mutila sulla fine dell' epistola Poggiana è anche nel Marc. Lat. Cl. XI, 101 (sec. XV), c. 1 A, della quale ci parve superfluo tener conto.

(1) Elogi consimili ricorsero sempre sotto la penna di Poggio, quando nei tempi successivi ebbe occasione (e l'occasione si presentò spesso) di ricordare le benemerenze del Salutati. Cf. così *Epist.*, ed. Tonelli, lib. II, ep. XXXIX; ep. XLI; lib. IV, ep. V; lib. XI, ep. XXI; lib. XIII, ep. III; e l' elogio da lui fatto del Niccoli (MARTENE-DURAND, *Ampliss. vet. scriptor. et mon. collectio*, III, 730, dove il Salutati è detto: « vir tunc integerrimus « omnium ac doctissimus, Colucius « Salutatus . . . doctorum omnium pa« rens ».

inquam, illius sanctissimi viri; neque enim aliter a nobis appellandus; tantam humanitatem reperies, affabilitatem, clementiam, festivitatem? que, cum condirentur gravitate scientie et senectutis auctoritate, nil nobis eius consuetudine ac colloquio poterat esse iucundius. ut omittam quod pater communis erat omnium et amator bonorum; quale illud quod omnes in quibus conspiciebat lumen aliquod ingenii, non solum verbis incendebat ad virtutem, verum multo magis tum copiis tum libris suis iuvabat, quos ille tamquam pleno copie cornu, non magis usui suo quam ceterorum esse volebat! sed sus Minervam; ego tibi ea narro, que tu multo et presens et melius nosti quam ego. sed iuvat in Colucii nostri versari sermone, cuius de virtutibus singularique eius in nos amore, de munificentia, vite sanctimonia deque sue totius etatis cursu, si vita supererit, alias latius conscribemus (1). illud nunc scribam me, tali amisso patre, magno esse confectum vulnere, quod quidem fortassis esset levius paullulum, si eum semel, postquam Romam veni, viventem adspicere potuissem. qua in re vos qui istic estis, letos iudico, qui una esse potuistis et extremum eius anhelitum haurire et notas audire et reddere voces (2); quamvis hoc sepe acerbius esse solet, scilicet videre quam audire; nec enim existimo te posse ullo modo tenere lacrimas, cum locum illum in palatio videbis, in quo ipse residebat, in quo tam multa ab illo audiebamus. sed hec satis. ita me Deus adiuvet, ut ego lacrimas tenere non possum, cum hec scribo.

Audio funus magnificum esse factum, de cuius pompa atque appa-

1. neque enim] *C Me Mo* non *senz'* enim *ed* app. a nob.*; disposizione quest' ultima seguita anche da R* 2. *C Me Mo omettono* tantam 2-3. *C Me Mo* festivitatemque qua cum 3. *S* B^2 *per* condirentur *dànno* dicerentur *C Me Mo a* gravit. scientie *sostituiscono* sententie 4. poterat] *R* poterit *S* B^2 quivit *C Me Mo* quibat *R* iocundus *(sic)* 6. *C Me Mo omettono* aliquod 7. *C Me Mo* cum 8. *R* tamen *per* tum *S* B^1 plena copia eorum *R C Me Mo* copia 9. *R* visui *(sic)* *S* B^2 extraneorum *S* B^1 B^2 *omettono* sed sus *e dànno* Minervam *C Me Mo omettono l' intero proverbio.* 10. presens] *R S* B^2 *C Me Mo* prius sed] *S* B^2 *C Me Mo* at 11. *R* Col. nostri sermone vers. *S* B^1 B^2 Col. serm. nostri versari *C Me Mo* Coluccio nostro versari *L T* versare 12. in nos] *R* mos amore] *S* B^2 *C Me Mo* zelo *Dopo* munific. *C Me Mo aggiungono:* liberalitate *(anche R dà* liberalitate*)*, vite sanctitate 13. *R* superis *(sic)* *Dopo* conscribemus *S* B^2 vale felix *C Me Mo* vale *Quanto segue fino alla fine non ci è dato che dai codd. L e R* *L* B^1 *omettono* illud 14. *L* B^1 magnopere 15. *R* patilum *(sic)* e *(sic)* postea quam 16. *R* quam 17. *R* beatos 17-18. haurire] *R* audire 18. *R* prodere *L* B^1 *omettono* sepe 21. *R dopo* illo *dà* viro 22. adiuvet] *R* a me met*; forse* amet 23. *R dopo* funus *aggiunge* sibi

(1) Questo disegno non fu mai eseguito.
(2) Cf. VERG. *Aen.* I, 409.

ratu deque eius obitu causaque morbi deque rebus omnibus que ad eum spectant, me velim facias certiorem, et omnia singulatim ad me conscribas. filios suos meis verbis solare atque expone quo ego sim in dolore. illud etiam a te scire velim, quid videlicet futurum existimes de libris suis, et cui itidem, ut ex magistro Loysio, aliquam sui effigiem expressisti(1). tu vero memoriam talis viri sanctissimi cole, eiusque opera diligentissime conserva et, quoad potes, extollere. 5

Audio insuper in successione officii multos esse competitores et in his Leonardum nostrum, pro cuius honore, ut soles, labora(2). vale, idibus maii, Rome. 10

XVII.

(Cf. tav. II, nota 1).

Epistole di Giovanni Tinti da Fabriano ad Antonio Loschi e di questo a quello in morte di Coluccio Salutati.

[Cod. Ambros. B 116 sup., c. 127 A; SCHIO (DA) GIOV., *Comment. sulla vita e sugli scritti di A. Loschi vicentino*, Padova, 1858, doc. II, p. 160; F. NOVATI, *Un umanista fabrianese del sec. XIV, G. Tinti* in *Arch. stor. per le Marche e l'Umbria*, 1885, II, 150 sg.] 15

I.

Celeberrimo viro domino Antonio Luscho. Missiva(3). 20

Fabriano, 19 luglio 1406.

IAM nunc, virorum optime, extincto lumine italice facundie proventu mortis evi nostri clarissimi vatis Colutii Salutati, cuius dudum ami-

1. *L om.* deque eius - morbi *B¹ omette* que *dopo* caussa 1-2. ad eum] *R* eo 2-3. *R omette* et *e dà* sigillatim, *poi aggiunge* in *dinanzi a* meis 3. *R* quod 5. cui] *R* ciu *(sic)* *L B¹* marigino *T* muigino 5-6. *R* Luisio - expressistis 6. *R* sanctissime 7. *L B¹ T omettono* conserva *in luogo del quale dànno* sed vale *R* extolle 8. *L B¹ T omettono* insuper 10. *R* maiis 22-23. *S* pro eventa morte civis *(sic)*

(1) Per questo ritratto v. l'App. III, L'iconografia di Coluccio Salutati.

(2) Fu un progetto che non ebbe seguito per allora; forse perchè la Signoria intendeva, come fece, restringere i poteri del cancelliere, staccando dalla cancelleria l'ufficio delle tratte (cf. F. P. LUISO, *Riforma della Cancell. Fiorent. nel 1437* in *Arch. stor. Ital.* ser. V, XXI (1898), 132 sgg.); ed il Bruni invece pretendeva succedere al Salutati in tutto e per tutto. Istruttiva a tale riguardo è l'epistola che nel 1427, quando Leonardo ottenne l'ufficio, gli scrisse il POGGIO, *Epist.* ed. Tonelli, lib. III, ep. XVI; II, 215.

(3) Nell'ultima settimana del giugno 1406 Antonio Loschi, che, dopo la ruina a lui tanto amara delle for-

cicia, servili tamen subiectione, potito, michi liceat ad te, tamquam hereditarium sibi, recurrere et munus mutue benivolentie legatario competat in heredem. sciebam equidem et noscebam indignum me, qui meritus fuerim tanti viri benivolentiam nec minus quod apud te
5 munus hoc promerear, cum minimo superioris arrogare amicicie locum sibi non liceat, sed equa servitus debito obsequii gradu virtuti pedissequetur. at ille benignus pater, cuius nusquam sine lacrimis occurrit memoria, non patiebatur alio me erga eum quam amici uti vocabulo: tanta erat prestans eius et immensa benignitas! sique modo hac
10 fiducia te virum clarissimum quandoque dominum, quandoque patrem, quandoque amicum accersero, sit tamen tibi firmum mentis mee propositum, omnem michi apud te gradum et locum familiaritatis et benivolentie gratum esse. velis ergo ex nunc me tuum tibi velle, qui ex proposito tuus sum, et michi precipere. et si quando occupationes
15 cesserint, aliquid ad mei consolationem et in signum expectate benivolentie rescribere. vale. Fabriani, .xviiii. iulii .mccccvi.

Tuus, quicquid est, Ioannes Tinctus de Fabriano.

Celeberrimo viro laurea digno domino Anthonio Luscho patri et domino meo.

1. *S* potius sum *in luogo di* potito michi 2. *S* accurrere etenim ius *per* recurr. et mun. 3. *S* competit 4-5. *S* ap. te nunquam hoc 6. *S omette* equa *e legge* debita 6-7. *S* pedisequitur 8. *Cod.* *S* amico 9. *Per* prestans *semicancellato nel cod.* *S legge* potestas *S* siquid 10-11. *Per* quandoque *S legge tre volte* quicquid 11. *S* mee mentis 13. *S* gratius qui] *S* quando 14. *S* praecipe 16. *S* rescribe 17. Tinctus] *S* Sanctus 18. *L'indirizzo è omesso da S*

tune Viscontee, aveva riparato nella nativa Vicenza, ponevasi in viaggio alla volta di Roma, incaricato dal senato veneto di conseguire (come ottenne; cf. Eubel, *Hier. cathol. m. aevi*, I, 554) dal pontefice riluttante che la cattedra vescovile di Verona fosse tolta a Iacopo de' Rossi, inviso alla repubblica, per darla ad Angelo Barbadigo (cf il mandato ducale veneto in data 19 giugno 1406, edito in Da Schio, *Sulla vita e sugli scritti di A. L.*, Padova, 1858, doc. vii, p. 177 sgg.). Nel viaggio l'umanista vicentino ebbe occasione di soffermarsi a Perugia, e quivi lo raggiungeva la lettera d'un ignoto ammiratore, che, saputo del suo passaggio per l'Umbria, non aveva voluto lasciar fuggire l'occasione di manifestarglisi. Era costui quel Giovanni Tinto d'Antonio de' Vicini da Fabriano, del quale s'ebbe già il destro di toccare, illustrandone la vita, gli scritti e le relazioni col Salutati (cf. *Epist.* lib. XIII, ep xvi; III, 657 sgg.).

Nel nome di Coluccio appunto il Tinto richiese d'amicizia il Loschi, e costui alla cortese domanda volle dare più tardi risposta con una lettera, di cui la parte più rilevante consiste nell'elogio altissimo che vi è fatto dei meriti e delle virtù del Sa-

2.

Responsiva.

Roma, 25 ottobre 1406.

Dubius aliquando fui, frater et amice carissime, an illi tue brevissime quidem sed facundissime epistole responsum esset, quam Fabriani datam duodecimo kalendas augusti[1], Perusii ego paulo post habui. urgebat hinc eloquentia tua et honesta provocatio, plena benivolentie et caritatis, ut non respondere et superbi et inhumani videri posset ingenii; accedebat et promissio mea nuncio tuo facta; cum illic ad iter accincto non esset rescribendi otium, promisi ex Urbe me esse responsurum; ita ut si nec ex Urbe rescripsero, me non superbie solum, sed et fidei non servate crimen subeundum esse videatur. verum enim timui rescribendo, quia me heredem Colutiane eloquentie appellavisti, id onus importabilis hereditatis adirem, quod et meum non esset et ego sustinere non possem. feci igitur quod hi, quibus suscepte vel ob iuris legitimi difficultatem vel ob alieni eris grave pondus, hereditates obveniunt: multo enim ante deliberant quod ius tribuat; deinde quod per leges fuerit preceptum, exploratis bonis, consilium capiunt. ego itaque cum essem a te luculentissime ac onerose hereditatis heres appellatus, parvitatis mee cum in omni virtute atque scientia tum maxime in eloquentia michi conscius, substiti; mecum in silentio reputans quam multi essent quam me, qui ad tanti nominis successionem iure anteirent: quibus, si me anteponere auderem, preceps nimium et inconsultus merito possem iudicari. cum enim optimus ille vir atque doctissimus Colutius Salutatus, nostris temporibus latine

7. *Cod. dà* videri *ripetuto.* 8. *S dopo* cum *aggiunge* enim 13. *S* adire 17. *S dopo* leges *segna lacuna, mentre il cod. dà un* fuerit *quasi illeggibile; il senso fa quindi difetto ed io ho cercato restituirlo.* 18. essem] *S* fuerim *e poi legge :* locuplentissimae *(sic)* ac generosae *Ma di queste due parole nel cod. non restano che le sillabe finali, bastevoli però a mostrar erronea la congetturale emendazione di S* 20. *Cod. dà* mihi cōſius subsisti *che S corregge* in consiliis substiti 22. *S* successorem

lutati, come letterato e come uomo. Piace vedere il Loschi, dimentico dell'appassionata polemica contro di lui sostenuta dal vecchio cancelliere fiorentino, recare di questi un giudizio tanto sereno e lusinghiero e respingerne l'eredità, troppo gravosa per le sue spalle, pur riconfermando che il sogno della sua giovinezza era stato quello di averlo a maestro.

(1) Veramente nel codice Ambrosiano la lettera del Tinti reca la data del 19 luglio, « .XIV. kal. au« gust. ».

eloquentie princeps, singulari studio semper exarserit in cives suos
quantum in se erat doctrine et facultatis in dicendo transfundere, et
ad hanc rem fuerit ingenia optima nactus; egone, homo Cimber, idest
in ea terra natus, que a profligatis, Mario duce, Cimbris, inter Adriacum
5 mare et Athesim flumen Venetie culta fuit, Florentinos homines, ad
eloquentiam natos, de civis et magistri sui hereditate depellerem, in
eo maxime, in quo nonnullos ingenio et arte prestantes sibi adoptasse
in suis optimis studiis atque artibus visus est, quos tibi nominare su-
perfluum esse putavi, quia, cum se notissimos sua virtute fecerint, ob-
10 scuritate patrie ignoti esse non possunt?[1] si ergo verum et legiti-
mum heredem queris eloquentie Colutiane, illum inter eos quere, quos
studiorum doctrineque participatio convictores et assidua et domestica
consuetudo persimiles efficere potuit; me vero hoc pleno oneris no-
mine libera; quia amavi hominem profecto, sed tamen magistrum dire-
15 ctoremque non habui, sicut, nisi obstitisset fortuna, a teneris annis
optaveram atque provideram, cum ad illum adolescentulus, sola addi-
scendi cupiditate accensus, de Verona, ubi tunc degebam apud principem
civitatis, Florentiam accessissem[2]. sed rerum illius patrie repentina
mutatio coegit me, posthabita ratione litterarum, necessitati temporum
20 parere[3]. consideret etiam atque etiam oportebit quisque hoc here-
ditarium munus sibi amplectendum esse existimabit, quantis se debitis
obnoxium faciat, que si solvenda non fuerint, declinare cum ipsa he-
reditate consultius puto, ne, delusus, inopiam detegat quam occultare
potuisset. fuit enim ille in studiis humanis locuplex et in dicendo
25 copiosus et ad omnes qui ad eum scriberent, eximia quadam benigni-
tate liberalis, ut nemini, vel minus docto, epistolas rescribere refertis-

2. *S omette* et *dopo* doctrine *e legge* doctrinae facultates 3. *S* optimum f. ingenium 4. *S* Adriaticum 7. nonn.] *S* multos 10-11. legitim.] *S* luminosum 14. *S sostituisce a* quia *dato dal cod.* equidem *ed omette* profecto, sed , *mutando* tamen *in* tametsi 15. nisi] *S* nam 18. rerum] *S* vero 22. *S* que si solvendo par non fuerit *(sic!)* 22-23. *S* redonare eum ipsum hereditatem *Nel cod. però* declinare *è di incerta lettura.* 23. *S* inopia - quod

(1) Non è facile dire di chi voglia parlare qui il Loschi, giacchè par poco probabile che il Bruni, aretino, sia qualificato come oriundo di patria « oscura ». Forse l'umanista pensava a Poggio, nativo di Terranuova, ed a Iacopo Angeli, venuto da Scarperia?

(2) Ved. Da Schio, op. cit. p. 13 sg. ed *Epist.* lib. VIII, ep. xxiii; II, 354 sgg.

(3) Allude alla caduta della signoria Scaligera (1387), che travolse seco, come si disse altrove, la fortuna de' Loschi.

simas suavitatis atque doctrine dedignaretur: que omnia multaque alia ab illius eloquentie herede desideranda videntur. me autem apud te, qui ad me honoris gratia nomen hoc a dignioribus transtulisti, illum non esse profiteor; quare nolim a me petas benivolentie munus, ut legatarius ab herede, quemadmodum scribis; sed petas velim, ut amicus ab amico. atque 5 hoc uno tibi nomine respondendum esse putavi, sic ut nec essem muneri hereditatis aliene obnoxius, nec item superbus et fedifragus a te iure vocari possem. habe igitur hanc brevem epistolam erga tuam caritatem mee testem voluntatis, ac, velut quemdam amicicie nove cirographum, ut in reliquum tempus me uti iure tuo posse te scias. vale. 10

Dat. Rome, properantissime, dum ad recessum festino, apud edes Pompeianas, octavo kal. novembris.

Tuus Antonius Luschus vicentinus.

XVIII.

(Cf. tav. II, nota 1). 15

Epistola di P. P. Vergerio a Francesco Zabarella (1) in morte di Coluccio Salutati.

[Cod. V. 90 della biblioteca Antoniana di Padova, c. 70 B (A) (2); cod. del Civico museo di Padova B. P. 1203, pp. 122-124 (BP); [C. A. Combi] *Epist. di P. P. Vergerio*, n. CXIV, pp. 170-71]. 20

Excellentissimo utriusque iuris doctori d. F. de Zabarellis amico.

Roma, 8 ottobre 1406.

Scio te, cum attigisti nuper Florentiam, ubi diu multumque olim versatus es, repetisse primum animo id quod erat urbis illius pri-

1. *Cod.* dedignaret *(?)* *S* denegaret 2. *Cod. dopo* autem *dà* primum *cancellato; e poi* apud te *S conserva* primum, *omette* apud te *e vi sostituisce* tibi 6-7. muneri] *S* quidem 7. *Cod.* fidefragus 8. iure] *S* forte 11. *S omette* datum 21. *Così A BP C; ma A reca l' indirizzo in calce all' epistola.*

(1) Porse occasione al Vergerio di scrivere questa bellissima lettera, onde così viva e spirante balza fuori la geniale figura del Salutati, l'andata di Francesco Zabarella a Firenze, che ebbe luogo nell'autunno del 1406. Il giureconsulto padovano erasi portato colà per definire coll' aiuto della repubblica fiorentina alcune differenze insorte fra i Veneziani ed i Genovesi per danni che costoro avevano recati a mercanti di quelli ne' mari d'Oriente; cf. Vedova, *Memor. int. alla vita e alle op. del card. F. Z.*, Padova, 1829, p. 48; Kneer, *Kard. Zabarella*, I parte, Münster, 1891, p. 40 sg.; A. Zardo, *F. Z. a Firenze*, Firenze, 1898, p. 15 sg. Le trattative andarono in lungo, ma nulla si finì per concludere.

(2) Sul cod. Antoniano ved. A. M.

mum atque precipuum decus, Linum Colucium Salutatum; nec potuisse tibi quicquam videri magnum aut speciosum, eo de medio sublato, qui non modo eius urbis, sed et totius Italie lingueque latine splendor et columen erat. ac michi quidem, pro iure private amicitie qua cum 5 illo eram, gravis ac permolesta fuit mors eius; pro publico vero incommodo etiam molestissima. nam, ut mirum est in homine uno tot eximias dotes, quot quanteque in eo erant, convenire, ita cum illos, qui ita sunt prediti, excedere contingit e vita, ingens est superstitibus posterisque ea iactura. quot enim existimamus ingenio natura do- 10 tatos et ad preclara studia totis animis arrectos, eius nunc obitu in se torpuisse speque omni iam ante concepta decidisse! qui nisi vel vi propria, magis autem divina ope, subleventur, prestans eorum ingenium aut marcescat otio necesse est vel illiberalibus studiis traditum vilescat. nam omnes quidem, qui dicendi exercitationi operam ullam 15 dabant, hi, vel ab eo excitati aut exemplo eius adducti, proficiebant. erat enim communis omnium magister[1], qui hec aut omnino ulla bonarum artium studia sequerentur, ad quem unum omnes dubiorum suorum indicia laborumque iudicia referebant. quo ipso in homine cum mirarer summum ingenium excellentemque doctrinam, non minus 20 tamen suavitatem morum humanissimamque vite consuetudinem et mirabar et amplectebar animo. nec visus est michi quisquam omni mea memoria, qui tam apte eximiam gravitatem morum cum summa facilitate miscuisset. quocum si quid tractandum esset serii, nichil eo gravius reperiri poterat; sin strenue quid agendum, nullus usquam diligentior; 25 si feriandum, nemo iocosior. apud quem et sanum consilium et promptum auxilium omnibus patebat, eque civi peregrinoque, dum ulla modo virtutis species eluceret in eo. itaque merito omnes, quacumque auditum est Colucii nomen, ut coluere viventem, ita defuncti eius memoriam summis efferunt laudibus. quod vero proprie ad eam 30 urbem attinet, non fuit, patrum memoria, quisquam suorum civium,

1. *A dà* atque *ripetuto.* 4. *BPC* at 5. *BPC* eramus 9. *A BP* ingenue nam *C corresse* ingenio magno; *noi abbiamo preferito un'emendazione che ponesse in maggior rilievo il pensiero dell'autore.* 14. *A* omnis 21. *A* es· 27. species] *BPC* spes *A BP* omnis

IOSA, *I codd. mss. della bibl. Antoniana di Padova*, Padova, 1886, p. 143 sgg.

(1) Cf. il doc. XX, p. 484 di questo volume.

cui tantum Florentia deberet, sive pace sive bello, quantum Colucio. nusquam enim latina oratio nota est, ubi non sit Colucii nomen clarum; nusquam Colucius cognitus, quin et eo quoque nomine, patrie fama celebretur; cuius ipsius epistole pro multis sepe millibus armatorum adversus hostem valuerunt; quod et questi sunt aliquando hi, quibus 5 res fuit cum Florentinis bello decernenda, penes plus obfuisse eis Colucii epistolas quam Florentinorum exercitus [1]. itaque, si quemadmodum presentis funus omni honore studioque celebravere, ita, iam deposito, monumentum pro dignitate viri proque urbis amplitudine statuent, rem quidem facient a se debitam et ad suam eorum gloriam 10 magnopere pertinentem; Colucio vero neutique necessariam, qui preclaris operibus scribendis multisque librorum voluminibus editis, memoriam suam in longum evum posteritati commendavit. ex quibus scire per te cupio quid extet et quam spem das exemplarium habendorum. mire enim rebus eius afficior et glorie hominis faveo, qui non modo 15 excellenter doctus, verum et singulariter vir bonus semper est visus michi. idque te ita sentire haud difficile intellexi. quamobrem indignum nunc ratus sum, apud te maxime et eo loci constitutum, silentio eum preterire, quem tanti et iudicio et desiderio semper fecimus. vale. Rome, octavo octobris .MCCCCVI. 20

Tuus P. P. Vergerius.

XIX.

(Cf. tav. II, nota I).

Messer Piero di Domenico da Poggibonsi, Lamento di Firenze per la morte di Coluccio Salutati. 25

[Cod. della Naz. di Firenze, Magl. VII, 1125, c. 39B.]

Chançone fatta da messer Domenicho da Poggiboniçi per la morte di messer Choluccio Salutati chancelliere e poeta [2].

VENITE a pianger mecho, o gente ytalice;
Africha mecho piangha, Asia e Europia, 30

1. *ABP* doleret 4. *BPC* ipse 11. *BP* necessarium 15. mire] *BPC* scire 20-21. *La data e la sottoscrizione mancano in BPC* 28. *Dopo* poeta *una mano diversa aggiunse le parole* fiorentino. anno 1406. 29. *Cod.* piangere

(1) Cf. Epistole aggiunte, III, p. 247 di questo vol.

(2) Niuno, credo, tra gli studiosi di cose fiorentine, sebbene molti la co-

La terra e 'l mar che la circhunda e l'aria:
Venite, oltramontane lingue e galice;
Piangha ogni creatura sança chopia;
Facins' a morte ogni chosa contraria,
5 Po' ch' a me tanto svaria
Che mai non penso più trovar rimedio.
Senta mio pianto Giove e 'l cielo inperio:
Chi mi socchorra non so in questo assedio;
Senta Minerva e Merchurio el martirio:
10 Ogni chosa creata degia piangere,
Da poi cha veggio me da Morte afrangere.

Il mio tesoro Morte tolto m'à,
El qual non spero riaver mai più;
Onde non vo' restar di dire: o me!

1. *Cod.* mare 7. *Sarebbe da leggere* enpirio 11. *Cod.* mo *che potrebbe esser mantenuto ove si leggesse* ch' i' m 13. *Cod* quale - riavere 14. *Cod.* restare

noscessero, ha dato pubblica notizia di questa canzone, conservataci da un solo ms., prima del diligentissimo F. FLAMINI, *La lirica tosc. del Rinasc.* p. 331, il quale tuttavia non ha saputo sull' « oscuro verseggiatore » che la dettò, raccogliere notizia veruna.

A mio credere, dev' essere incorso nella rubrica del codice un errore per ciò che riguarda il nome del poeta. Mentre difatti di un « messer Dome« nico da Poggibonsi », vivente in Firenze nel 1406, non si rinviene alcun cenno, noi sappiamo da documenti ufficiali di due anni prima che frequentava allora lo Studio fiorentino, come scolare di diritto canonico, un sacerdote chiamato « messer Pietro « di Domenico da Poggibonsi »: « Pro « domino Petro Dominici de Podio « Bonitii, in sacerdotio constituto, in « iure canonico studente », chiedeva difatti il rettore dello Studio uno o più benefizi in Firenze o nelle diocesi fiorentina e volterrana, del valore complessivo di fiorini dugento d'oro, in quel « rotulus gratiarum impetranda« rum in curia Romana », che fu redatto addì 21 genn. 1404 per esser posto sotto gli occhi del pontefice (GHERARDI, *Docum.* par. II, CXXIII, p. 383 sgg.). Ora che uno studente in diritto canonico abbia potuto scrivere un componimento così enfatico e pedantesco come il presente, dati i tempi, si spiega assai bene. Io propendo dunque a sostituire in fronte della canzone al nome di Domenico da Poggibonsi, quello di Piero di Domenico.

Come ha ben avvertito lo stesso FLAMINI, op. cit. p. 567, è notevole la struttura metrica di questa canzone, composta di cinque stanze, l'una con rime sdrucciole e l'altra con rime tronche, alternantisi, coronate da una sesta, che fa da commiato, dove le due specie di consonanze hanno parte uguale.

Ov'è cholui che tanto onor mi fa,
L'alta sua franca e superna virtù?
O buon messer Choluccio, i' chiamo te;
O figliuol mio, ove se'?
Oggi, cholonna mia, perduto t'ò, 5
Qual chonforto arò mai da chui o chi?
Dimel tu, Morte, ch'io per me nol so.
Dunque ogni chosa vengha a pianger qui;
I' penso tal tumulto el mio sarà,
Che forse Giove arà di noi piatà. 10

Non però penso per mio pianto o ridere
Riavere lo chorpo morto e nobile,
Di chui ognor à più la stima a crescere.
Egli exaltava me: or m'ò a conquidere;
Morte non mi potea tor più bel mobile. 15
Adunque ogni valor mi veggio screscere;
Degiane Apollo increscere,
Piangha Parnaso; piangha Clyo e Talia,
Melpomen, Tersicore, Erato e Urania
Più che non fece per Acchille Eidamia; 20
. . . .
Piangha Gramaticha, piangha Dialeticha,
Ogni arte liberal piangha e poeticha.

Rimasa vota di sì riccho don
Per te, nimicha Morte, aspra e crudel, 25
Per dolor gli occhi più pianger non san:
Di padre, figlio e vir vedua son,
Asaggiar fatto m'à Morte tal fel,
Ch'i' penso e' sensi tosto men verran:
Lassa a me! che faran 30
Gli miei possenti e franchi cittadin,
Quando non troveran el gran saper?

1. *Cod.* onore – fe 4. *Cod.* flgliuolo 7. *Cod.* non l 13. *Cod.* ognora 18. *Cod.* elyo e italia 19. *Cod.* melmone tersitore ychato euramia 30. *Cod.* O lassa a me che fan

Ben à ragion di chiamarsi tapin!
Ai, Morte, quant'io m'ò di te a doler!
Dante, el Petrarcha, el Bocchaccio e ciascun
Pianger m'àn fatto e or vestir di brun.

5 Per mio pianto o chiamar già non si scelia
La mente tua, però che 'n cielo è l'anima.
Ch'e' prieghi, Morte, ò gran disiderio:
Digli che mi socchorri in questa prelia,
Po' che più ch'altra m'à fatta magnanima,
10 Sì ch'io ghoverni cho' mio giusto imperio
Il pisan vituperio,
Di chui si de' purghar la gran nequitia.
O alma inchoronata, alta e dignissima,
Ben de' pianger Prudentia chon Giustitia,
15 E ogn'altra Vertù farsi scurissima,
Dicho nel mondo; ma ne l'alta gloria
Ricevuto àn di te somma vittoria.

Non chançon, ma lamento mio ti nomino;
Manifesta el dolor che in me s'inchorpora;
20 So ben che non potrai ma' dir rich' overa
Di me, ch'al tutto vedova m'abomino
Di quel che mi solea vestir di porpora;
Induta son di nero e veste povera.
In me più non s'adovera
25 Che . . . . le virtù
. . . . in etterno piangeran.
O buon messer Coluccio, ove se' tu?
Penso nel grenbo sia del giusto Abram.
Io son Firençe, per chui tanto scrivere
30 Volesti nel filice tuo bel vivere.

9. *Cod.* mai 14. *Cod.* piangere - chongustia 16. *Cod.* grolia 20. *Cod.* richovera 23. *Cod.* induto sono 25. *Cod.* reotiliando *(sic)* 26. *Cod.* lemate *(sic)* 28. *Cod.* gusto 30. *Sotto l'ultimo verso si legge:* Finis

XX.

(Cf. tav. II, nota I).

Epitafi ed epigrammi di varî scrittori quattrocentisti per la tomba di Coluccio Salutati.

I.

Epitafio di Coluccio scritto dal Poggio.

[Cod. della Naz. di Firenze, Magl. VIII, 10, 1445, c. 207 B.]

Sepulchrum Coluccii Pieri Salutati.

Hic oppido Stignani bonis parentibus ortus, cum ab ipsa adolescentia eloquentię et bonarum artium studiis operam dedisset, cancellarius Florentinus factus est. quod offitium .XL. ferme annos summa cum integritate ac laude administravit, doctorum virorum quasi comunis parens (1). huius precipua opera grecę literę primum Florentiam commigrarunt: quibus rebus omnium civium benevolentiam est consecutus. .LXXV°. etatis anno excessit e vita summo civitatis merore. post obitum corona laurea donatus est iussu populi in doctrinę virtutumque quibus excelluit insigne. vir fuit etatis suę optimus ac eloquentissimus, qui sui ingenii multa reliquit monumenta laude et gloria digna ad memoriam posteritatis.

Poggius.

2.

Epitafio metrico di Coluccio Salutati scritto da Donato degli Albanzani (2).

[Laurenz. *Aedil.* CVII, c. 506 A; Marc. di Venezia lat. cl. VI, 109, c. 1 A; Riccard. MEHUS, *Spogli*, n. 3374, XXI, 163; A. M. BANDINI, *Biblioth. Leopold. Laurent.*, Florentiae, MDCCXCI, I, 145.]

Colucii poete laureati epitaphium.

Invida fata deum tuque, o invidiosa vetustas,
undecimo sui exilii clausit feliciter vite terminum (1), superstitibus tribus melioris sexus filiis: Colucio, scilicet, Conrado et Iohanne (2). tunc pubes Colucius in literarum studio Bononie enutritus, iam etatem doctrina mirabili superabat. mox evasit prestantior, mortuo patre, nec
5 minus ornatus morum ac gravitate vite quam fuerit profunde eruditionis munere celeber. fulsit post tempus tantum eius eloquii iubar, ut monstrant eius epistole, quas emisit prosaico stilo, innumerabiles pene, quod reges, pontifices et augusti, earum sententiis ac gravitate moti, ad se illum trahere incredibilibus emolumentis coacti sunt (3).
10 sed eius celestis bonitas, utilis nostre patrie, vicit pontificum, regum et augusti munera. maluit ferme dici cancellarius Florentinus sub modesta quadam delectatione cum eruditissimis atque divino animo civibus Florentinis, velut quedam sanctarum virtutum regula, quam in pontificalibus seu augustalibus atriis cum clientorum catervis et ingenti au-
15 ctoritate pomposus conspici. nec mirum est; quippe Colucius sit morum ac virtutum unica phenix in toto orbe, nobilitans non tantum patriam, sed Europam omnem, cum non modo representet sed excedat ingenia cunctorum veterum poetarum. ipse enim omnia dicendi genera prosaice ac metrice solus novit cum tanta ubertate doctrine,
20 quod nescias utrum profundius an ornatius expleat omne opus. ei familiarissime sunt historie quarumcumque gentium suntque ei sensus fabularum notissimi et, breviter, quicquid philosophie, sacrarum literarum iacet in gremio sibi apertum est. lege, si hesitas, scientiarum gurgitem seu abyssum appellare mavis, eius librum, quem sub meo
25 titulo (4) De laboribus Herculis quotidianis tenet in fabricis; legas

1. *P omette* undecimo 4. *L dà* menaſtro patre, *voce erronea dal Me emendata in* defuncto 6. munere *è stato aggiunto da me.* 7. prosaico] *L* z̄ cā *che Me legge ad arbitrio* in tali 9. *L* coāti 10. *L* celstis 12. *Me aggiunge* ac *innanzi a* cum 13. *Me* veluti *e legge* norma, *dov' è scritto* r.ª 15. sit *è aggiunto da noi per ristabilire il senso.* 16. *Me* nobilitat 19. *L* movit*; ma la prima asticella dell'* m *fu espunta. Me* movit *L* uberitate 22. *Me* physicae 24. *L* abyssus

(1) Cf. Tav. geneal. I, nota 2.

(2) Cf. Tav. geneal. I, nota 2.

(3) Su quest' argomento niun' altro fonte contemporaneo sa dirci cosa alcuna; ma non è davvero il caso di mettere in dubbio la parola di Domenico, così ben informato di quanto concerne il S. Cf. p. 356 di questo vol.

(4) Cf. *Epist.* lib. XIV, ep. x, p. 76 di questo vol. Sebbene non ne rimanga traccia veruna negli esemplari a noi giunti dell'opera Colucciana, pure non havvi motivo di negar fede a questo asserto.

elegantissimum librum illum, quem De religione et fuga seculi sub titulo Ieronimi Camaldulensis ordinis generalis edidit (1); legas heroica metra De bello Pyrrhi habito cum Romanis (2); tunc dices quod prius Naso dixerat de Marone:

Omnia divino monstravit carmine vates (3), 5

et quod ad Macrum, peritissimum poetam, idem Naso in secundo libro Ponti dixit:

Tu canis eterno quicquid restabat Homero,
Ne careant summa Troica bella manu (4).

At ne, cum multa dixero, plura de suis meritis pretermittam, hec 10 sit summa omnium dicendorum. Colucius Pyerius, mea sententia, solus est archane nature conscius, qui divina solus et humana complecti animo et eloqui stylo possit, adeo exuberanter quod omnes laudatos veteres antecedat. quis eorum, si adesset, non te summis titulis cunctarum scientiarum ac virtutum omnium predicaret? quis se 15 postponi tuis laudibus erubesceret? nam cecinit Empedocles carmina, dialogos Plato, Socrates imnos, Epycarmus modos, Xenophon hystorias, Xenocrates satyras. et si nimiam ista saperent vetustatem seu exterarum gentium sunt exempla iam vetustate corrosa, Romana non incelebria recentioraque accipe. prosa Maronem destituit et Naso- 20 nem; Titum Livium carmina, Valerium et Ciceronem (5). Colucius vero omnia ista colit tam prudenter et eleganter, quod nullus ambigat plenam sapientiam in eo esse. additur summa fides et benignitas incredibilis et modestia singularis: et, ut concludam, cetera humanitatis officia penes ipsum unum sunt. et quicquid dixerit, credas a divino 25 fonte relatum esse, quoniam oracula Delphis cessant (6) et a nemore Dodoneo prophetice abiere columbe (7). de te igitur scriptum arbitror .XII. Proverbiorum: de fructu oris tui replebitur unusquisque (8).

10. *Me* et 19. *Me omette* exempla; *in luogo della qual parola dà* etiam 21. *Me trasportò* carmina *dopo* Ciceronem 22. *L* nullis 28. .XII.] *Me* secundo

(1) Cf. nota 2 a p. 73 di questo vol.

(2) Cf. *Epist.* lib. IX, ep. VI; III, 58 sg. e p. 507 di questo vol.

(3) Ne' *Georgicon argumenta Ovidio Nasoni adscripta*, III, 4; cf. RIESE, *Anthol. Palatin.*, Lipsiae, 1869, pars prior, p. 10.

(4) OVID. *De Ponto*, II, X, 14-15.

(5) Cf. *Epist.* lib. XIV, ep. XXII; p. 166 di questo vol.

(6) Cf. IUV. *Sat.* VI, 055-56.

(7) Cf. SERV. *ad Verg. Aen.* III, 446.

(8) *Proverb.* XII, 14.

nec te, ut fictor, fabulator et adulator, verbulis meis laudo, quem incredibilis sapientie tuarum literarum abyssus laudat, predicat tua bonitas, eloquentia atque caritas in mortali homine non credenda. et ne plus tecum vager, ad alia expedienda tractus, tot et talia tui in-
5 genii viribus excudisti, quod fama, honor et gloria tibi obitum vitalem facient. crede nempe michi, crede, cantatissime vir insignis, quod, quamvis nunc clarus in orbe sis, vives tamen gloriosius in sepulcro.

2 (1).

Parte III, lib. VII, *De aquis dulcibus*, cap. Nevola (1).
10 [Cod. Laur. *Aed.* 170, c. 183 A; Vat. Reg. 1140, c. 215 A; MEHUS, op. cit. p. 245, ma parzialmente.]

Nevola Tuscorum fluvius a Pistoriensibus montibus defluens, amenissimam fertilemque bonorum omnium vallem nominat, quam irrigat (2). unde Colucius Pyerius ad Petrarcham de fluvio isto
15 loquens:

Quique dedit nostre cognomina Nevola valli (3).

et ut ad occasum eius veniam, preter Montemcatinum oppidum fluens, in paludem dicte vallis desinit; estque fama clarus famosissime pugne, qua Florentinorum copie duce Phylippo, Karoli secundi filio, qui prin-
20 ceps Tarentinus erat, a Pisanis et Lucanis magna cum cede fugate

4. *Me* tuis 5. *Me* extudisti vitalem] *Me* immortalem 7. *Me* quamvis vir clarus *ed omette* nunc 17. *V R* Montecat. 18. *L V R* pugna 19-20. *L* Kroli *ed omette* princeps

(1) Questo capitoletto, dove le lodi della Nievole offrono gradito pretesto all'Aretino d'intessere novelli allori alle chiome del S., si direbbe scritto da lui a bello studio per completare le notizie già recate innanzi nel *De viris claris* sopra la attività letteraria del Nostro. Il Bandini, oltre alle opere in prosa ed in verso già registrate nella *Vita*, ne enumera qui altre parecchie, antiche per data, e forse per dimenticanza passate sotto silenzio, quali le *Declamazioni*, il *Bucolicon*; o recenti, e quindi posteriori alla compilazione del suo primo elogio, com'a dire il *De verecundia*, il *De fato et fortuna*. La menzione di quest'ultimo libro è particolarmente interessante per noi, perchè essa ci prova come il capitoletto presente sia stato steso dopo il 1396; in quest'anno difatti, come già abbiamo constatato (cf. *Epist.* lib. IX, ep. XX; III, 145), Coluccio non aveva condotto a fine se non il primo dei due libri, onde è costituito il trattato.

(2) Cf. REPETTI, op. cit. III, 642 sg.

(3) È un verso tratto dai *Metra... ad Petrarcham* editi in *Epist.* lib. IV, ep. I; I, 238.

sunt. in quo quidem conflictu captus occisusque fuit Karolus, eiusdem Philippi filius, et Petrus, cognomento Tempesta, germanus ipsius Philippi, eodem prelio mortuus creditus, nusquam inventus est nec cognitum quo obierit casu (1). ideo dixit Colucius Pierius metrice hanc describens pugnam: 5

sub Montecatino
Fit pugna: heu, nostri cedunt horrentibus armis,
Occumbuntque duces Karolus et regia Petrus
Progenies; cadit ille ferox et marte cruento
Oppetit: ast alter qua vi, quo cesserit ictu 10
Incertum: nunquam corpus, nusquam arma reperta;
Nullus et in tanto iactavit se duce telum
Fixisse. incerto fruitur nunc ille sepulcro (2).

Sed pre omnibus gloriabundus est ortu Colucii Pierii, qui pre elegantia morum scientiarumque nitore inter mortales velud sidus fulgi- 15 dum matutinum enitet. ipse fere omnem studiorum materiam summo eloquio pertractavit; nam et orationes eius plurime (3), Bucolicum

1. *L omette* que *dopo* occis. 4. *L* Prierius 9. *L* marto 10. vi] *L* in 11. *L* corus 13. *L* increto 14. *Qui incomincia il brano trascritto dal Mehus (op. e loc. cit.). VR* gloriabantur *ed omette* est *Me* pro 14-15. *VR* allegancia 16. *L* euitet *che a questa parola fa seguire di nuovo* velut sid. fulgid. *VR* stadior. 17. *Me* bucolicon

(1) Sulla battaglia del 29 agosto 1315, famosa per tanti racconti, oltrechè il Repetti, op. cit. III, 351 sgg., ved. P. Pecchiai, *Un serventese ghibell. inedito per la batt. di Montecatini*, con appendice di nuovi documenti, in *Studi storici*, 1904, XIII, 337 sgg.

(2) Ignoriamo il componimento da cui questi versi provengono; ma forse era una delle egloghe Colucciane.

(3) È questo il solo accenno che negli scrittori del tempo si trovi intorno ai saggi d' eloquenza dati da Coluccio; giacchè il Villani esalta bensì l'efficacia e la forza di lui come oratore (cf. doc. xxi, p. 491); ma non rammenta veruno de' discorsi suoi. Ne' codici del tempo però noi abbiamo rinvenuti taluni di questi « sermoni », pronunziati dal Nostro in circostanze solenni, com' a dire il « Sermo Co« lucii Pyerii de Stignano cancellarii « Florentini habitus ad rever. in Chri« sto patrem et dominum dominum « Philippum de Alenconio Sabinen« sem episcopum cardinalem atque pa« triarcham Aquilegiensem in visita« tione facta per dominos priores ar« tium et vexilliferum iustitie populi et « communis Florentie », che risale al giugno 1381, e si legge nel cod. Vat. Capp. 141, c. 135 a; l'« Oratoribus « regis Francorum responsio facta per « dominum Colucium pro parte colli« gatorum et communis Florentie », che spetta ai fatti del 1382, e che ricorre, autografa, due volte nel cit. cod. Vat. Capp. 141, c. 7 e c. 184; ed in copia assai tarda, nel ms. Marucelliano C. LXXXIX, c. 7; l'« Exhorta« tio facta per ser Colucium cancella« rium Florentinum per modum aren-

eius carmen[1], poemata De bello Pyrrhi regis Epirotharum, heroico stilo, venusta sententiis[2], liber De seculo et religione, ad Ieronimum, sacratissimis litteris ultra vividum eloquium exornatus[3], in manibus cunctorum sunt nec sine admiratione legentium leguntur.
5 publice, legantur, morales, familiares ac catholice eius epistole, in quibus quid nisi virtutum custos et viciorum hostis occurrit; legatur liber De verecundia[4]; legantur Labores Herculis, quamquam nondum in publicum venerint, quia quotidie poliuntur[5]; in quibus tam efficacissime universos Herculeos errores dissipat, ut aurea videatur
10 secula reformare. vult demum quod superata tellus sidera donet[6]. legatur gurges profunditatum, abyssus verius in eius libris De fato, casu et fortuna[7]. desipiunt igitur quicumque Nevolam, Stignanum universamque vallem eius gratia non honorant. R. li. vir. ca. Colucius.

2. *Me* heroica *VR* liber *corretto in* libri 3. *L* uuiidu*3* *VR* uuudum*; parola inintelligibile. Me lesse* mundum 4-5. *Me omette* leguntur *e trasporta quindi il* publice *dopo* legantur, *aggiungendo un secondo* legantur *dopo* morales 6. *Me* nil nisi quod*; ma* nil *manca in L e VR; ho dunque preferito correggere* quid nisi 8. *VR* publicam 9. *VR omette* Herculeos 12. *L* discipiunt *Me* dissapiunt

« ghe sive sermonis de defendendo « civitatem Bononiensem contra Co- « mitem Virtutum », riferentesi agli eventi del 1389, e conservata, oltrechè dal codice Lat. 3121, c. 183 B, della Imperiale di Vienna, dal ms. 182, c. 60 A, dell'Universitaria di Bologna. Oltrechè in orazioni da pronunziare veramente alla ringhiera, il S. erasi pure esercitato nel comporre declamazioni sul tipo classico; ed a tacer della celebre declamazione di Lucrezia (cf. Epist. aggiunte, III, p. 253 di questo volume), noi conosciamo di lui altre due produzioni congeneri: la « Declamatio quod melius regnum « sit successivum quam electivum » e viceversa (cod. Vat. Cappon. cit. c. 61, autografa; cod. Maruc. cit. c. 57), e l'altra « Questio est coram « Decemviris quid in re civili statuen- « dum sit qui fecerint carmen famo- « sum contra aliquem vel ipsum reci- « taverint » (cod. della Naz. di Firenze Panciatich. 121, c. 95 B, per passar qui sotto silenzio altri mss. che la contengono pure).

(1) Cf. *Epist.* lib. VI, ep. xv, lib. VII, ep. iv; II, 190, 266.

(2) Chi desse retta a Domenico, dovrebbe credere che il poema fosse stato dal S. condotto a fine ed anzi divulgato, il che non fu mai; ved. *Epist.* lib. IX, ep. vi; III, 58 sg.

(3) Cf. *Epist.* lib. V, ep. v; II, 10.

(4) Cf. *Epist.* lib. X, ep. ii; III, 182, ed anche lib. VII, ep. iv; II, 266 sg.

(5) Cf. *Epist.* lib. XIV, ep. x; p. 76 di questo vol.

(6) Cf. L. A. Sen. *Trag.* Herc. Oeth. act. V, 1983 sgg.

(7) Cf. la nota al doc. xxi, p. 494 di questo vol.

3.

Parte III, lib. VII, *De aquis dulcibus*, cap. Stagnipesius.

[Cod. Laur. *Aed.* 170, c. 188 B; Vat. Reg. 1140, c. 21 B.]

Stagnipesius (1) valli Nevole fluvius parvus est, defluens ex promuntorio, quod incole Montem maiorem vocant (2), in finibus Boyani oppidi (3), per vallem inter Boianum et Stignanum radens menia castri burgi Boiani. de quo sic scripsit Colucius Pierius in carmine suo bucolico:

> tacito tecum quo pectore meres,
> Collibus in patriis, quos pinguis obumbrat oliva
> Viniflueque tegunt felici palmite vites
> Quosque suis modicis Stagnipescis irrigat undis? (4)

hic quidem nec piscium ubertate nec aquarum copia clarus est; gloria tamen Gangem superat, quin etiam Nilum, Danubium, Padum, Eufratem ceterosque quos unquam legerim, eo quod Stignani rupes et eius irrigat planitiem alluitque predia illius divini vatis quem, quadam admiratione commotus, sepius fortasse laudo quam qui, eius bonitatis ac scientiarum gurgitis inexpertus, credat necesse esse: Colucii Pierii, scilicet, quem nec nimis sepe laudavero iudicio sapientum.

XXIV.

(Cf. tav. II, nota 1).

Elogio di Coluccio Salutati scritto da maestro Marzagaia di Verona (5).

[MAG. MARZAGAIAE *De modernis gestis* lib. IV, De prole laetatis, cap. XII in CIPOLLA, *Antiche Cronache Veronesi*, Venezia, 1890, I, 330-31.]

Colucius Pierius de Stignano.

Verona, 1420 circa.

AMPLISSIMA facundioris ingenii facultate, felicioris fortune fastigio locandus Colutius Pierius Lucanus, etiam extra Italiam Eliconium

6-7. *L* ridens *ed omette* burgi 9. *VR* quod *forse* quid*?* 11. *L* vini fluantque - planicie 12. *L VR* tuis *L* stagnipestis - udis 13. *L* clarius 15. *VR* nunquam *L* Strignani 16. *VR* preda 18. *L* gugitis *L* crodat *(sic)* 18-19. scilicet] *L* si *(sic) ed omette* nec

(1) Su questo piccolo corso d'acqua, ignoto al Repetti, cf. ANSALDI, *La Valdinievole illustr.* II, cap. III, Vallecola della Borra, pp. 185, 189 &c. Più che sotto il nome, semidimenticato, di Stan di Pesce, è ora noto come la Cessana.

(2) Cf. ANSALDI, op. e loc. cit.

(3) Cf. REPETTI, op. cit. I, 370 (Buggiano alto).

(4) Questi vv. facevan probabilmente parte di un' egloga andata perduta.

(5) L'elogio del Salutati enfatico,

decus, cui totam se amitiorem opulentissimo sinu sors prestantissima dedit. eius enim etatem et prudentissimis consiliis fetam et amicorum illius tutissimi roboris Florentini (cuius non velut amicus?) numerosam et Castalii Pierio sacratam fontem ad famosam dignisque laudibus reboantem Italicis senectutem duxit: ad optime indolis prolem masculam patrique simillimam numero duodecimam viventium tempore uno natorum illum natura optimi benefitii prompta pervexit. hic alter et ipso Massinissa, felitior quatuor et quinquaginta felice natis, opibus amplioribus, regno; patri enim penituos (*sic*) gaudeat genuisse compares; hic alter vite suo gratissimo apparatu pro republica et ipso Massinissa felitior: regnum, pondus scelerum grave: dulcis, tuta et stabilis aula. gratum decus, gratum nature virum, gratum propensius ad utrumque sue sortis vultum severissime notum. grata multiformis exercitii studia: tam recognoscentis potentie comunis propagationem, victoriam, triumphalem gloriam examinantia conscendere. gratum ergo vitam private caritati illius munificentissime reipublice anteponentem beneficia. quid ultra calami imbecillitatem detegam, si parem meritis virtutum cumulum representare frustrabor? inter humana felicem tantum ad tutos angulos fortune susceptum.

XXV.

(Cf. tav. II, nota I).

Vita di Coluccio Salutati scritta da Giannozzo Manetti[1].

[Cod. Vat. Urb. 387, c. 154 B; MEHUS, *Vita A. T.* p. CCLXXXVIII.]

De illustribus longaevis, lib VI, n. 31, Coluccius.

Firenze, 1439.

COLUCCIUS, cognomento Linus, ex quodam Stignani opido, stirpe antiqua, quam de Salutatis vocant, oriundus, a patre Piero in ipso

oscuro e sostanzialmente vuoto, che maestro Marzagaia da Verona ha verso il 1420 voluto inserire in quel suo singolare trattato *De modernis gestis*, non avrebbe forse meritato l'onore di venire qui nuovamente prodotto se, oltre a darci una prova della persistenza della fama del Nostro, non sollevasse altresì un piccolo problema intorno al numero de' figli da Coluccio generati. Per lui difatti il grammatico veronese non ha rinvenuto sede più confacente di quella dove si discorre di coloro che andarono chiari

(1) V. p. 510.

adolescentie sinu post prima litterarum elementa artibus libero dignis, que liberales appellantur, deditus, excellentia ingenii brevi tempore mirum in modum profecisse videtur; nam et gramaticam et dialeticam

per abbondanza di prole. Ma, assegnando al cancelliere fiorentino dodici figliuoli, tutti vivi, Marzagaia ha forse prestato fede a testimonianze di fede non degne, poichè, come noi abbiamo provato ampiamente, servendoci delle sue testuali e ripetute dichiarazioni, il S. non vide mai riuniti d'intorno a sè più di dieci figli. Cf. *Epist.* lib. VII, ep. XIV; lib. VIII, ep. I; II, 185, 360; Epist. agg. III, p. 251 di questo vol. e Tav. geneal. I, nota 1, p. 390 di questo volume.

(1) Come Marzagaia aveva giudicato opportuno dare luogo al S. nella schiera di coloro cui toccò in sorte numerosa e florida prole, così il fiorentino Giannozzo Manetti stimò doveroso assegnargli un posto in quell'opera che, sotto l'influsso di un noto trattato Lucianesco, ridotto latino da Lapo di Castiglionchio ed a lui stesso dedicato, si piacque dettare intorno agli illustri longevi di tutti i tempi e di tutte le nazioni. A dir vero, il S., morto a settantacinque anni, non poteva passar proprio come un esempio di longevità; ma dall'un lato Giannozzo, timoroso che gli venisse meno la materia tra le mani, s'era proposto di celebrare come longevi « omnes quoscumque viros memoratu dignos a conditione orbis usque ad haec tempora ... qui septuagesimum aetatis suae annum vel excesserint vel saltem attigerint » ; dall'altro non avrebbe certo ei badato a minuzie, quando si trattava d'una gloria fiorentina! Anche il Nostro figurò dunque tra i vecchi illustri, accanto al Petrarca ed al Boccaccio, in quel sesto libro dell'opera Manettiana destinato a passar in rassegna gli oratori, gli storici ed i poeti. Ne' primi cinque, cosa che i più ignorano oramai, si rammentano i vegliardi insigni del Vecchio e del Nuovo Testamento (I-II), gli imperatori romani ed altri grandi Latini pervenuti a tarda età (III), i monarchi e gli uomini insigni d'altre nazioni (IV), i filosofi (V)

Il libro del Manetti, condotto quasi a termine, giaceva sepolto nel suo scrigno, quando, correndo il 1439, capitò a Firenze un giovine e nobilissimo hidalgo, Nuño de Guzman, che la ingiustificata avversione del padre suo, il vecchio Don Luis Gonzalez de Guzman († 1443), da più che quarant'anni Gran Maestro dell'Ordine di Calatrava, uomo fiero e superbo, aveva per la seconda volta stimolato ad abbandonare la patria e la casa avita. Il Manetti conobbe il giovine spagnuolo ed impietosito de' casi suoi, non solo compose in nome di lui un'apologia da presentare al rigido vegliardo per placarne le ire, ma volle a costui anche offerire in omaggio il suo trattato *De illustribus longaevis.* Mirabile a dirsi! Il dono di tant'uomo raddolcì il Gran Maestro, che perdonò al figliuolo e lo richiamò tosto presso di sè. Questo curioso episodio ci narrano in brutti versi l'anonimo autore (forse Bernardo Davanzati?) della biografia poetica del Manetti, la quale si legge nel cod. della Naz. di Firenze Panciat. 52, cc. 106B-107A; VESPASIANO DA BISTICCI nella interessante biografia di Nuño da lui inserita nelle *Vite d'uom. ill.* ed. Bartoli, Firenze, 1859, p. 517; e lo stesso GIANNOZZO nell'*Apologia Nunnii equitis Hispani per I. M. dictatam ad dominum Ludovicum Gusma-*

tenera etate pre ceteris facultatibus prosecutus, plurima veterum gramaticorum et dialeticorum assidua lectione perlegit. sed non multo post huiusmodi artium studiis penitus omissis, ut genitoris mandatis obtemperaret, invitus ad ius civile se contulit. in hac iuris cogni-
5 tione parumper commoratus est, quoniam ad oratoriam et poeticam suapte natura et quotidianis quibusdam stimulis agebatur; nam earum amore usque adeo flagrabat, ut, ceteris pretermissis, has dumtaxat facultates adamarit ac tantummodo retinuerit. quibus quidem in rebus quantum laudis et glorie consequeretur, vix dici potest; siquidem,
10 cunctis nature muneribus ornatus, tantam legendi et exercendi sui diligentiam adhibuit, ut et ceteris sue etatis hominibus facile prestitisse et quasi ad ea natus et ab aliquo deo factus esse videretur. testes huius rei sunt plura litterarum monumenta que in utraque facultate posteris legenda reliquit. in poetica enim, preter plurima ac pene

8. *Me* adamaverit

num patrem et dominum suum, conservata ne' codd. Vatic. Palat. Lat. 1601, cc. 94A-134B e Vatic. Urbin. Lat. 5, cc. 252A-282B. Cf. A. MOREL-FATIO, *Notice sur trois mss. de la biblioth. d'Osuna* in *Romania*, XIV, 1885, p. 102 sgg.; M. SCHIFF, *La bibliothèque du Marquis de Santillane*, Paris, 1905, app. I, p. 449 sgg.; ed il mio lavoretto: *Nuño de Guzman* in *Studi Medievali*, III, 1908.

Noi non siamo oggidì punto disposti a condividere gli entusiasmi del Gran Maestro di Calatrava per il lavoro Manettiano. Tra le parecchie enciclopedie biografiche, cui diede vita il gusto spiccato degli uomini del Rinascimento per cotesto genere letterario, quella compilata dal buon Giannozzo non si distingue per pregio alcuno nè di sostanza nè di forma. Nulla di nuovo, di rilevante, d'individuale in quella lunga serie di « vite », scritte *currenti calamo*, sulla scorta di fonti tutt'altro che peregrini (cf. MASSÈRA, op. cit. pp. 329, 336). La biografia del S. non si scosta per niente dalle altre: è fatta sul medesimo stampo. Giannozzo ha preso per suo « duca » Filippo Villani, di cui ricopia quasi alla lettera interi periodi (oltrechè il testo latino conobbe delle *Vite* anche la versione toscana); e questi brani ricucisce insieme con frasi elogiative inconcludenti; trascrive per ultimo un brano di epistola del S. stesso (cara al suo cuore paterno, dolorante per la perdita recente d'un prediletto figliuolo): e il giuoco è fatto. Ad onta di ciò, non essendo lo scritto del Manetti uscito più alla luce dopo che il Mehus l'esumò dal cod. Vatic. Urb. 387, per riseppellirlo in una pagina della *Vita A. Traversarii*, abbiamo creduto utile riprodurlo, dopo averlo collazionato sullo stesso cod. di cui il Mehus s'era servito. Altri tre codd. del *De illustribus longaevis* possiede la Vaticana, ma in essi il libro VI ed ultimo fa difetto. Cf. F. PAGNOTTI, *La vita di Niccolò V scritta da G. Manetti* in *Arch. della R. Soc. romana di storia patria*, 1891, XIV, 429.

innumerabilia carmina hinc inde varie dispersa(1), octo eglogas lepidis versibus conscripsit et opusculum quoddam De questione Phillidis exametris pentametrisque carminibus composuit et multa alia hac poetica facultate litteris mandavit. in soluta quoque oratione epistolas privatas et publicas pene infinitas ita egregie dictavit, ut in hoc epistolari genere solus consensu omnium regnare diceretur. De laboribus Herculis librum edidit, in quo quicquid veteres poete historicique de Herculibus tradiderunt in unum diligenter et accurate congessit. De fato et fortuna, De laude legum et medicine, De tyranno, De morte Petrarce(2), De seculo et religione ad Hieronimum heremitam, De verecundia ad Antonium phisicum Faventinum libellum conscripsit. Invectivam insuper contra Antonium Luscum, a quo Florentini populi nomine multis contumeliis et iniuriis lacessitus fuerat, graviter simul atque eleganter respondendi gratia composuit; atque hec omnia pluraque alia in maximis privatarum et publicarum rerum occupationibus memorie mandavit. magnum namque familie ac decem liberorum onus gubernabat; et Florentini populi scriba omne civitatis pondus suis humeris sustinebat. etenim .XL. circiter .V. etatis sue anno ad hunc dignitatis gradum publice delectus, illud munus ultra .XXX. annos usque ad extremum vite sue diem magna cum nominis sui gloria exercuit, nam .LXXVI°. etatis sue anno feliciter obiit; quippe, amplo satis patrimonio et pluribus adolescentibus filiis et magna librorum copia simul cum singulari quadam nominis sui gloria relictis, ob memorata rerum suarum monumenta lauream promeruit, quod sibi ac Petrarce tantummodo contigisse legimus, ut instar veterum poetarum alter vivus, alter mortuus, laurea corona post multa temporum curricula insigniri mererentur(3). fuit stature plus quam mediocris, licet aliquantulum

3. *Cod.* ac 5-6. *Cod.* epulari 13-14. *Me muta a torto in* nomen *il* nomine *del cod. e quindi* lacessitus *in* lacessitum

(1) È quest' un' amplificazione che nulla giustifica. Certo il S. in gioventù aveva scritti molti versi latini e volgari (cf. *Epist.* lib. VII, ep. IV; II, 266); ma che cosa poteva mai saperne ai suoi giorni il Manetti?

(2) È quest' un' opera che il Manetti allega sulla fede del traduttor delle *Vite* Villaniane; cf. doc. XXIII, p. 500 di questo vol.

(3) Il Manetti ignorava evidentemente che ad un altro poeta fiorentino del sec. XIV fosse toccato, in grazia d' un imperiale capriccio, l' alloro.

recurvus incederet, facie vero rotunda, latis pendentibusque maxillis; tristis ac severus aspectu (1), mirabilisque constantie, quod, ut alia omittam, in morte duorum adolescentium filiorum Petri et Andree manifestissime demonstravit. nam in funeribus eorum ita modeste se gessit,
5 ut non modo lacrimas non emitteret, sed etiam domesticos flentes egregie consolaretur, idque precipue in obitu Petri, qui unica spes sua esse videbatur, fecisse dicitur. ab eius namque latere toto egrotationis sue tempore numquam discedebat, ut extremum filii spiritum forte hauriret; quem ut toto pectore accepit, illico supinum cadaver statuit,
10 palpebras oculorum propriis manibus composuit, labia clausit, manus insuper et brachia in crucem constituit. ad extremum cum vultus eius etiam atque etiam intueretur, nullum mestitie signum, mirabile dictu!, exinde discedens pre se tulit. atque hec omnia ipse in epistola quadam, in qua de acerba huius filii sui morte ad amicum consolan-
15 tem rescribens, sese fecisse testatur (2).

XXVI.

Vita di Coluccio Salutati scritta da Marcantonio Nicoletti (3).

Vite de' scrittori illustri volgari, lib. VII, n. 5,
20 Coluccio Pierio Salutati.
[Ms. senza segnatura della Comunale d'Udine, p. 20.]

Udine, 1550 circa.

ACCIOCCHÈ con egual superbia d'una felice influenza d'ingegni rari si vantassero Fiorenza et il Fiorentino territorio, Coluccio Pierio

15. *Ci si attenderebbe* rescribit

(1) È questo passo tolto alla versione toscana della *Vita* del Villani; cf. doc. XXIII, p. 500 di questo vol.

(2) Ved. *Epist.* lib. XI, ep. XXIII; III, 421.

(3) Marcantonio Nicoletti, notaio cividalese, vissuto dal 1536 al 1596 (ved. FRANC. DI MANZANO, *Cenni biografici dei letter. ed artisti friulani dal sec. IV al XIX*, Udine, 1885, p. 139), allietò i propri ozi compilando con criteri abbastanza curiosi una collana di *Vite di scrittori illustri volgari,* distribuita in sette libri; la quale, dopo essere rimasta lungamente obbliata, aveva tra gli eruditi suscitata una certa aspettazione, che il CRESCINI, *Le vite degli scritt. volg. di M. N.* in *Per gli studi romanzi*, Padova, 1892, p. 169 sgg., venne, illustrandola, a sfatare. Nell'ultimo di cotesti sette libri è inserita appunto la breve biografia del Nostro che qui si pubblica, a documento di una fama che, fuori di Firenze, era

della famiglia de' Salutati (altri dicono Salviati)[1] nacque in Stignano villaggio non ignobile. con chiara felicità di fortuna havendo per lungo tempo vivuto in Bologna dove altre volte suo padre appresso un suo ospite con una cortesia veramente ospitale era stato intertenuto, fece costui così ampio cumolo dell' arti liberali, che in breve per acutezza di singolar giudicio (beneficio scelto et pretioso di natura) riportò le lodi e d' eloquente oratore e di dolce poeta. per la qual cosa la Fiorentina repubblica col titolo honorato di cancelliere et segretario lo chiamò al servitio suo: nel qual offitio si portò Coluccio con una fede così inclita, con una prudenza così esquisita, che Giovanni Galleazzo conte di Virtù, duca di Milano, mantenendo contra Fiorentini gravissima guerra, era solito a dire che una delle epistole di Coluccio gli noceva assai più che mille cavalli degli adversarii[2].

La prosa di questo huomo era da' dotti ragionevolmente ammirata, come quella che d' ogni intorno spargeva argomenti et lumi dell' antica eloquenza. ma i principi inestimabilmente lo lodavano perchè a guisa di una ben accomodata macchina bellica che difende gli amici,

4-5. *Cod.* intervenuto

ormai quasi ammutolita. E forse se Coluccio stato non fosse notaio, il sere friulano non l' avrebbe nemmeno rammentato.

Delle *Vite* del Nicoletti il cod. autografo conservavasi fino a pochi anni fa nella privata libreria dei conti di Manzano a Giassico (Brazzano, Austria). Non avendone potuto ottener copia, ho condotto la stampa sopra una trascrizione recente dell'opera che si ritrova presso la Comunale d'Udine.

(1) Lo scambio tra i due nomi, Salutati e Salviati, facilitato dall'antico uso di scriver come u il v, avviene non di raro ne' documenti fiorentini del sec. XV e del XVI. Ved. p. es. F. L. Del Migliore, *Zibald. stor.* n. 402, p. 304, allegato a p. 398 di questo volume.

(2) In questa prima parte della biografia aleggia come un vago ricordo della prosa Villaniana; ma in realtà l' impressione è fallace, il Nicoletti non avendo fatto altro che parafrasare il capitoletto dedicato al Nostro da Raffaello Volterrano: « Post hos « Colutius Pierius e Stignano vico « agri Florentini e familia Salutato- « rum Bononiae diu agitavit, quo pa- « ter olim Florentinorum discordia « pulsus, apud hospitem se rece- « perat. profecit in artibus liberalibus, « adeo ut poeta et orator ea tempe- « state nobilis haberetur. adcersitus « deinde a Florentinis scriba reipu- « blicae, in eo munere decessit. quae- « dam et ipse ędidit ut illius temporis « non usque quaque inepta. Ioannes « Galeatius dicere solebat plus ei Co- « lutii epistolas officere quam Floren- « tinorum, quibus tunc erat hostis, « equites mille »; Raph. Volaterrani *Commentar. urbanor. octo et triginta libri* &c., Basileae, MDXLIIII, lib. XXI, c. 245.

offende i nemici, con notabil gravità di argomentationi filosofiche et inespugnabili, confirmava le proposte et risposte de' Fiorentini, et atterrava affatto le ragioni de' temerarii. perilchè il duca per levarselo dinanzi (chè la ragion scellerata di guerra con egual bilancia
5 d'odio et di morte così pesa le operationi di penna et di lingua, come i movimenti di spada et di lanza) gli scoccò addosso più trappole; et tra l'altre tenne modo, ch'una lettera, contraffatta la mano di Coluccio, fu portata alla Signoria, nella quale erano scritte molte cose contro lo Stato. questa con qualche alteratione degli animi nel senato gli
10 fu data, et egli domandato di chi era quella mano, avendola prima senza mutar di volto, senza vacillar di voce, letta, la mano (intrepidamente rispuose) è ben mia, ma io non la scrissi mai. la qual risposta (tanto può alle volte l'innocenza conosciuta delle precedenti attioni) lo liberò affatto d'ogni sospetto anco del pensiero nonchè del-
15 l'esecutione di tale indignità (1). sicchè questo huomo, a gran beneficio publico, fino all' estrema uscita dello spirito conservò il grado suo, felicemente godendo i premi della sua sincera fede. egli con stupore fermava gli occhi et il pensiero sopra gli scritti dell' antichità: ma non però sprezzava i componimenti et inventioni de' suoi tempi,
20 havendo con special devotione in grandissimo honore il Petrarca et il Boccaccio. onde sopra i sonetti dell'uno, quando dopo l' espeditione de' più gravi negotii dava all'intelletto le hore di ricreatione, et nei fonti delle poesie italiane abbondantemente bagnava le labbra, ci lasciò vaghi et dotti argomenti (2); et in lode dell' altro essendo
25 solito bene spesso andar a Certaldo, et per maraviglia fermar il passo al sepolcro di quel chiarissimo padre et regolatore della toscana favella, fece imprimer in pietra un suo epigramma latino, che fin' hoggidì si legge (3). scrisse ancora molte altre cose non indegne affatto

3. *Cod.* attirava

(1) Cf. su quest' episodio e le sue fonti le note all' ep. III tra le Aggiunte, p. 248 di questo volume.

(2) Il Nicoletti deve aver qui scambiato l'*Africa* col *Canzoniere*, e reso effettivo un proposito che il Nostro non concretò mai; cf. *Epist.* lib. IV, ep. V; I, 252.

(3) Che il S. abbia composti dodici esametri in onore del Boccaccio, da essere uniti a quelli che il Certaldese aveva dettati per la propria pietra sepolcrale, è risaputo; e notissimo è pure che que' versi furono scolpiti sopra un marmo della chiesa di S. Iacopo in Certaldo, dove ancora si leg-

di quel secolo et del giudicio di Leonardo Aretino, che sinceramente l'amò, chiamandolo persona dotta et giudiciosa in quella sua dotta epistola, nella quale gli dedicò quel divino libretto, da lui dal greco fatto latino, che Basilio Magno compuose per mostrar ad alcuni suoi parenti giovani, in qual maniera, senza nocumento della pietà chri- 5 stiana, si possono leggere i libri profani et gentili (1).

XXVII.

(Cf. tav. II, nota 10).

Epistola di Leonardo Bruni a ser Bonifazio Salutati ed ai fratelli di lui (2). 10

[L. Bruni Arr. *Epistolar.* libri VIII, ed. Mehus, pars I, Florentiae, MDCCXLI, lib. II, ep. XI, pp. 45-47.]

Leonardus Bonifacio Colucii filio fratribusque s. p. d.

Siena, 1408.

QUANTAM parenti vestro, homini doctissimo viroque prestantissimo, pietatem, mortuo etiam, prestare debeam, nec oblitus equidem 15 sum nec unquam, uti spero, quandiu vita supererit, obliviscar. quid

gono. Ved. G. De Poveda, *Del sepolcro di m. G. B.* &c., Colle, 1827, p. 5 sgg. Cf. anche *Miscell. stor. della Valdelsa*, 1904, XII, 161, 165. Ma che Coluccio facesse meta di passeggiate Certaldo, questa è peregrina trovata del sere cividalese, poco pratico, per fermo, della topografia di Toscana.

(1) Cf. su quest' argomento *Epist.* lib. XIV, ep. XXIII, p. 184 di questo volume.

(2) Non è difficile determinare la data approssimativa della presente epistola, ove si consideri il luogo da cui fu scritta. A Siena papa Gregorio s'era trasferito, abbandonando Lucca, di cui il soggiorno gli era divenuto insostenibile, il 14 luglio 1408, ed accolto con festoso rispetto da quella cittadinanza, vi si trattenne il resto dell'anno ed alcuni mesi del 1409, finchè non sopravvennero l'apertura del concilio di Cividale (6 giugno 1409) ed altri fatti ad indurlo a lasciare la protezione della lupa per ricorrere a quella del re di Napoli. Cf. Valois, *La France et le grand schisme d'Occid.*, Paris, 1902, IV, 16 sg., 112 sgg.

Datata com'è da Siena, la presente non può dunque giudicarsi scritta nè prima del luglio 1408, nè dopo il giugno 1409. Ma v'è maniera di precisarne anche meglio il tempo. Noi sappiamo che, cedendo alle esortazioni rivolte loro dal re di Francia, i Fiorentini sulla fine del 1408 cominciarono a fare la voce grossa con il pontefice; anzi, in attesa di ulteriori e più gravi risoluzioni, il 26 gennaio 1409, gli ritirarono la disposizione dei beneficî ecclesiastici. Ora siccome in quest'epistola si accenna appunto a prebende collocate nella diocesi fiorentina, di cui Gregorio XII aveva a suo beneplacito disposto, ovvio riesce credere che il fatto fosse avvenuto prima che la repubblica intimasse al papa la sua

enim, si me genuisset, ille plus aut caritatis aut benivolentie aut amoris michi potuit impartiri? multi genitores a filiis se rogari expectant: ille semper michi ultro et inrogatus occurrit. multi frena dimittunt filiorum, cum adolescere ceperunt; ille in hac ipsa etate frena mei su-
5 scipiens, nunquam e curriculo deflectere passus est, sed monendo, castigando, incendendo ad virtutem prestantiamque direxit. quod grecas didici litteras, Colucii est opus; quod latinas non leviter inspexerim, Colucii est opus; quod poetas, quod oratores, quod scriptores ceteros legerim, didicerim, cognorim, Colucii est opus. nemo unquam parens
10 in unico dirigendo filio tam sedulus fuit quam ille in me, cuius ingenium, in quo tamen amore nimio decipiebatur, ita natum ad hec studia predicabat, ut si aliorsum diverterem, manus sese michi allaturum ac vi retracturum minaretur. qui post aliquos annos, cum me tunc primum vocatu pontificis Romam petere volentem, lacrimans dimitteret,
15 quasi presagio quodam future mortis, familiam michi suam multis verbis commendavit, sed precipuam de Salutato curam mandataque iniunxit. eum sane, inquit, quod oculis non satis valeret, nulle ferme rei gerende satis aptum, permagnam sibi curam sollicitudinemque afferre. nam de ceteris, quoniam sani essent, minus admodum laborare; huic autem
20 videndum esse iam nunc et que sustentamenta vite sint preparanda; statuisse vero potissimum, ut in clericos transcriberetur. proinde rogare me obtestarique per amorem, quem erga me unum semper unice habuisset, ut adolescentem ipsum in meam fidem tutelamque reciperem, efficeremque mea opera, ut cum aliqua dignitate et honestate vitam
25 ducere valeret. hoc ego tunc in meam fidem cum recepissem, quid enim nunc de me ac de desiderio narrem meo, qui non minus erga

risoluzione (cf. Valois, op. cit. IV, 55). Quindi ne concluderemo che la presente dovett'essere scritta negli ultimi mesi del 1408.

Più agevole riuscirebbe la dimostrazione cronologica, se noi conoscessimo con precisione la data del passaggio d'Antonio Casini dalla sede senese alla pisaurense, onde rimasero liberi i due beneficî che il Bruni dice aver postulati per sè. Ma su questo punto non v'è troppa concordia tra gli illustratori de' vescovadi italiani. Così il Gams, op. cit. p. 715, assegna la traslazione d'Antonio a Pesaro al 1406; cosa che l'Eubel, op. cit. par. I, p. 415, non par disposto ad ammettere. Certo è, ad ogni modo, che il Casini era già eletto, come mostrano i documenti citati dall'Eubel, il 1 ottobre 1407. Ciò non vuol dire, però, ch'egli abbia subito rinunziato ai beneficî, cui Leonardo aspirava per il suo protetto, beneficî che costui riuscì tuttavia, e pare senza difficoltà, ad ottenere nel 1409.

Colucium quam erga parentem semper affectus fuerim? sed velle quidem non satis est nisi opereris; nec vero id satis, nisi prudenti studio annitare; nec etiam id satis, nisi ad effectum perducas. qui enim in fidem suam quid recipit, non voluntatem bonam dumtaxat, ut michi videtur, nec qualemcumque operam prestare contentus esse 5 debet. affirmare profecto possum, nec vivente illo[1] neque postea defuncto studium et diligentiam ista quidem in re michi defuisse. apud duos adhuc pontifices fui: Innocentium et Gregorium. cum utroque sepissime de hac re et instantissime egi; sed ita plena est expectantium curia, imo vero non expectantium, sed obviam euntium, ut quotiens 10 aliquid vacaverit, a mille raperetur. gratiam vero nostram minuit, quod nos non pro nobis, sed pro alio petebamus; clarissimi quidem viri filio, quis negat?, attamen absente et a familiaritate pontificis alieno. itaque qui presentes vel pontifici ipsi vel alicui patrum deserviebant, semper adhuc prelati sunt petitioni mee, et ea quidem causa, quominus 15 adhuc obtinuerimus refragata est. quod postquam satis expertus sum, ad consilium versus, constitui personam meam pretexere: neque enim alium finem ullum fore videbam desiderio nostro. postulabatur ergo nuper venerabilis vir Antonius Senensis episcopus ad episcopatum Pisauri[2]: ob id factum duo illius beneficia vacatura sperabantur, ca- 20 nonicatus Florentine ecclesie et prepositura Fesulane. hec ego ita fore aptissima Salutato existimabam, ut si nos effugerent, nunquam alias me consecuturum eam facultatem arbitrarer. sentiens ergo quid me hactenus impedisset, non iam pro illo, sed pro me ipso petere professus sum. pontifex vero, etsi admirabatur mutatam voluntatem 25 meam; nam episcopatum michi ab Innocentio oblatum sciebat me respuisse; tamen concessit; nec deest tamen illi, ut animadvertere potui, suspicio, quam diluemus simulatione et mora quadam interposita.

Hec ego vobis nota facere constitui, ut sciatis hec beneficia Salutato nostro impetrasse, etsi dilatio intercedat quedam oportet, ne pon- 30 tifex indigne ferat se hoc pretextu circumventum fuisse. vestrum

(1) Abbiamo difatti un'epistola del Bruni a Coluccio del 4 agosto 1405 (*L. B. epist.* ed. Mehus, lib. I, ep. IV; I, 7; Luiso, op. cit. n. 5, p. 5), in cui gli scrive: « De Salutato autem « curabo diligenter, ut ita fiat, quem- « admodum fieri postulas ».

(2) Su di Antonio Casini vedasi *Epist.* lib. XIV, ep. VIII, p. 36 di questo vol.

quoque interea fuerit commonefacere Salutatum, ut, quoniam beneficia habet parata, det operam efficiatque ne ipse imparatus ad illa que clericum scire decet, reperiatur. valete. Senis.

XXVIII.

5 (Cf. tav. III, nota 1).

1) Estimo dei beni d'Arrigo di Coluccio Salutati in Stignano.

[Frammento d'*Estimo* di Stignano del 141.., conserv. nell'Agenzia delle tasse di Pescia (1).]

Stignano, 1410-1415?

ARRIGHUS domini Coluccii de Salutatis de Florentia habet de extimo 10 Filippi Righi Filippi de Stignano in Parignana iuxta viam communis, Cechum Balduccii, Iohannem Pieri et Nannem Bonaiuncte quart. .IIII°. ext. lib. .X.

2. Item, habet de dicto extimo dicti Filippi alla Forra nera iuxta viam comunis a duabus, Iohannem Pieri et Cechum Nuchi quart. .IIII°. 15 ext. lib. .VI.

3. Item, ibidem et de dicto extimo iuxta heredes domini Coluccii a duabus Altopassus, Orsuccium Vannis et Nannem pelliparium della Costa quart. .IIII°. schal. .XX. ext. lib. .VII.

4. Item, habet de dicto extimo dicti Filippi Righi in Prunechio iuxta 20 Altopassum, viam comunis, Iohannem Pieri quart. .II. ext. lib. .V.

5. Item, habet de extimo Ciechi Nuchi de Stignano a Vechieti iuxta viam comunis a duabus et Iohannem Pieri quart. .III. ext. lib. .IIII. s. .X.

6. Item, habet de dicto extimo supradicti Cechi ibidem iuxta viam comunis, Righum Filippi et Michaelem Vannuchi quart. .II. ext. lib. .III.

25 7. Item, habet de dicto extimo supradicti Cechi a Vechieti iuxta viam Fey, Bartholomeum Cechi et viam veterem et dictum Cechum que est secundum rey veritatem quart. .III., non obstante quod in dicta partita dicatur quart. .II. extimatur lib. .IIII°. et sol. .X. non obstante quod sit extimata lib. .III. ext. lib. .IIII. s. .X.

30 8. Item, habet de extimo Iohannis Pieri al Meto iuxta viam vicinalem et Bartolomeum Ciechi terram vineat. ext. lib. .VIII. s. .X.

9. Item, ibidem habet de extimo supradicti Iohannis terram vineatam, olivatam et boschatam iuxta viam comunis, Paulum Tati, heredes

(1) Di fianco ad alcune di queste partite sono segnate di mano diversa da quella del testo varie date, dal 1420 al 1422, che giudichiamo inutile riferire.

Andree Filippi, Iacobum Simi et heredes Iacobi Cesti pro parte sue extimationis in totum lib. .xxviiii.

10. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis in Stagnapescio terram vineatam et olivatam iuxta heredem Maççey Iohannis et heredes Michaelis, molendinarium, Ghuelfum Antonii et Iacobum Simi et hospitale comunis. ext. lib. .viii.

11. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis al Colle terram vineatam, olivatam et laboratam iuxta viam comunis a duabus, Paulum Tati et Andream Dree. ext. lib. .vi. s. .x.

12. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis alla Proda terram vineatam et olivatam iuxta viam comunis, Rimedium Nachi, ecclesiam Sancti Petri et terrenum comunis. ext. lib. .viii. s. .iii. d. .iiii.

13. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis al Fichaio terram vineatam et olivatam iuxta Orsuccium Vannis, heredes Maççey Iochi et heredes Michaelis Vannis. ext. lib. .viiii. s. .x.

14. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis al Meto terram vineatam et olivatam iuxta Righum Michaelis, ser Iohannem Curradi, Ghuelfium Antonii, heredes Maççey Iohi et heredes Lenzini Lenzi. ext. lib. .xii. s. .x.

15. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis in Solcino iuxta Righum Michaelis, Orsuccium Vannis, viam comunis et heredes domini Coluccii quart. .xii. ext. lib. .xxiiii°.

16. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis alla Pescia al ponte da Savingnano iuxta Altopassum, Iacobum Simi, Cechum Pieri et viam comunis quart. .iiii°. ext. lib. .viii.

17. Item, ibidem de dicto extimo dicti Iohannis iuxta ecclesiam della Selva, Chellum Ciechi, Abatiam et Rimedium Nachi quart. .v. et schal. .xv. ext. lib. .xiii. s. .xv.

18. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis in Prunechio iuxta ser Iohannem Curradi, Altopassum, Bartolomeum Ciechi et dictum Iohannem Pieri quart. .v.;

19. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis in dicto loco, iuxta viam comunis, Iohannem predictum a duobus quart. .viii.;

20. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis in dicto loco iuxta viam comunis, Bartolomeum Ciechi, Altopassum et dictum Iohannem quart. .viii. ext. in totum lib. .lii. s. .x.

21. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis alla Pescia morta iuxta Rigum Filippi, viam comunis et heredes Bondanpni de Uzzano quart. .IIII. ext. lib. .x.
22. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis supra viam, iuxta viam comunis, heredem Bondanpni de Uzzano et Abatiam quart. .I°. et schal. .xv. ext. lib. .III. s. .xv.
23. Item, habet de dicto extimo in Paringnana iuxta Pierum Righi, Andream Simi, terram Sancti Bartholomeii, viam comunis quart. .IIII°. ext. lib. .x.
24. Item, ibidem habet de dicto extimo iuxta ecclesiam Sancti Bartolomey de Costa, Dreuccium Nardi, Franchum Meuccy de Uzano et viam comunis quart. .VI. ext. lib. .xv.
25. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis al Fio terram prativam iuxta Cechum Nuchi, Righum Filippi et viam comunis quart. .IIII°. .ext. lib. .x.
26. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis in Parignana iuxta terram Sancti Bartolomey, Righum Michaelis, viam vicinalem quart. .VIIII. ext. lib. .XXII. s. .x.
27. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis in Camporcioni iuxta Iohannem Colti, viam comunis a duabus et Nannem Fortini de Sorana quart. .II. ext. lib. .v.
28. Item, habet de dicto extimo dicti Iohannis in Parignana sive al Fio iuxta dictum Iohannem, Righum Michaelis, Andream Dree quart. .VI. ext. lib. .XII.
29. Item, habet de extimo Nannis Fazini alla Forra nera iuxta Nannem Dree, Nannem Chelli et Antonium Mey quart. .II. ext. lib. .IIII°. * * *

Iesus.

2) Beni d'Arrigo di messer Coluccio Salutati da Firençe(1).

[Archivio di Stato di Firenze, Catasto 1427, *S. Maria Novella*, Vipera, filza 38, cc. 88 A-99 B.]

Iesus.

DINANZI da voi, signori Dieci del chatasto, eletti per lo popolo e chomune di Firenze, spone chon debita reverenza el vostro ser- Firenze, 1427.

(1) La denunzia che Arrigo Salutati fece nel 1427 dinanzi all'ufficio del catasto delle proprie sostanze e de' propri incarichi reca tante e così

